FASTI ACADEMIĘ

CRACOVIENSIS

N. Inw. 225

Rest. 7. Wyżgi 1933

EE. 1. 2.

I

✠

FASTORVM

STVDII GENERALIS ALMÆ ACADEMIÆ CRAC:

SERENISSIMORVM POLONIÆ REGVM,

MAGNIFICORUM ACADEMIÆ RECTORVM,

ILLUSTRISSIMORVM ET REVERENDISS: Eiusdem CANCELLARIORUM

ILLVSTRIVM { Doctrinâ, Pietate, Religione, Studio, Beneficiis. } VIRORVM.

BIBLIOTH: UNIV. JAGELLONICAE

Elogia continentes

TOMI VII.

Per

M. MARTINVM RADYMINSKI

Collegii Maioris Professorem, S. Sedis Apostolicæ Protonotarium;

AD PERPETVAM SERÆ POSTERITATIS MEMORIAM, ET IMITATIONEM ANNO SALVTIS M. DC. L. IIX. CONSIGNATI.

✠

PROOEMIUM CAUSAM ET MODUM OPERIS EXPONENS.

Ex omnibus literatorum hominum coetibus neminem propè unum reperias, qui suorum, à quibus ortum ducit, parentum et conditorum, amicorum item, sodalium et convivium, demum qualiter qualiter conjunctorum, secundum gradus, officia et dignitates, aeternam cum omni commendatione, in scriptis et animis, non conservet memoriam. Legas apud omnes in Coenobiis, claustris, asceteriis, Monasteriis, diversi instituti religiosos Patres, longos in Archivis, Sacrariis, ac templorum adytis artifici manu conscriptos fundatorum catalogos. Licet in Libro, qui apud ipsos MEMORIA MORTUORUM nuncupatur, omnium defunctorum Consortium et Collegarum per seriem annorum, quibus vita functi sunt, cum fausta quietis aeternae apprecatione, et elogio convenienti descripta nomina. Coetus ipsi et Ordines ipsorum gloriosa conditorum suorum praeferunt cognomina, ut Ordo istorum à D. Basilio Basilianorum, à S. Benedicto Benedictinorum, ab Augustino Augustinianorum, alii ab aliis nuncupantur. In sola Academia Cracoviensi, quae suo instituto et modo in Collegiis unà simul vivendi ab aliis Religiosorum coetibus quam minimè differt, diversum quid et planè oppositum non sine aliqua admiratione fieri animadvertes. Nam omnium eorum, qui gratiâ studiorum huc accedunt, nomina, cum Patriis parentum cognominibus, recepto prius fidei Catholicae et Sacramenti symbolo, RECTOR ACADEMIAE in album Universitatis manu propria inscribit; eorum autem qui in Primariarum quatuor Facultatum aliqua ad gradus (ut mos est dicendi) promoventur, tituli cum nominibus per Decanos earundem Facultatum in Matriculas inseruntur. Primos suos Parentes, omnesque alios illustres viros, Clarissimosque Scriptores, et Professores, post mortem, (praeter paucos admodum Benefactores quorum, Orator in publicis Universitatis supplicationibus quater in anno pro libitu suo meminit) nec picturis, nec elogiis, nec symbolis, nec ulla singulari in Libro huic rei servienti, memoriâ Academia dignatur. Cuius rei causas diligentius

diligentius perquirenti alia non succurret: nisi forte, quod Mater haec nostra
in coelo potius quam in terra suorum filiorum scripta velit esse nomina; nec ulla
spe futurorum elogiorum sed propria virtute magnum fieri quemque debere innuens:
vel quod Professores sui, curis alijs propter exinanitus temporum calamitate
tenues admodum suas fundationes, et provisiones obruti, ad aliud animum
intendere tempus non habent, quam ad quaerenda vitae necessaria, et praeterea
solum quod eorum humeris incumbit absolvendum officium. unde nec in con-
scribenda antecessorum memoria, nec in elaboranda posterorum ex antecedentium
instructione, possunt aut volunt esse laboriosi. Alterutra tamen istarum
utrum nos jure eximat à debita Pietatis in mortuos et necessaria succeda-
neis nostris opera; in medio relinquo. Viros certe laude dignos
Musa vetat mori.

Longè alia est exterarum Academiarum et omnino dispar observantia. Tametsi
in ijs vivendi in communi nulla sit consuetudo, quae potissimum inter nos
et quidem certis descripta in quas juramus legibus, viget, apud quas illu-
strium virorum et Professorum non tantum gesta, facta, dicta, modusque vivendi,
ad amussim describuntur; verum etiam ducti aere vel marmore vultus ele-
ganti artificio in Bibliothecis asservantur; vel ad minimum eorum linea-
menta corporis cum symbolis epigrammatis, et elogijs decentibus aeri incisa
librisque inserta ubi literatis spectanda proponuntur. Nullus ut jam
Liber in lucem editur, qui non autoris sui faciem expressam in capite non
referat.

Profluxit sane, occulta quadam naturae vi mos iste, à primis civitatum
et conventiculorum humanorum (si historiis credimus) initijs. Apud o-
mnes fere populos insignes, aliquo beneficio aut doctrina aut meritis
Viri, non in vita solum debito cultu honorabantur; verum etiam post fata ri-
tu Ethnico, die mortis anniversaria recurrente, alij sacrificijs colebantur;
tur; aliorum gesta in Obeliscis circa sepulchra positis exsculpebantur, alio-
rum res gestae versibus comprehensae in congressibus, Sisytijs, Phidi-
cijs et hoc genus alijs commessationibus melodijs, musicorum vocibus et instrumentis
recitabantur.

Autor est Polybius, Romae, si humanis paulo illustrior cessisset, mo-
ris fuisse in forum eundem efferri; aderat mox sanguine junctorum ali-
quis, qui praeconia defuncti oratione persequeretur. Tiberium Caesa-
rem aetatis annorum novem in patre id adimplevisse legimus; alios
in alijs: quod adolescentibus ad virtutem et fortia facta eximium
fuit incitabulum inquit ille. (addam si placet) et mortuis maximum
honestamentum. Quis enim tantos labores diurnos ac nocturnos domi

militiaeque

militiæque susciperet, (inquit Cicero.) Si iisdem finibus gloriam suam quibus vitam
esset terminaturus? Non illam intelligo vanam, quæ posteros nominis alicuius
laudem; sed illustrem et pervagatam multorum et magnorum in cives suos in
patriam et in omne hominum genus ex virtute meritorum famam, quæ co:
mes sit virtutis, non anteambulo; serva, non domina: hominem ad probitatem
excitans; non ad vanitatem stimulans. Homo quippe (liceat Philosophicis
terminis loqui) ad virtutem per se, ad gloriam ex accidenti natus esse
videtur, utriusque studium à natura cuivis; sed optimis quibusque eximiè
insitum est. in quo plerique gentilium, licet relicta Penelope, ancillam
consectantes, à reliquis affectibus alioqui invicti, in hoc turpiter prola:
psi fuerint, quod in Lacedæmonijs secundo Politicorum Aristoteles reprehendit,
et in Romanis rerum Dominis, non immeritò Libris de Civitate Dei S.
Augustinus admiratur, tantum scilicet apud illos honoris studium potuisse, ut huius solius
causa, ab omnibus reliquis vitijs abstinuerint, et ambitionis dæmon, cæte:
ros dæmones sibi subijceret; Illud tamen nobis salutare documentum
ab illorum exemplis desumi potest, ac debet. Quòd si illi dæmonis
instinctu actique naturale Lumen Rationis secuti, tanta et tam stupenda
Heroicarum virtutum documenta nobis præstiterunt, Nos quibus Revelationis
insuper sacrosanctæ Lucernam Christus præfert, et certum virtutum
præmium in cælis expectare mandavit, quid facere tandem oporteat,
nemo dubitare potest? et tamen impotentiæ obtentu ignaviæ nostræ pa:
trocinari pergimus?

Aliàs quoque laudatissimæ aliorum huius consuetudinis in sacris etiam codicibus cau
sas invenire cuivis obvium est. Libri Machabæorum quos ineptè
è numero Canonicorum sectarij reijciunt, expressè nos docent. Quòd san
cta et salutaris sit omnis pro mortuis oratio. Verò sancta, non solum
oratio; sed et cogitatio illa est, quæ sua lustratione ab omni labe mor:
talis noxæ, homines vindicat, Modestinus ff 28. In conditionis
humanæ memoriam ait sepulchra adstrui cœpta; unde etiam Monumen:
ta dici asserit. Et apud Cyprios invenio, Sepulchrorum custodes
dici Biblios. Scilicet sepulchra mortuorum, doctis æquè ac indo:
ctis, sapientibus et insipientibus. Libros esse sunt ad legendum exposi
tos unde quotidie discant, Rectè vivere, Bene agere, Bene Mori,
Olim quidem quod etiam adhuc in plerisque Germaniæ Civitatibus obser
vatur, sepulchra in agris extra pomæria Civitatum struebantur,
cum sanitatis, tum etiam mysterij causa. Puritatem aeris et salubri
tatem inficere exhalationes ex corruptis cadaveribus venientes sententia medi
corum est

4

porrò quemadmodum in agris emortuæ fruges rursus primo vere repullulant
ita in cœmiterijs reviduarum mortalium ad extremum judicij diem continen
tur semina. Sepeliuntur jam passim defunctorum cadavera intra mœniorum am:
bitum, in templis, adeoq; medio foro nulla propterea nascente pestilentiæ contagio
ne, quinimo magno spectantium ad vitam melius componendam emolumento.
Quid enim hominem efficacius in officio continere potest, quàm sæpius quoti:
diana spectare funera?, conversari cum ijs, ex quibus doctior e vita cedas?
Quisquis enim telam vitæ alienæ contextam diligentius inspicit, si quid in ea pro:
tuberans vel hiulcum aut male textum advertit, facile sua ex alienis errata
corrigere potest, ut debet, alienâ sine damno suo utendo stultitiâ: sin verò
omnem æqualitatem et eundem tenorem in stamine vitæ alienæ intuetur, ad
similia quæ alij gloriosè perfecerunt tentanda omni studio accenditur.
Nam ut hyeme altis opertâ terrâ nivibus, qui priores viam tentant, labo
riosum et periculosum, ne in hiatus præcipitentur, iter faciunt; qui verò
post terga sequuntur, trita jam orbita facilius provehuntur, et periculum
omne si velint declinant; ita in omni genere vitæ, qui nos præcesserunt salu:
tarem ad felicius decurrendam quàm ipsimet experti fuerint, nobis relin:
quunt viam, quorum si nos etiam premamus vestigia, eò gradum pro
movere poterimus, quò ipsi per mortem et alias difficultates pertingere
nequiverunt.
Est et illa non minoris momenti sacræ paginæ autoritas
qua invitamur ut Laudemus viros gloriosos parentes nostros in
generatione sua. Non alio fine si conjecturæ locus est, quam ut ipsis
debitus à nobis exhibeatur honor, qui alius post eorum fata, ipsis ex:
hiberi nequit, nisi per virtutum eorum eximiam imitationem, et hono
rificam vitæ illorum cum commendatione ad posteros transmissionem,
Hoc Pietatis et Officij genus, Deo ut arbitror et credo annuente, minimus ego
sive ingenij, sive corporis vires perpetuo clinici spectes, Professorumq; in
Acad^a Grat, ab omnibus ferè in hac statione, pessimè acceptus, in ma:
nus assumpsi; in quo me quantum per tempus et alia negotia liceret,
(monente D. Gregorio Magno) utiliter et honestè exercerem. Non est
Scientia, si utilitatem Pietatis non habet, et valde inutilis est Pietas,
si Scientiæ discretione caret. Pietas Dei Cultura est, merces pa:
rentum est, filiorum stipendium est, attestante Ambrosij ornatis Præsule
Mediolanensi, quam ut in vivos ita etiam; imò magis in mortuos exer:
cere licet. Nam si istos Sanctos piget exercere labores,
Pigraq; consuetas dissolvunt otia curas,
Labitur in præceps, damnosa gloria vitæ.
Si vires nullas virtus, acquirit eundo

Amittit, rediens paulatim extincta priores
Alciati de Pudicitia.

Unde mea quidem sententia, magno probro obnoxios sese reddiderunt quicunq
hoc genus scribendi in quantum illud melius tractare potuerunt, omnino inter-
miserunt, et Academ. Parentem suam, quam ornare debuerunt, illustrium Virorum
et Professorum rebus gestis non illustraverunt, Quasi verò nobis tantum na-
ti simus? ut ventrem pascamus, corpore tenus curiosi, nec Patriae quidquam aut
parentibus debeamus? Athenis et apud alias omnes Graeciae Civitates, fre-
quentissimi erant epithaphii logi, ad hoc recte instituti, ut et hi qui for-
titer aliquid et constanter in vita egissent, pro patria, pro parentibus, pro
liberis, meritam laudem apud posteros consequerentur; et qui adhuc in
stadio et theatro velitati agerent, aemulatione gloriae excitati; nullum in
vita pro honesto et recto laborem ac periculum recusarent, quinimo
laudis et gloriae fama accenderentur. Refert Plutarchus de Alexandro
Magno ipsum in myrothecio Darii Iliadem Homeri servare: nec ali-
ter quam commeatum Virtutum appellare solitum fuisse, inde enim mul-
ta quotidie percipiebat, quae bellicam illius virtutem adjuvabant, cum A-
chillis Hectoris, Nestoris, Ulissis, Agamemnonis caeterorumque heroum
res fortissimè et sapientissimè gestas ad imitandum sibi proponebat.
Quare meritò à Ludovico Caelio Rhodigino Antiquarum Lectionum
concinnatore laboriosissimo, censoria virgula ac ultima barbariae Lo-
thophagi notantur, apud quos nulla defunctorum retinetur memo-
ria, Magna è contra laude ingenii, eloquentiae, imò et sanctimoniae vitae ce-
lebrantur illi, qui in hoc scriptionis genere excelluerunt, antiquioris
et recentioris aevi Scriptores. In antiquis numero Sanctum Hiero-
nymum, Cassiodorum, Methaphrasten, Gerardum, Honorium, Sigebertum,
Surium, Tritemium; inter recentiores Paulum Iovium ad cuius imi-
tationem Simon Starovolscius Can. Cracoviens. εκατοντας seu
Centum Poloniae Scriptores et paulo plures Bellatores collegit, et
elogiis ornavit, Quâ licebit quanquam impari gressu, in connotan-
dis Academiae Cracoviens. insigniorum Professorum vitis, sequemur no-
strum ducem, imitati ciconias, quibus inesse eximiam pietatem nar-
rat Solinus, de Mirabilibus Mundi, * Nam illae quantum impende-
runt fetibus educandis, tantum et ipsae à pullis invicem aluntur. * NB
Parentes nostri extiterunt, qui nos literis imbuerunt, quantum er-
go ab illis percepimus commodorum, et literarum, tantum et ipsi
saltim gratae memoriae vicem à nobis recipiant aequissimum esse censeo.

Sublata enim.

Sublata enim adversus eos, hac virtute, fides etiam et Societas humani
generis, ac una excellentissima Virtus IUSTITIAE, tollatur necesse est.
Quid? quod in Regno Sapientiae ignaviae, imò infamiae proximum
est, Calamum in suorum gestis et factis conscribendis desiderari, qui num
quam defuit aut deest, in alienis laudibus celebrandis?
Quandoquidem verò Sententia D. Thomae PIETAS virtus est Specialis,
ad Parentes, et Patriam, in quibus includuntur, omnes consanguinei, Cives
amici patriae, meritò Opusculum hoc in VII dispescui Tomos: ut quod
cuiusque est proprium, eidem, distinctim per nos referatur.
Primus Tomus Continet Serenissimorum ac Potentissimorum Sarmatiae Re
gum Elogia in recognitionem Subiectionis Academiae, pro beneficijs
Erectionis, fundationis, dotationis, Protectionis.
Secundus Illmis ac Rmis Episcopis Cracoviensibus et post hac Ducibus
Severiae, Academiae nrae Cancellarijs, longè dignissimis, pro curâ in
promovendis ingenijs; et Munificentiâ in Professores Singulari, cum
gratijs, reddit Clero Universo per regnum Poloniae obsequium.
Tertius, exhibet M. D. Academiae Rectoribus pro vigilanti dire
ctionis, et quidem vigilanti, gratitudinis debitae Tesseram.
Quartus Continet Illustrium virorum et Professorum vita, scriptis,
Sanctitate, Clarorum pro exemplo alijs, exhibitam memoriam.
In Quinto Declaratur Amor Academiae erga omnes Sacros Religio-
num quarumcunque Ordines, recensendo per Cathalogos, omnes
eos quicunque in hac nostra Academia Laureis Doctoralibus
fuerunt Ornati
Sextus repraesentabit lectissimos Studiosae juventutis flores, qui
immaturâ morte falce succisi, pariter stati egregia institutionis
Academicae alijs exempla reliquerunt.
VII et Ultimus Benefactorum Academiae Singularium, et Promo
torum nomina proponet, et Pietate opus totum Claudet.
Methodus tractandi hic ea à nobis servatur, quod ipsa Natu
ram habet Magistram et Ductricem, Nempe à Generalibus ad
particularia semper fit descensus.
Legem autem Scribendi pono mihi Observationem Decretorum S.
Romanae Ecclesiae et eius Universalis Inquisitionis, de Anno Dni
1625. editorum, ac deinde Anno Xi 1634 confirmatorum,
secundum declarationem Urbani VIII. quod omnia sanctè et
inviolabiliter

inviolabiliter me servaturum^statuo^ propono. Quinimo protestor quod
nulli istorum quorum hic gesta et vitas brevi compendio narro,
famam aut opinionem Sanctitatis comparare, augere, aut quod
ad Cultum aut venerationem illorum aliquem gradum facere
possit, intendo; rerum historice omnia refero, ut illis non
plus quam communi aliorum hominum vulgarium, bonorum ta:
men; fidei tribuatur. ×futa honoris

Soluto et ligato pede incedit Oratio, prout res ipsa dici se permit-
tunt. Poëtarum in acumine argutias, Oratorum in elocutione calamistros,
lacteum in referendo, Livij flumen nemo prudens hic à me postulaverit
hæc enim adhibuissem si potuissem, in defectu horum omnium, potio:
rem Veritatis, cuius simplex est oratio, et pietatis, quæ ad omnia est uti:
lis habui rationem, quam verborum et sententiarum.

Fastos autem hosce Libellos nominare placuit, ad imitationem eorum
qui simile genus scriptionis, propter computationem dierum, versando,
opera etiam sua Fastos appellarunt; more veteris Romæ, cuius cives,
voluptatis ac laboris, remissionis ac curarum, divisa tempora habue:
runt, Fastosque dies, quibus Prætori fari licebat, nuncupabant,
Contra teste Ovidio Ille nefastus erat, per quem Tria verba silentur,
Stavo scilicet ut notat Asconius Pedianus, Actione 3 in Verrem,
Do. Dico. Addico. Quorum primum, Prætor illi profabatur,
Cui facultatem alterum in jus vocandi tribuebat, Alterum, decre
toriam ex formula ferendo sententiam dicebat, Ultimum quo
rem controversam alteri partium addicebat.
Homo ad metam vitæ, quandocunque venit, Mors illi diem dicit. Mox
Supremus Judex, de omnibus dictis, factis, cogitatis, decernit, ani
mamque hominis, aut pœnis pro delictis, aut gaudijs pro meritis addi
cit æternis. Sed et ex eo Sermones hi nostri, merito Fasto:
rum titulum gerunt, quod post mortem, et extremaque fata, de v:
niuscuiusque vita, cuilibet sine adulatione, et ambitionis metu,
dicere licitum est.

Quandoquidem autem, ab alio, quam qui eam mihi indigno mentem
indidit, sumere principium sit nefas, et alium mihi finem sta:
tuere præter eundem autorem, sit omnino vanum, et quo
etiam gentiles Poëtæ et Oratores, bene orsi et principia sui:
mentes, feliciter Opera sua finiebant, Te igitur o Arbiter
ne Deus, Summe animorum Pater, atque Sator, pulvis licet sim,
et nihil. Te inquam Cui nomen est, Ego sum, qui sum. qui
cuncta inenarrabili bonitate producis, sapientia disponis, luce
incomprehensibili

incomprehensibili collustras, quæ à fine ad finem attingis fortiter, et viā
perficis mirabiliter, supplex appello. Da, plasmati Tuo, Creator, ho:
mulo, quem innata imbecillitas, omni operi bono imparem facit, ut
gratia Tua possim, qui mentem inspirasti ut vellem, Parentum Aca:
demiæ Crac. maiorum, et antecessorum, quos honorare præcepisti memo:
riam ad posteros transmittere. Illumina mentis meæ tenebras, ne
quid forte volentes vitam Academicam durere, ultrò cetem, neve quid ni
mis, aut minus, eorum quæ ad notitiam priscæ simplicitatis antiquitatis ad laudem an
tiquæ probitatis, ad rectam institutionem posteritatis attinet, calamus sciens
vel imprudens proferat. Verum clara, aperta, à maioribus vitæ fixa,
per me vero descripta ~~vestigia~~ cuivis in oculos incurrant vestigia, qui
bus potius stadiodromi Successores, ad propositam decurrant metam,
quam in diversos fines, dubia, ancipiti, et incerta, ferantur via.
Ut cognoscant Universi, Sapientiam Tuam Divinam, in parva huc
quinquaginta Stipendiariorum Professorum Regia, amplissimam sibi in Va
stâ Septentrione domum ædificavisse, grandes septem, quatuor s.
primariarum Facultatum, et Trium, quas Aphforum Spiritu pleni et
ab amore temporalium sejuncti, ad portandam fabricam pares susten
tant Viri, Columnas excidisse, voluntarias laborantium Magistro
rum et Doctorum vitas, quas in rudi et inculta juventute liben
ter impendunt, veluti victimas immolavisse, mensam epulis et vi
no mixto instructissimam apposuisse, Ancillas suas, debiles ner
pe infirmos et sæculo nequam despicabiles homines, qui suavi:
ter aspirares ad superna Patris cœlestis ædificia fideles popu
los colligerent quaquaversum ex nobis dimisisse, Ab arce sac
sua neminem nisi volentem arcuisse, neminem nisi volentem oblatis
se primi bonis exclusisse.. Parvulos denique, rudes, et insipien=
tes ad edendum et bibendum ne ullus jam conqueri possit, non
esse qui sibi frangat panes, invitavisse. Venirent omnes, et in
Pane divina eloquia ederent, in vino mixto omnium humanarum
et divinarum scientiarum et disciplinarum biberent fluenta Lau
ti, et ex ijs inebriarentur Charissimi.

Vos autem si qui fueritis qui legendis his otium vestrum im
pendere non duretis, per communia Sacra Musarum supplex oro,
ut me, sicubi lapsantem inane adverteritis, benevolentia vestra sublevetis, er:
rantem benignè judicio vestro corrigatis, defectus Rationis et Ora
tionis (Kam mihi

et Orationis, (nam mihi semel calamo profusa ne relegere quidem per tem:
pus et negotia licuit) singulari gratia suppleatis. Meliora et limatiora ipsi
si placet faciatis, et postquam Censoria virgula pro merito cuncta casti:
gaveritis, studium saltem quo bene de omnibus mereri volui, non vitupe:
retis. Opus (si dici tamen meretur) affectum non perfectum, inchoatum
non consumatum relinquo; et digitum nonnisi tanquam statua Mercurij
ad viam intendo, quam quisquis ingredi voluerit, facilior illi,
quam mihi decursus est futurus. Namque ut 1° Ethicorum inquit A:
ristoteles, cuiusvis hominis esse videtur, ea quae bene suis lineamen:
tis descripta et conformata sunt, dilatare, suisque velut membris di:
stinguere, atque huiusmodi rerum inventor aut certe adiutor est
TEMPUS. Unde artes ipsae sic propagatae sunt, et amplificatae.
Valete et illud Ciceronis vobiscum recogitate, Philippica 14.

Brevis vita nobis data est; at memoria bene redditae
vitae, sempiterna.

+
In Nomine Domini. Amen.

PRÆFATIO

Ad Fastos Academiæ Cracouiensis, Scriptos, Per M. MARTINUM RADYMINSKI, Philosophiæ Doctorem et Professorem, Collegam Majorem, Protonotarium S. Sedis Apostolicæ &c. &c. Virum de tota Academia, et Republica meritissimum:

Scripta Per M. Ioannem Michalski, protunc Philõæ Doctorem et Professorem, Collegam Minorem.

Quandoquidem res illa quaedam solida, non inanis; expressa, non adumbrata, ex laude bonorũ consentientium, veniens Gloria (quæ, teste D. Thoma, est effectus honoris et laudis: quia ex hoc, quòd testificamur de bonitate alicuius, clarescit bonitas eius, in notitia plurimorum; et hoc importat nomen gloriæ: nam gloria dicitur quasi clara (Vt ait Ambrosius in expositione ad Roman. 1.) cum laude notitia. Vnde glorian idem est quod clarificari.) Quandoquidem, inquam, Gloria (de qua dictum est) nunquã non per ardua tendendo venit; equidem quantò quis magis ardua, benè de Patria, vel Republica sua mereri laborans, incorrupta voce, rectè judicantium de sua virtute, attingendo alios superauerit; tantò majorem et illustriorem rectè factorũ suorũ comitem gloriam consequatur, est necesse. Quod vel exemplo ardua operantium nullo negotio manifestari potest. Magnus audit Archimedes; quia magna molitus est; scilicet navim onustam, quam ingens multitudo loco mouere non poterat, quo voluit traxit. nec non vitreo cælo fabricato, ad summum æmulus Iouis apparuit; vt pote, quia et tonitru perstrepuit, et coruscationem incendit, et fulmina jaculatus est; et quidquid in cælo videre licet, id totum oculis tuentiũ ad stuporem præsentauit. At verò Magnus Albertus Archimede major visus est, qui Diuinâ suâ sapientia, non cælum vitreum et mutum; sed loquentem statuam 30 annorum opus elaborauit. Cuius vox illa ad D. Thomã in testem est: Thoma quid quæris! Non exiguã et Mirmecides meruit gloriam, qui eburneã quadrigam affabrè factam; et naviculã; apicula pennis inexit. Multò majorẽ Cappadocius Senensis, qui totam de Christi morte historiam, res, actus, personas elegantissimo artificio in suis delineauit vnguibus. Nec ille, his posterior censendus, qui casum Phaëtontis in annuli gemma scitissimis lineolis exarauit. Mitto quàm plurimos alios, quorum gloria per ardua ibat, et immortalitatem assecuta est. Maneat hos, et quosuis alios gloria sua, quam promeruerunt: Nostrum M. Martinum Radiminskium, in exiguo corpore vastam habentem sapientiam; stupendum in paruo, illoq rotundo capite judicium; atq in debili corpusculo admirandum laborem; multas in paruo tempore conscripsisse Fastorum et Annalium chartas; et cælestis laurea; et perennis, nequnquã interritura manet, manebitq gloria. Nullus eam inuidorum liuor abolebit, nulla quantumuis rabida latrantium lingua rodendo abrogabit; nullus susurrator syrmate susurri obtenebrabit. Quanto hi oẽs

majores

majores in obscuranda vel minuenda illa intendent vires, tanto illa clarior, majorq[ue] eminebit. Quippe tantus vir nullo Ecclesiastico adiutus beneficio, sed labores manuum suarum duntaxat manducando, arduam laborum viam calcavit; quam nullus omnino tribus seculis calcare voluit, nec potuit. Minor equidem Columbi gloria, qui in novam partem orbis pervenit; illamq[ue] omnibus ignotam manifestavit: enimvero non ille aliquid novum invenit; nisi quod ante ignotum fuit in cognitionem hominum traduxit. Major Nostri Radyminscij, qui rerum gestarum in Academia et Republica Encyclopaedia, Manipulorum Philosophicorum et Theologicorum stupenda fascia, gestorum Academicorum multis à seculis in antro ignorantiae delitescentium fax nunquam extinguenda vocari meruit. Major, inquam, gloria illius, qui sagaci mente, non novum, sed antiquum Orbem Academicum, cum Professoribus suis eruditis, Sanctis, Academiam, Rempublicam, et Ecclesiam mirum in modum ornantibus, et gestis gloriosissimis, velut è latebris extraxit, et publicam in lucem exponi curavit. Invenit Columbus mortales, viros quidem sed rudes, et nullius fidei lumine collustratos, nullis sapientiae radijs micantes: Ille viros mortuos quidem sed immortales, Catholica fide, Heroicis virtutibus, omnigena doctrina, et scientijs, rebusq[ue] praeclarè gestis insignes adinvenit. eosdemq[ue] gravi stylo, Oratorio, Elogistico, Poëtico, adamussim descripsit ac delineavit. Quorum posteritas vestigiis insistendo, Academiae Nomen ad invidiam malevolorum, dilatabit et exaltabit. Hinc erudita posteritas Fundatorum suorum Instituta, Privilegia, Immunitates sibi concessas; nec non finem et Intentionem discet. Hinc Patrum suorum illustria gesta, eruditissima dicta, plena sapientiae scripta cognoscet. Hinc accipiet solidae, non fucatae, clarae non obscurae, sincerae et fidelis, non fictae et simulatae illicem doctrinae et pietatis. Hinc denique velut in speculo cernet Academiam esse veram ingeniorum cotem, genuinam humanitatis officinam, apertam sapientiae aurifodinam, praeclarorum virorum doctissimorum coetum: Personam quoque omnium Artium, Scientiarum ac eruditionis gloriâ illustrium rarum visum ergasterium. Quotusquisq[ue] ad haec usq[ue] nostra tempora fuit, qui sciret haec, et alijs ad sciendum communicaret! Cum tamen si quis cultus esse audirique gestit, haec talia illisq[ue] similia non debet ignorare. Nihil culto homini magis necessarium est; quam illa scire, quae ante se fuerant, quae se vivente sunt, et tandem post se futura sunt. Cultorum virorum est, suos et alios nosse. Qui et quales ante se fuerint, quid fecerint, quid dixerint, quid scripserint: ut non ignorent, quid ipsimet facere, quid dicere, quidve, et quomodo scribere debeant. Nam veterum genium debet habere liber. Et hic scopus non alius est huius clarissimi ac doctissimi Viri, ut successores sui, Majorumq[ue] suorum loca occupantes, non ceu fungi inutiles occupent, sed Antecessorum suorum exemplo, quidvis adinstar illorum, dicant, doceant, scribant, et operentur. Ut sic non tantum ipsimet adversus literariae famis tempora pro se granaria habeant; at vero Juventus etiam, flores Nobilitatis, generosi Reipub. surculi, crescant felicis informationis ope in arbores fructuum feraces; quibus universa Patriae multitudo congregata cum delectatione vescatur et saginetur. Ut pote, quae nihil aliud est, nisi Familiarum lumina et Columina, gentis ornamenta et Patriae decoramenta.

Vos ergo vivens et moritura, imo et nedum vivens, sed tandem aliquando nascitura, haec le-

gendo

gendo gaudete posteritas, Authoriq[ue] horu[m] Scriptoru[m], debita[m] tandem, et perennem gloriam tribuite. Omnibus enim, qui communis boni studio quidpia[m] utile et necessariu[m] aggressi sunt, et perfecerunt, laus debita et commendatio tribuenda est. Infelix alijs et omnis mali obsidionis ab Aquilone Sueticæ tempus erat; felix illi, quo scribendæ Historiæ apta[m] nactus est oportunitatem. In alienis alij terris saluti propria[m] consulentes vivebant: in Academia ille cum Achate suo, modestiæ, patientiæ, comitatis et affabilitatis; item sapientiæ, prudentiæ, et candoris Academici expressissima idea Luca Piotrowski scribendis Annalibus et Fastis Academicis, nec non gestis Publicis æternitati consecrandis vacabat. Inquirebant alij è longinquo de statu Urbis et Academiæ ultimo periculis discrimini subiectæ: ille statu[m] eiusde[m] omnibus viribus cum alijs paucis, qui præsentes erant, pro eius integritatem conservare nitebatur. Sors alijs faventior videbatur, cum à periculis submoti extra terminos timoris vivebant, illi etiam in discriminibus, varijsq[ue] motibus ac tempestatibus, texendis semet occupare fastis et Annalibus dulce ac decorum erat. Gaudeat ergo Lovaniensis Academia Vernulæo suo, qui eiusde[m] + Maiestatem, Privilegia, Viros, gestaq[ue] publicæ luci dedicavit: gaudebit nostra Cracovien[sis] Academia Scio suo, seq[ue] unu[m] eiusmodi habuisse lætabitur et gloriabitur. Vos Animæ Solem inaccessibilem in solio celesti residentem serenis oculis intuentes, tripudiate: quonia[m] merces vestra, et in cælis et in terris quoq[ue] grata vestrum memoria, quasi nova merces apparuit. Sciet Orbis sublunaris fideles vestros labores, egregios ausus, nocturnas, diurnasq[ue] lucubrationes, ferventem in DEum pietatem; et excellentes omnis generis virtutes. Sciendoq[ue] cum posteritate vestra vos imitari adnitetur, atq[ue] sempiterna memoria vos colet et venerabitur. Vos capita Universitatis, Academicaq[ue] sceptra, felici dextera tenentes, et ab omnibus imperibus eandem prudenti consilio vestro defendentes, optima[m] spem concipite, vosmet in cælesti regno, ut Antecessores V[est]ri, coronandos. Vos Illustrissimi Teatris Viri Præsuleis exornati, magno Sacerdotio V[est]ro clarissimi, magnis clariores gestis Universitatis exultate Cancellarij, quidquid singulari V[est]ra[m] vigilantia[m], liberalitate, promotione, et ab omnibus iniquorum injurijs tuitione accessit Academiæ, id totu[m] velut in speculo, his in paginis manifeste apparebit. Vivetis mortui in memoria vivoru[m], quoru[m] vita inter viventes claritate bonitatis, sapientiæ, et laboris inter viventes effulsit. Vos cætus eruditoru[m], quidquid in erudienda iuventute, scribendo, dicendo, docendoq[ue] operæ impendistis, nunc ceu quoda[m] splendore ab Authore, velut Sole illuminatu[m] est. Cum tot tantosq[ue] Professores, non tantum ex vilioni stirpe genitos, at etia[m] ex Nobili et illustri familia ortos legetis: illosq[ue] in Ecclesia DEi iam Eminentissimoru[m] Cardinalium, iam Illustrissimoru[m] Præsulum et Abbatum; iam Magnoru[m] in Ecclesia DEi Prælatoru[m]: jam Sanctorum, tam in Collegiis, quam in Religiosoru[m] Congregationibus degentiu[m], vitas, gestaq[ue] stupenda legetis. Quibus etia[m] et Politicus quam plurimis status abundabat. Ex hac Matre

Senato-

Senatores, Milites, Imperatores, Judices, et omnis generis Viri quàm plurimi processerunt. Vos quoq Septis Monasticis inclusæ Animæ, soli DEO et rectæ conscientiæ vacantes, quæ Vestrorum Patrum pietas, quæ sanctitas, quæ doctrina, quis zelus propagandæ ac defendendæ Orthodoxæ fidei, quæ occupationes, quis exitus fuerit, ex hoc fonte haurietis, et Vosmet obligatos esse æternum Sanctæ Matri Academiæ agnoscetis. Tu ad extremum Studiosa Almæ Universitatis Juventus, ipso pietatis amorisq in Matrem nec simulato Studio; quæ usq dum pro Matre Tua, fideq Catholica cum labe Hæreseos infecta turba feceris, quos impetus in summa patientia sustinueris, quas tribulationes perpessa fueris, quali morte Vitæ valedixeris, hisce Fastis Successoribus Tuis patefiet. Legent, legendoq intelligent, quàm bona in pios filios sit Mater Academia, quos et in Vita eorundem suavissimis Sapientiæ nutricatur cibis, et post Vitam immortalem illis memoriam conciliat. Tuum deniq Virorum eruditissime, de his memoratis, candido sinceroq Scripto connotatum, et posteritati relictum judicium manebit, altæ cælestium terrestriumq mente repositum. Quanto majorem his ad seram posteritatis memoriam, reliquisti laudis adoream; tanto major Tibi semper et ubiq corona gloriæ data est, inq cælesti regno æternitatis sublimem locum obtentum, Cælestes Incolæ eundem gratulantur.

+

In nomine Domini Amen

DEFENSIO ACADEMIAE

Contra sagittas linguarum acutarum passim
passimque hisce temporibus maligne et injuste vibratas.

1ma Sagitta seu Telum est. Academici, frustra Acade-
miam Leopoli erigendam à PP. Societ. impediunt, timen-
tes vexationem ingeniorum. Quae si esset, magis ingenia
acuerentur et excitarentur: Quia vexatio dat intellectum.
R. Negando quod frustra timeat. non quidem vexatio-
(5) nem ingeniorum sed aliquid aliud. Et non ingeniorum
vexationem sic deducitur. Universitas enim non potest time-
re duas Facultates, quae sunt tenes Socios: cum in
Universitate non duae sunt Facultates sed 4. Exceptis
Artibus liberalibus quae et in privatis Scholis, et in
publicis docentur. quod apud Patres Societ. non est nec
unquam esse potest.

2 Deinde quae potest esse vexatio ingeniorum Leopoli, ubi
non nisi docetur Rhetorica et Dialectica; imo etiam
ipsae Artes cum suis scholis attenuatae per Jesuitas
et diminutae sunt. Ibi enim tantum est vexatio inge-
niorum, ubi sunt ingenia oppositarum Scholarum quae
vexentur. Ergo haec ratio ex hoc fundamento non subsistit.

3tio Quid ergo est quod timetur?. R. ne sensim Jesuitae
eo deducant Scholas Acad. ex antiquo fundatas Leopoli
ut intereant, et malignitate Monum velut fons in multi-
tos rivos deductus exsiccentur. Scil. ne fiant Arbor ferax
habens alteram arborem proxime plantatam; humiditatem
antiquae extrahendo, eo tabescere et cadere cogatur.
Quod prudentes et Arte in sua gnari Hortulani maxime
praecavere solent.

2da Sagitta seu Telum. Academia non habet cultos Professores.
R. Distinguendo. Si quoad cultum mundanum, his potissimum tem-
poribus afflictissimis, illum non curat: quia simplex illi antiquitas
cordi est. Semper illa habuit pro Epigraphe. Me mea involvo
virtute, probamque pauperiem sine dote quaero. Non illa per
fas et nefas corradit Facultates, et Divitias; illis [illegible]-
gunt, quibus mundi facies 4. allubescit: et qui in exterio-
ribus apparentiis excellere satagunt: sibi vero sufficit con-
tentam esse illis quae intra se sunt. et quae non hominibus,
sed Deo placent: non vult esse mutationi obnoxia

qualis erat à prima sui fundatione, talis vult esse ad ultimum sui terminum. Sciendo quippe mutationem esse periculosam. illud prae oculis habens.

Prisca placent, quia sola juvant; migrate negantes
Aut placeat nostris vivere more scholis.

Aristae Paneg. Plini de Con. servatur nobilit. vetustas est aliqd valere.

Quod si cultum requirant Adversarii in literis: Unquo negare non possunt. Quia sole clarius est. Non enim recedit à fundationis suae tenore quoad omnia. Et ideo hoc elogium habet à Crapio. quisque cultus. ex Academia venit. Si ergo signum est hominis culti. quia ex Academia venit. Ergo Academia culta est. Quia nihil cultum venit ex incu culto.

3tium est. Juramento obstringunt juventutem ad certa puncta, quae quid sit juramentum, ignorat.

Princeps nobilitatem non obscurare sed illustrare debet. Ejusdem est ut nobiles et conservet et efficiat

Rc imò Academia non obstringit juramento juventutem pro libitu et voluntate propria: sed ex Regum fundatorum ordinatione et statuto: Sic enim ordinarunt, ut nemo ad studia tractanda; nisi inscriptus sit in album mittatur et juret pro certis punctis servandis.

R 2do. Non obstringit juventutem quae non est capax juramenti; neque scit quid sit juramentum: Sed illam juventutem, quae scit discernere inter bonum et malum.

Ac proinde Homines isti malevoli talia objiciunt quorum nulla cognitio penes illos est, nec esse potest nisi pura malitia et invidia.

4ta sagitta seu telum. Libros inquiunt non edunt in publicum.

Rc Imò satis multos ediderunt illosque necessarios et excusos: sed illos non vident, quorum oculos invidia excaecavit, ne videant. *edunt*

Rc 2do. Professorum Acad. est, vivos libros edere: hoc est Juventutem literis informare; ut Respub. habeat in omni statu viros necessarios, à quibus juvetur, augeatur et conservetur.

Rc 3tio Unica in regno schola est. Artes liberales docens 4 tam Facultatibus constans in 100 marcis fundata: et quomodo tam docendae Juventuti, quàm libris scribendis et in publicum edendis, sufficiat? Et tamen utrique satisfacit quod videntes vident; sed lippientes, oculos habentes non vident.

Addo sumptus illi non sufficit, vix ad hospes in paupertate inventibus sufficere est: Mecaenates quoque desunt. Quia Patria exhausta est, malunt armis sumptum impendere, qualibus. Libris opus habent? Nihil novi

Postremò quibus et qualibus libris opus habent? Nihil novi sub sole; et quod est, et quod futurum est, jam fuit. Ut quid ergo et labor frustra et sumptus impendatur? Cum alia multa sint, quae sumptum requirant, et non est qui impendat eundem

Si essent aliqui necessarii vel fidem oppugnantes vel ad docendum in aliqua facult. vel artibus deficientes, dicite; o Patres, alias Patrum Matris Acad. filii: nolite dubitare et adsunt qui scribant et in publicum edant &c. si non &c. dicetis frustra Acad. oppugnatis, et vos opprobrium deducitis. Si in Artibus aliquid desideratis adsunt, omnia vel si aliquid

B. deest dicite vos nequaquam habetis talia non habere pote. testis, quantae in Acad. Bibliotheca praesto sunt. etiam de vobis Si Orationes. Carmina et si quae excogitari à vobis poss. sunt dicite, nostri invenietis quod non sit.

Si Historiam vultis etiam et haec adest, sed vobis non communicatur ne bonis abutamini.

B. Si in Commentariis Philosoph.; non desunt Glogovii et plus vos alii. Quid ergo vultis!

Si in Theol. adsunt Opatovii. Makovii &c. et hi quidem talia scripserunt; qualia nullus vestrum scripsit. et quidem quibus orbis totus. et Ecclesia opus habuit.

B. Nescitis ò Soci nescitis quae in Acad. sunt deposita à viris Acad. conscripta: quia vobis revelanda non sunt. et ideo dicitis, quod dicendum non est. Vos tandem dicite quid novi, et necessarii in publicum edidistis. Quod si dicetis occasionem respondendi praebebitis. Sed quid mirum erit, si in orbe toto, in tanta multitudine aliquid à vobis editum est: cum Acad. Crac. in personis sat exiguis contenta, satis superque et docendo, et scribendo sit gloriosa.

NB Potest hic alicubi inserferi illa ex Plinio de antiqua nobilitate conservanda Princeps nobilitatem non obscurare sed illustrare debet. Caesaris est, ut nobiles et conservet, et efficiat.

Extincti sunt Nominis Academici Hostes; percussi fulmine Clementis XIV. Anno Aerae Vulgaris 1771

In nomine ✝ Domini Amen

Valere hic potent de novis in orbe christiano natis et Societate literarum magnis, vel potius sub titulo magistrorum literarum orbis universi avaris, avidissimisque possessoribus: Qui contra Privilegium Vladislai Jagellonis Fundatoris Almae Acad. Crac. novam Carthaginem, contra antiqua Pergama, condere, modis omnibus (ut adnotatum est) conabantur. Illum certo certius intendentes finem quem Jason ille scelestus ac perfidus (de quo in Libris Machabaeorum satis fuse narratur) intendebat.) Hic regnante Antiocho, post Seleuci vitae excessum, ambiebat summum Sacerdotium, aditque Regem, promittens ei Argenti Talenta 150 si potestati eius concederetur gymnasium et Ephebiam sibi constituere, et eos qui Hierosolymis erant Antiochenos scribere. Quod cum Rex audivisset. (Consultam Regis simplicitatem, et avaram aviditatem) factum est ut scelestus Jason obtinuisset Principatum, moreque ad gentilem ritum contribules suos transferre coepit, et ~~ipsus~~ ausus est sub ipsa arce gymnasium constituere, atque optimos quosque Ephebo(rum) in lupanaribus ponere

Timendum ergo est ne quoque hoc genus hominum supra nominato cum (aliis multitudine virorum Doctorum a prima origine sui abundans, nec non collegiorum numerositate in toto orbe gloriosum. In Aulis Regum Principum, Senatorum, velut hereditate quadam manentium, perquam famosum. Divitiarum affluentia, et multorum non tantum in Urbibus, Civitatibus, at etiam in villis, et praediis numerositate prae omnibus aliis celebrium) similes Jasoni esse attentent, et conentur. Nam ubique horum quidquid voluerint habere possunt. Quidquid iusserint efficere valent. Quidquid etiam cogitaverint, ad effectum deducere penes se habent.

Hoc genus hominum quod pro Epigraphe habet. Nunquam satis. forte in Polonia Resp. satis haberet, si tot collegiis habitis, etiam Crac. Collegium Juventute adimplerent; Illis prae omnibus cogitationibus maxime cordi est. Tesque adeo namque Ephebi in Acad. convenientes (potissimum qui flos Juventutis est) eisdem placent), ut totis oculis hanc unicam Regni scholam propter eiusdem copiosum confluxum, et frequentiam, intueantur.

CASIMIRUS MAGNUS

Belli pacisq[ue] artibus inclytus Princeps.

Magni Cognomen, non Sago, quod multi regum; sed togâ q[uo]d rarissimi consecutus

Oleam Palladis primus in Polonia plantavit.

cum hactenus Martiales nonnisi lauros, triumphalesq[ue] palmas Polonia germinasset.

Amphyon Lycurgusq[ue] Polonus,

animos Sarmatarum legibus, urbes et oppida moenibus cinxit.

cum ad hoc usq[ue] tempus Lechi Spartanos imitati Septum suum pectoribus

magis quam propugnaculis tuerentur

Russiam Victricibus armis edomitam in provinciam Regni deduxit.

Eandem in Ludovico Nepote sororis filio Regniq[ue] ab se designato successore Archiepiscopali mitrâ Italicis insignivit.

~~Per~~ Nepotis Hedvigis cum Jagellone ac tandem in ipsam urbem Leonis transtulit

Civitatem Casimiriam sui cognominem, in Regiae urbis Cracoviae suburbio

In ea Athenas Sarmaticas primus condidit.

Vel eo nomine Magnus, imò Maximus Princeps

quod intentatum caeteris regibus opus in ipsis initiis sui regni 1344 ipse

magno animo aggressus, totius Septemtrionis bono inchoavit. 1364 ab Urb. V. confirmatum

Cum evocatis Lutetiâ Parisiorum et Avinione ubi tum Sedes erat Summi Pontificis Clarissimis IURIS Pontificii et Civilis Doctorib.

et Musis Ocellum Septentrionis Acad. Crac. Casimiriae excitavit

Optime sane de universa Polonorum posteritate promeritus

Quod gentem Martialibus studiis impensissime devotam ad Humanitatis

Studia composuit

A Scythis et vicinarum gentium barbarie segregem.

Cultissimis Europae populis aggregavit.

POLONIA

Si Grata es

Quidquid litterarii decoris unquam possidebis huic Principi debes

Debebisq[ue] semper

à quo litteras et Sapientiam didicisti.

Qui postquam sibi satis de immortali bono Sapientiae providisset

Ipse quoq[ue] Mortalitate deposita, immortalitatem induit A° D. 1370

Quem ut Primum Optimumq[ue] parentem Acad. Cracoviensis in aeternae memoriae

Fastos retulit.

Suisq[ue] inscripsit monumentis.

Jam vivis expressum coloribus posteritati spectandum in Aula D. Jagellonis

M. Martinus Radyminski posuit A° 165.

Distichon

Lechiadum doctas quod condere primus Athenas
Orsus es, hinc Magni nomina Regis habes

LUDOVICUS. alias Lois

Post magnam maximorum Heroum Parentem Piasti Stirpem
Auream Regum progeniem in Casimiro Magno Polonis geminare desinentem
tantiq Syderis post Occasum (quasi)
Qui lugubre Polonorum Solium Serenaret, intendit Pannonico Sol peregrinus
Avunculi sui throno honorifice collocandus.
Sed dum gemini diadematis intollerabile pondus ~~dum~~ exhorrescit partim recusando
partim deliberando, et ortus sui diluculum remoratur
Hiemem Polonis Sol iste, vere Solstitialem i.e. longissimam fecit
Si quisquam Regum, hic certe:
Aureum illud malum quod REGUM insigne est, quanti ponderis et quam vere malum sit in
Quando ad Gemmeam hanc Sphaerulam
ad quam ab alijs pernicissimo cupiditatis Pegaso ocyus ipso Bellerophonte curritur
ipse ut testudineo saltem gradu repens, vix adigi potuit
Deinde sollicitantibus Polonis ingeminans
Unum gregem ab uno pastore commode, duos ab uno minus ~~commode~~ rudis curari
Quod equidem grex Polonicus, sub Opilionibus Hungaricis, malo suo postea edidicit
Quippe Rex Pannoniae suis, quam Polonis amantior,
dum a Pannonia retrahi non potest, Poloniam in Pannoniam traxit.
Masculam Polonorum gentem
Muliebri Elisabethae matris imperio committens, serio agnovit
Amazonas quantumvis fortissimas, non viris tamen, sed sui similibus foemi[nis]
imperasse.

Crescente enim sub molliori regimine exterorum licentia
aliena invadendi avidissima Hungarorum cupiditas, nonnisi centum quinq de
ex illis Cracoviae caesorum strage, Sanguineq liberalissimo restingui potuit.
Excepit deinde muliebre imperium
Trium Polonorum Procerum Triumviratus, ut olim Romanis, ita Polonis infaustus
Sub virili hoc regimine
lites, latrocinia, tenuiorum iniuriae, viriliter invaluêre. Regnum vicaria man[u]
administratum, alternas quoq et plerumq gravissimas pertulit vi[ces]
totis duodecim annis in Polonia non habitatum sed peregrinatum et cursitatum
Finivit tandem, tantam calamitatum Seriem, Regnum vitamq finiens
LUDOVICUS
In quo praeter alias eximias animi dotes, Pietas et Justitia eminuerunt.
Pietas quidem dum Cumos infideles, ad fidem Christianam converti, Jud[aeos]
vero obstinatissimam et sordidissimam faecem, dum Sacra Christiana resp[uerent]
Regno Hungariae proscripsit et eiecit.
Justitiae vero amore
Privato habitu Regem plerumq dissimulans agrestium oppidanorumq hy[...]
obibat, quid de se Magistratibusq suis diceretur, observans et corrigens,
Academiam quoq Cracoviensem
Jam tum Casimiro a Casimiro Magno fundatam et feliciter succrescentem
pro innata heroici animi magnitudine promovisset si in Polonia non
hospitari tantum, sed tentorium quoq figere vereq Regnare voluisset
Moritur Tirnaviae aetatis suae anno 56.

Insignis gemina fulges Ludovice corona.
Sed tuus in Lechiam non bene fulsit amor.

Vladislao II Iageloni.

Regum et Imperatorum de Re Christiana, et genere Mortalium bene meritorum Compendium. Advena cum esset, extinctis alto à sanguine fulgentissimis aboriginum suorum splendoribus; altiori lumine fidei illustratus ad instar Abrahæ Magni Patriarchæ, regnatrici in Polonia Domui. ~~Magnus~~

Magnus Parens longa initia dedit.

Ex Leone, agnus, ex Neophyto Apostolus, ex Hercule profano procul Parnasso Poëtico cui similia fingere usitatum est, Stupenda Metamorphosi; sacro Hedvigis Conjugio in Appollinem immutatq; omnibus quos pravi mores ex hominibus belluas efficiunt formarum in melius mutandarum grande prebuit Argumentum.

Senilitate eiusq moribus ad fontem Sacri Baptismatis deposita, arma quibus olim Orile Christianas gentes maximeq Poloniam è Sylvis Lithvaniæ tanquam Leo erumpens, turgebat sponte nunquam, di coactus non prius induebat, quàm se ipsum vicisset, ut hostes quorum pervicatiam iusto bello fregisset, mansuetudine Christiana erigeret, etsi sibi quidem non fructuosa laudanda tamen certe et imitanda.

Hac enim quoties in protervos exercebatur, toties ex affinibus Sinones, ex propinquis Pygmaliones, ex germanis Cadmeos fratres, ex subditis infanos Cyclopas, Iovem Polo Poloniis regnante deturbare conatus

Vladislao regerebat.

Verum agno mitissimo, vellus aureum et cornua, Aquila Polonæ fulgurat fulmina, Lithvano bellatori equum et arma splendentia cruore hostium ex agro incesse

Sigismundus Cæsar è carcere in libertatem per Vladislaum vindicatus.

Dux Opoliæ, Arcibus Russiis, quas per iniuriam occupaverat, opinione sua citius excussus.

Germani et gemini fratres infra demeritum lenissime castigati

Cruciferi propriis ipsorum gladiis, quos grassi pugnæ moratori ad aram supplicanti destulerant ad internecionem usq exiisi, quinquies postea bella reparantes toties vinci vinci experimento didicerunt.

Suspexit Victorem superbus Oriens.

Imperatore et Patriarcha, Bizantii amicitiam eius enixissime ambientibus Tartaris et Lethis, misse honorificentissima Legatione, se suaq omnia ipsi offerentibus

Habet etiam nunc quod in eo miretur Orbis Universus

Nimirum in summa potestate Voluntatem dominandi illecebra penitus incontaminatam

Quantum enim hodie Reges flammarum, æstu imperandi correpti incendiis Regnorum addunt.

Tantum ille ad restinguendum frigidas affudit

Nepoti ex fratre Vitoldo ad imperandum nato, ne suasq deq misceret omnia, pro Germanis fratribus magnum Lithvaniæ Principatum Iure clientelari concessit;

Pannonibus aureum malum ultro sibi multoties deferentibus Sigismundi Regis ipsorum Vincula indigna Rubeas Ungaricos Sueros monilia exprobravit, et utriden denuo parerent effecit.

Bohemos suo cum diademate sibi supplices increpita haeresi ipsorum Constan
tissime aliquoties refutavit.

Vitoldo Regni insignia in Lithvania affectanti Coronam Poloniae Capiti suo detractam
ne Unionem Lithvanae et Poloniae gentis scinderet, imponere voluit.

Nempe

Consortem Imperij aequo animo tulerunt gravissimi, haeredem optarerunt plurimi
Regno et sceptro maior Jagelo solium fratri cedit
Imperare sibi maximum et latissimum imperium esse ratus
Sanctissimus, et cui pretium ab ultimis in orbe finibus.

Vnio

Fonte Baptismatis dilutus salutem Lithvaniae propinavit
Idola enim quibus quondam cum gente sua Cymbia libavit, thura adolevit
eadem Orthodoxus ex Lithvania et Samogitia sustulit.
Impias aras, profana fana, quercus fatidicas, Vestam, Colubros,
et Similia Monstra elisit, exstinxit, excidit, evertit penitusque delevit
Caelestium inanes animas aquis lustralibus ad Centum millia ipse ma
et fidei mysteriis studiosissime imbuit, Doctoris gentium verba sequens

Evangelium Christi non erubesco.

Zelum in propaganda fide novissimus Apostoli Septem Episcopatus
ab eo fundati.

Pietatem propter innumera templa et Religiosorum virorum Coetus, Basilica
Corpori Christi Posnaniae et Cracoviae, Matri Virgini in Claro Monte et arena
apud Urbem, Sanctissimae in Clepardiano Cruci extructae testantur.

Magnificentiam dum stabit Cracoviensis loquetur Acade

Hanc enim pretiosissimam Margaritam

Internis Casimiri Magni fluctuantem dispendiis, è Concha littorali Casimi
rianae alluentis Istulae ipse manu sua Regia colligens, in frontem Urbis
transtulit, Splendidissimo Regni diademati inseruit, ingens pretium attribuit
eidem Universitati Stemmate Aquila Regni in Manibus tiarati Praesulis addidit
Regnum Poloniae alioqui amplissimum nova inter Ordines Regni deducta Colonia Acade
mica longe amplius reddidit, indeque Aquilae Contra serpentes, et omne venena
tum animal potentissimum et efficacissimum Aetiten imposuit.

Sophis suis Domum Panczerz: Stipendium Marcas 100. è Regali teloneo quot-
annis ~~attribuit~~. Theologis et Iure Consultis pinguia Sacerdotia cum Iure patro-
natus attribuit. Collegiis Academicis Ius asylli Rectori Magnifico scep-
tra Regalia, Doctoribus et Professoribus Equestres prærogativas liberaliter
indulsit. Parvamq Rempublicam magnæ totius Lechiadum Regni sym-
bolam proprijs Legibus, quæ Statutis Regni inserta esse voluit consistentem
nemini obnoxiam, magnificentissime condidit.

Tot et tantis Ornatam Regni Scholam beneficijs, in filiolæ vicem sibi
adoptavit.
de Scarbimiria
Rectori Academiæ tunc Stanislao de Scarbmir I. V. Doctori de promovendo bono
Academiæ Sacramentum dixit, et in Capite Libri Ascensorum Academiæ, ante
omnes nomen suum Regale inscribi voluit.

Ita Vladislaus Hercules cum verus esset, et orbem monstris re-
purgasset, Apollo in suo Parnasso dici et esse maluit.

Facesse iam fabulosa cum Dijs Heroibusq tuis Græcia
Alcides tuus monstra domuit, Iagelo eadem Lithuaniæ senijs sustulit.
Amphion Thebas. Iagelo Litterariam Rempublicam condidit.
Amphiarai hasta (ut somnias) in sublime ab aquila rapta, et
solo infixa in palmam.
Iagelonis lorica longe verius et felicius in laurentum ex quo
Coronæ laureæ ijs qui labore ingenio, et industria alijs præstant
nectuntur

Est Conversa.

Et tu gentium Dea, terrarum Domina, fasces tuos tantisper demitte Roma.
Augusto tuo longe augustior Vladislaus Cœlum veris syderibus auxit.
Nam donec febri corruptus exuvias Mortalitatis toto decendio
exuit, stella Crinita luxit, heros animus Corpus terræ linquens,
inter astra anno partæ salutis abijt, &c.
metasq omnes extinxit.

Invicti Regis Bella, Captivas, et subiectas suo Imperio gentes
literata busti marmora in summo Cathedrali Cracoviensi notant.
Et quod maximè in Rege Optimo Maximo Sancta antiquitas censuit
Venerandum, apud Mausoleum ara excitata omnibus visendum exposuit.

Typus sic est fundatæ Academiæ Crac:

Hinc — In quo. — Inde

Divus Jagello Rex Poloniæ, altera manu trophæa Prussia, alterâ Academiam tenens, suosque Lithvanos ad fidem Catholicam inducens, adstante sibi Sancto Stanislao Episcopo Cracoviensi et Martyre.

D. Hedvigis Vladislai Coniunx Regni Poloniæ, altera quidem Collegium Cracov. sustinens, alterâ ad idem Polonos, qu[...] manuducens, adstipulante sibi D. Casim[...] Magno ad vivum effigiati Conspiciuntur.

Ad hæc.

Seculi illius ad amussim expressi cultui, juncta est B. Cantij imago viva ex antiquis Tabulis, quantum fieri potuit, diligentissime excerpta.

Adiecta item Verba: Ex Privilegio Fundationis.

Si quis autem has nostræ erectionis Studij, Concessionumque pro ipso, libert[...]tum et exemptionum ac Iurium Literas, de Successoribus nostris aut quibuscunque, violare et infringere præsumpserit; iram vindi[...]cem districti Iudicis, et miserabilis infelicitatis horridum, et ino[...]pinatum eventum, noverit se incursurum.

Quam serio serò licet Cælo fulmina mittat Jagelo
Disce posteritas.

Post 225 annos novi in Orbe Christiano nati è Societate J. Lit[...]rarum Magistri occupatis aliis per diversa Regna Academiis, Schola[...] quoque Regni Poloniæ Rectore sibi novo Contra Privilegium Vladislai [...]to invertere Conabantur, imò novam Carthaginem Contra antiquam D[...]gama etiam sanguine fraterno Condiderant. Moles ingens Cepit, vim viribus gratiis Principum roto Romano Teucris fabricata, imperium Literarum sine fine obtentura portendebat. Machina tamen ista om[...] cum stupore intra decennium Corruit. Universa Polonia Jus suum d[...] patronium Academiæ Cracoviensis flagitante, Vladislaus IV. Pron[...] in Capitulatense vitio impulit in ruinam, evidenti documento, non so[...]las tantum, sed Regna quoque et Imperia facile amitti, quæ longe[...] aut occupari per iniuriam, aut alienâ in ruina fundari.

x

Urbanus VIII.

Petri Successor Christi Vicarius

Clavibus Coeli Fanum belli Scholastici occludit

Jesuitae scholas antiquae Academiae Cracoviensi relinquunt, -

Ac ne quis Musis Lechicis obstrepat

Cracoviae

Silentium tenent.

Praeco Dei Litaris Mars hostibus alter Apollo
Ipse tuis fueris Dive Jagelo Lechis. 12.

Sophia Russiae Ducum Clarissima progenies

Vladislai Jagiellonis Regalis throni thoriq[ue] ultima Consor…

Magni animi magnaq[ue] virtutis Heroina

Sacro Matrimonij Vinculo Gentem Rexicam Regno Poloniae arctissime co…

Taedisq[ue] nuptialibus diuturni Martis incendia penitus extinxit

Regia haec Matrona Reginarum decus

auspicatissimo nomini suo respondere cupiens Sapientiam, quam Sophia…

in Sapientibus Viris mirifice adamauit

Et ne Charissimo coniugi in eruditorum virorumq[ue] amore quicquam con…

1430. Rectoratu M. Andreae de Buk S.T. Professoris

In album Academiae Cracov. ad perpetui amoris Mnemosynon nomen…

inscribi voluit

Quod Orationum et Meritorum Acad. fieri particeps ardentissime percup…

Geminam Sobolem Orbis commodo genuit

Vladislaum Orientis formidabile fulmen

Casimirum Regni Poloniae gubernaculis admotum

quartum deinceps Regum inclytum Parentem.

Amantissimo coniuge florentibus adhuc annis viduata

in perpetua castitatis vidualis solitudine

Pijs dilecti coniugis Manibus, quoad usq[ue] vixit fidelissima turtur paren…

Demum post lacrymas et diuturna suspiria

Decreto Caelesti ad immortalem dilecti Turturis Societatem evocataq[ue]

Ex lacrymarum valle in Elysios Paradysi Caelestis campos commigr…

Ao restauratae Salutis

Russiarum Lechicis Sacro quos foedere gentem

Coniunxitq[ue] Sapiens nonne Virago fuit?

x Magna Mater Elisabeth filia erat ~~Siemovi~~ ~~Casimiri filii Siemovitii~~
~~qui fuerat germanus~~ Vladislai Loctici natu minor.

De Diva Hedvige Regina Polonarum

A Clarmo Dno Josepho Bieżanowski ... connotata aliqua ad instantiam Clarmi et Eruditissimi Dni M. Martini Radymiński, et post fata illius, ... Scriptis ad Bibliothecam redditis, ab eodem inventa et reddita. NB Sed hoc ... sunt fere a ... Dno manu eiusdem connotata: ut ... manu scriptus pater ... et in ordinem redacta atque ...

Hedvigim Reginam Poloniae, ex Gallorum et Polonorum ... Hungarica Regum stirpe genitam, salutare Polonis, et ad illuminandam luce fidei Lithvaniam destinatum sidus, benignissimus Coelorum moderator, Anno post partum Virginis 71 supra Trecentesimum clementer concessit. Ludovicus illi Poloniae et Hungariae Rex Pater. Mater Elisabetha Prastarum ~~Regis~~ stirpis Sanguis Regis Bosnae Filia. Avus Paternus Carolus, Galliae, et Pannoniae Rex. Magna Mater Elizabeth* Vladislai Loktici Filia Casimiri Magni Germana, fuerunt. Sancta Parentum progenies, in fasciis materno cum lacte virtutem suxit. cunas egressa, candidissimum innocentiae lilium ostro natali purpuravit. Vitae mortalis cursum Heroicis supra sexum virtutibus, profundissima praesertim animi demissione, tam pulchre coronavit; ut se et omnes suas actiones, cum exinaniret in clivo Golgotheo maiestatis exemplar confirmaret. Purpurae dum prima articulatarum vocum labellis format elementa, dum organis corporis uti, et quam primum intelligere incipit aliquid, non aliud prius didicit, quam linguâ dicere, manu Crucem, fronti, ori, pectori imponere, calamo tandem scribere, aut pingere Christum ipsum de trabe pendentem in mente et oculis ferre. Legenti codex erat Christus brachiis in Cruce extensis; operis aliquid molienti idem erat comes, sub ligni pondere labans. esurienti cibus, supremam coenans cum discipulis. Vacanti dulce spei spectaculum hominis, in Cruce amplexum offerens. Cui ipsa quoque (ut amor est ingeniosus, et amantem in amatum vertere potens) totis arctioribus tanquam Clavis trabalibus configi desiderabat. Quam infantem adhuc in Cunis longe antea Ludovicus Pater, ~~Guilelmo~~ * Guilelmo ~~Austriaco~~ Archiduci sponsam dixisset, multorum* Regi salus populorum, aliquando Jagellonis flammâ nuptiali obnupsisset.

* Gulielmo alias Guilelmo

Orba post mortem Ludovici, Rege Polonia jure sanguinis et votis liberae electionis, e duabus Ludovici filiabus, Hedvigim, (modo virum qui sibi placeret, et Regno par esset in consortem acciperet) ad Regnum postulavit. ~~Alterutram~~ Alterutram, ad maximi honoris oblatam conditionem descendere.

Tempus erat, ad Regnum Humili, ad virum Virgini diu multi-
tumque reluctantem, aeque quae à matre dimissam, cupidissime soli
Sarmatiae recepit, suoque Diademate tanquam Reginam auspi-
cato redimivit. Nec pudebat Heroicis Polonorum animis
colla submittere; iterumque in verba puellae jurare; quando iam
non Virgo, sed ipsa Virtus in viros imperium tenere judicabatur.
Invidebat istam Poloniae vicina Lithvania felicitatem; quae
tunc belli tantum studiis non Religionis sanctitate, nec morum
Civilitate, erat aequalis; et se in simili fortuna esse maximo-
pere exoptabat; sed quam solis non nisi votis suspirabat, cu-
tunc à Deo Optimo maximo consecuta est; cum Princeps
Jagello Divino instinctu, errorum gentilitatis pertaesus,
et Procerum suorum consiliis, animum ad petendum Hedvi-
gis conjugium, per honorificentissimam legationem adjecit.
Grata Polonis fuit ea legatio, fidei Catholicae propagationem,
et diversarum ad Regnum Provinciarum accessionem per conn-
nubia potius quam per excidionem generis humani optanti-
bus. Parum accepta Reginae procatio Principis cultu, lingua,
Fide, alieni; stante praesertim si nubendum esset pro suis
arrhis Gulielmo Duce Christianissimo et Cultissimo.
Hinc Austria inde Lithvania. Hinc sponsus Gulielmus, in-
de procus Jagello; Hinc magna Germania, inde salus mul-
tarum gentium, animum Reginae in diversum trahebant;
maxime vero constans Virginitatis servandae studium.
Anceps igitur animi responsum Legatis edit, Causas esse
Cur Oratores non impetrarent, de quibus venissent; quod
Principi Christianae cum Duce Ethnico; nec tores nec Tha-
mus posset esse idem, quibus unus et idem non esset Deus;
Adhaec Sponsalia Gulielmi Centum Auri talentis esse sub-
arrhata solvenda ei à quibus violata essent.
Legati magnum Ducem Lithvaniae à Sacris Christianis
alienum non esse. Et si voti damnatus fuerit, et se et to-
tam suam gentem iisdem fore initiandam. Sponsionis quoque
pretium, è Gaza Lithvaniae solvendum esse asseruerunt.
Ad extremum pulcherrimam Poloniae appendicem, magnum
Ducatum Lithvaniae accessurum.
Verum, nec tam prolixa benevolae Captatione Reginam di-
ctis suis audientem habuerunt; quod nimirum in re omnium
gravissima praeter voluntatem Genitricis suae, ipsa quidquam

statuere, nec ultro vellet, nec vite posset.
Abeunt ergo in Hungariam Legati sciscitatum. An placeat matri
Virgini filiae Princeps Lithvanus, socrui gener, Dux Jagello.
Elizabeth Regina Hungariae, audita et examinata diligenter Li-
thvanorum legatione respondit; Ratas apud se fore Hedvigis
filiae, Reginae Poloniae ~~preces~~, si ea perfecta fuerint, cum ma-
gno Duce Lithvaniae, sumptus, sponsalia in annis per Regem
Ludovicum in personam Guilielmi facta. quae esse irrita imo
omnino nulla
omnino nulla. Potiorem apud se esse promovendae fidei Catholicae
rationem, quam illa filiae servandae virginitatis desideria. Et
gratulari utrique genti animorum et armorum conjunctionem; quibus
hactenus perpetuo plenis copiis in aciem descendebant. Fore quoque
alicujus meriti apud Deum, si per taedas lumen ad revelatio-
nem gentium accendatur.
Tot arietibus a constantissimi propositi firmitate Hedvigis
dimota, ad vota gentium, ad preces Procerum, in conjugium, non
in ullam voluptatem quam a se proscripserat cum Jagellone
Guilielmus praejudiciosas sponsae suae* praedictae volens consentit
nuptias ocyor Austro, ex Austria in Poloniam advolat,
Cracoviam intrat, verum illi ascensum adytum ad inclusam Da-
naen evectae in coelum Vavelicae Turres: descensum ipsi etiam
auro pluvio Jovi mille vigiles Argorum oculi denegarunt.
Inenarrabilis sane Reginalis humanitatis erat, quod Guiliel-
mum in urbe divertentem ipsa inviserit, Regaliter habuerit,
rationibus persuaserit; cur ob majus totius Christianitatis
bonum, in vota aliena transiret. Arrhis praeterea restitutis,
multisque aliis ornatum muneribus, domum placidissime remiserit.
Quin imo vim quoque ascia foribus suis impactam virago intu-
lisset; si Proceres amplius obstinatos, quominus sponsam apud
Ducem Ludovici Parentis, factam sponsionem fide solveret, do-
lenterque repulsam ferentem humanitate sua deliniret, egregio
facinore monstrans in summa potentia non quodlibet liceret,
sed quod liceat, posse subinde placere.
Succedit ergo Archiduci Austriae, splendidissimum Fratrum Prin-
cipum Lithvanorum Comitatu maximaque Procerum utriusque
Poloniae frequentia, magnus Dux Lithvanus, Cracoviam
deductus. In Regia Reginam, in Virgine Reginam omnia
majora fama, formam, virtutes, majestatem, comperit.

et veneratur. Neque enim forma parem, fortuna similem
Hedvigi alteram, aetas illa vidit antea. Cujus felicitatis, ut qui
primum compos redderetur Jagello, intra paucos dies fidei mysteria ca-
tholicae didicit. nec diu ipse ritu solenni de fonte Baptismi
nomen Vladislai. Ad titulum Hedvigim apud Aram matri-
monium in conjugem in Throno Diadema et Regnum. à Bodzanta
Primate Regni suscipit. Vicissim magnum Ducatum Lithvaniae
et Terras Russiae, Reginae Regnoque aeterno jure adscribit, et u-
De felicissima hac magnarum Principum conjunctione, ingens
orta est per omnes status et conditiones hominum laetitia.
Gaudebant subjectae gentes quod furiosa Martis tela in amoris
pharetram; connubia Principum reponerent. Congaudebant vicinae
quod stridore armorum concurrentium quibus inimicissimae hac-
tenus gentes dimicabant, liberarentur: et sine classico epitha-
lamia concernentes audirent. Gratulabantur Christiani Prin-
cipes Summo Ecclesiae Pastori, quod Hymenaeus iterum in Po-
loniam de magno Principe ad Christi ovile adducto triumpharet.
Denique omnes alii laetabantur, quod suavi ista foederatione
in quiete constantiori aevum possent traducere. Soli qui ad exci-
* Polonis expectabant cruce digni cum magno Cruciferorum suorum Cruci-
abantur Cruciferi, ad festa connubialis Reginae suae, etiam
invitati non venientes.
At Regina ne cujuspiam locorum festis suis Regnalibus gaudia
deessent, pulcherrimum ipsa de se spectaculum coelo exhibuit,
inter delicias esuriens, inter phalerna sitiens, purpuram cilicio
pulchro suffulciens, torque tergemino, sed ferreo, corpori illigato
insolentiam carnis domans, pede humili elatam mundi pompam
calcans. Quid majus à sexu fragili, aetate tenera, condi-
one Regiâ expectare sit? Hedvigis, ut Augustam vere
agnoscas, ex neophito Apostolum, ex bellis victorias, ex
victoriis pacem, ex injuriis subditorum Ecclesiae libertatem,
è rudi minervâ de cerebro Casimiri magni Avi sui natam
Palladem adultam, pro hasta sceptris, pro galea Regalibus
coronis ornandam, in Septemtrione orbi dedit.
Secundum enim vitae initia per Vladislaum Regni initia virum
aliqui ad magna natum, sponte currentem, Hedvigis in
majorem lucrum ex tunc armis laborantem duxit Poloniam.
Cum in itinere cum Ecclesiasticis glebis adscripti ad subventi-
ones Curiae Regis faciendas ablatis pignoribus adigerentur; Ec-
Interdictum: clesia Gnesnensis ~~Interdictum~~ tenuit, nec usquam locorum templa
mitatur Regio paterunt, Rex de clero injuria à Curialibus

~~Illata~~ a ~~id factum fuisset~~ admonitus; ablata illico vestium, et ab
omni deinceps Ecclesiasticorum Colonorum violentiâ omnibus abstinere
mandavit. Hic Regina: Bene est inquit Rex Serenissime pi-
gnora agrestibus sunt reddita; at vero lacrymas eorum quis
quis refundet? Audite talia pro agresti lacrymula dicentem
Reginam vestram Sarmatiae Quirites, qualia diceret in eos,
qui jus vitae et necis sine ullo jure imo contra Jus Divinum
in subditos sibi usurpant. Putatis aequa aure laturam insolitis
linguae fulmina, quae non tulit contractam dolore in frontibus Co-
lonorum nubeculam.

Ut igitur Sol oriens tenebras fugat, vapores consumit, terrae germina
producit; sic ad Reginalis Majestatis in majori Polonia exori-
tum Domaratus turbarum et dissensionis author ultro ipse in
exilium fugit. Nobilissimae vero Grimaliorum et Naleniorum
familiae abjectis ad pedes Reginae armis et odiis quibus 40 ferme
annis infelicissime dimicabant, dextris et animis conjunctae coalue-
runt. Utraque aestate post 40 hyemes, orta est de terra pax
imo vivit floruit, et adolevit simul, post felicem à Deo Solis
in Cancro cursum, rigidiore pruina adventante, quam alii vix
tectis sustinent. Hedvigis Vladislao lumen in Lithuaniam pro-
fundissima gentilitatis nocte demersam, ad inferendum Evan-
gelii lumen properavit.

Indicta omnibus Lithvanis Vladislaus conventione Regia ver-
bo, facto et exemplo Apostolum Lithvaniae egit. Centum fer-
me millia ipsemet lustralibus undis à peccatorum labe, per
sacrum Baptisma mundavit: eosdemque Neophytas lingua
sibi cognata fidem Catholicam docuit. Jactam per Regem
maritum Sanctae fidei sementem operis Sancti socia et causa
movens Regina in animis Neophytorum, quos materne fovit, libe-
raliter nutrivit; Deus autem magnis auctibus incrementa dedit,
et ad maturitatem promovit.

Illa libertatem servis, liberis baltheos Proceribus sellas curules in
gratiam suscepti baptismatis apud Regem impetravit. Illa pannosis
vestes, egentibus necessaria large liberaliterque erogavit. Abacum
suum in Calices et Cruces, mundum et ornatum Reginalem in sa-
cras vestes et altarium ornamenta convertit. Gazam in censum
ministris Ecclesiae large et effusissime locavit.
Insuper Adolescentes Juvenes, puerosque, quibus indoles favebat,
quam plurimos pro hauriendo luce fidei et doctrinarum, alios in
Seminarium Pragense abs se fundatum transmisit; alios Craco-
viam secum in Academiam duxit. Et se Lithvanis alteram
munere non dignitate Apostolam vere praestitit.
Pulsus ~~et~~ è latebris Lithvaniae Tenebrarum Princeps ut se
ulcisceretur animo et corde Regis, cum Throno nequaquam posset,
authorem exilii sui excludere nititur. Vana suggestione cujus-
piam delatoris pulchrae uxoris vir fit zelotypus. Conjugium
prope dissidium conjunctissimorum Conjugum erat; nisi alii qui
foveam struxerunt alteri in eandem ipsimet reciderent. Concitatas

apud

apud animum Vladislai suspiciones iz nobilissimi Juvenes, genere
state et virtute pares. Pro Hedvigi si Rex totidem pares Conditi
one statuisset armis decretoriis disceptare volebant. Senatui visum,
ut delator in Tribunali Procerum ad hoc instituto dictis suis
fidem faceret. Defecit in ipso limine qui mendacium fecit, Con
victus falsi pistoro quo alienam innocentiam afficere non erubuit,
affectus, nolens volens, contra se pro veritate egit: clarumque pro
revocatione publica Reginali pudicitiae testimonium dedit Bole
potius maculas et faciatus patiente quam Hedvigis virtute na
tus sed umbram splendidissimae virtis. Immortalis est veritas. Ficti
et mendacium non durant. Ingruant licet noctis tenebrae, na
tivus tamen color rebus manet.
Ergo turpiter ejectus ex Regia sua fraude reus Cacodaemon co
unde exierat in Lithvaniam acceptis Erebi sororibus Tysiphone
Megaraque saevior se recepit. Absente domo Principe discordiarum
inter fratres, rebellionis inter subditos zizania late spargit
Serpebat iam Cadmea seges, prolesque gygantea iam in pedes
sese erigebat penitus aenor scaturitura, quae monstra
in herba et in cunis exsanderet eliderque.
Vladislaus Hedvigi Regnum quod per ipsum in omnibus partibus
pacatum fuerat plene tradit: Illa non regno magis attendens
quam Virone quis eum casus apud gentem fluxae fidei interci
peret metuens, ad Salvatoris Crucifixi effigiem unicam salutis
arrhabonem confugit in summo Eccles. Crac. templo quae in han
diem argentea inclusa iconotheca religiosissime colitur, et servatur
Conjugem, Regnum seque ipsam cum ingenti lacrymarum perfusione
Christo, En alunde certius rebus suis dubiis consilium et au
xilium fortiorem marito in periculis panopliam obtenturam se fi
quam ab eo qui omnia possidet, quique in ligno vinceret et reg
ret in aeternum) commendat.
Accidit autem ut intensius precanti Christus quoque ipse viva
voce ex illa trabe, (quod constans Majorum traditio in hanc
diem tenet) precaretur. bene eam sperare de omnibus jubens
et grata atque rata omnia sua vota se habere dicens.
Coelesti colloquio ut par erat animata innocuas et calatis assue
tas manus relicto gynecaeo armat ferro: Exercitum tumultua
rie collectum et florentes aere Catervas in Russiam quam Pa
nones et Silesii insederunt: lateque mestis pro Duce Opolienst
cum injuria Regni dominabantur Advenientis exercitus exclusi
rumore ipsis acrebus ordinatis conscientiarumque terroribus perterriti
iniqui occupatores non Urbe tantum Leonis, Grodeco, Haliciq.
Trebowla Jaroslavia viri foeminaeque maenibus inclusi sub
Dio agenti toto quod dicitur campo herbam porrigunt; vict
venia impetrata incruentam deditione spontanea victoriam noi
vae Imperatrici deferunt. Non sola habuit Scyt.* Amazonia Di
Amazonas. Non sola Volscorum regio Camillas; habuit et Polo
nia Vendas, quae Rytigerum cum Germania sine sanguine superavit

* Amazonum Regio et civitas dicitur

habuit et Hedviges quâ victrix victorem exercitum sine cujusquam
noxa, quod insolens est in victoria domum reportant. Et se gaude
venisse, Christum autem Dominum, etiam sine pugna vicisse, indi:
ctis Clero publicis ad aras supplicationibus, professa est.
Quidni verò etiam praelio vinceret illa, Cujus per omnia castra
in aere signum, in manu clypeus, in pectore lorica, in ore tessera,
hostium erat Jesusq Crucifixus, mortis, inferni mundiq perduel:
lium Triumphator. Cui ut perpetuum Imperatrix nostra in:
stitueret triumphum. Basilicam sub titulo Sanctissimae Crucis
in Clepariano; et in ea D. Benedicti Fratres, qui Slava linguâ
Sacris operarentur, ingens victoriae coelitus obtentae constituit trophaeum.
Laurea igitur Regina debebatur corona, nec lauream tantum
et triumphalem, verum etiam oleae sertum promeruit Diu belli
sequestram egit inter Fratres capitalibus odiis ad invicem disside:
tes quibus in hoc convenerat, ne prius ad arma quam ad Reginae
tribunal concurrerent, cujus arbitrio eadem ponerent, vel sumer:
ent. Tremebat illa gravi imperio luctantes inse. Placa:
bat gratiâ odiis incurabiliter laborantes; irâ furentes pruden:
tiâ frenabat: ut nunquam alias quoad vixit nisi in barbaros
cognatae acies armarentur.
Quis tandem Civicas eidem non deferat coronas; quae non obse:
quentes tantum sed etiam refractarios Reipub: conservavit cives.?
Saepius illa virum implacabiliter injuriis et perfidiâ offensum
cum Cruciferis pacem componere volens, multa itinera tulit
multa fecit laedentes fidelem ipsius operam superbiâ et contumaciâ
At vates illis fuit exterminio cum ipsa nominis memoriâ è
terris Prussiae exterminandos fore; quod impii et ingrati pro qui:
bus Deum exorare deberent, Patronos bellis exagitarent, et
Patrimonii sibus terris depicerent Pro pietate tamen sua, id non
passuram dum viveret, ut gladius qui eorum sanguinem hau:
riret, vaginâ vacuus conspiceretur. Fatalem hanc illius vocem
ut et illam, quâ Vitoldum, exercitum contra Tamerlanem moventem,
ut bello abstineret, nec sanguinem christianum perditum iret,
dehortabatur, eventus probavit. Sero Vitoldus amissis omnib
ipse fugâ morti vix elapsus verbo ejus credidit, Plagisq fa:
ctus melior Sanctitatem Reginae cum Anna uxore est veneratus.
Et Cruciferi è Prussia cum titulis et memoriâ ejecti, justas ne-
mesi dant poenas. ut Hedvigis praedixerat.
Primum et ultimum Conjugii fructum cum Rege subjecti populi avidis:
simè ab Hedvige expectabant, quem et ipsa, ut Regiam ~~vel~~ Polonorum
Piasti reliquiis recrearet, pulchroq Jagelonem faceret prole beatum,
devotè apud Numen ~~beatum~~ aeternum, flagitabat. Diu distulit, neq
concessit, sed ostendit tamen prolem optatam Deus. Nam cum Regia
magnificentia triclinium puerperae, aulaeis et ostro, cubile stragu:
lis et pluma cunas mollissimis fasciolis instruit, vates suae et prolis
mortis. absit inquit Regina omnis hinc ornatus et splendor, ubi
Matrem vita spoliabit, et prolem mors atra funestabit. Nudos igitur
et angustos intra parietes lectulo plumis vacuo; et quoquo ad im:
mortalitatem eluctantem animum retardaret. exhausti jejuniis cor:
pusculi membra reponens, primitias utero fecunditatis Authori.

Deo foetum exemplo Matris Dominicæ obtulit. Prolem Patri, Hæ-
redem populis Filiolam edidit. Cui nomen de Lavacro Baptismi
Elizabeth Bonifaciæ inditum seu impositum erat. Sic volente Supremi
gregis Christi Pastore, qui munus susceptoris de fonte in se
receperat. Dulces at breves istæ expectationis diuturnæ deli-
ciæ fuerunt. Flos iste liliaceus intra triduum emarcuit. Cæle-
stis animula sacris ex undis renata in Coelum unde venit abi-
[it]. Hæc mater filiolæ funeri diu superfuit. Quæ susceptis Di-
vinissimis Sacramentis Testamentum nuncupatis extremæ sup[remæ]
voluntatis vindiciabus condidit. Et Almam Academiam Cra-
coviensem virtutum et bonorum suorum hæredem dixit.
Exhausta erat omnis ejus alioqui opulentissima dos in pauperes,
templa, usus publicos. Pretium relictæ supellectilis Sex-
aureorum ut mandaverat in construendam pro pauperibus Stu-
diosis domum cessit. Verum non hanc solam sed aliam vitam Aca-
iterum post Casimirum Magnum erecta quod Theologica Facul-
tate aucta, quod clarissimis elogiis et prærogativis cumulata
sit Universitas) Hedwigi acceptam refert
Splendidissimam Casimiriâ in urbem transportationem instituer[e]
quantocyus apparabat, sed ipsa prior, quam propositi sui
effectum daret, in Coelum translata est. Decima Septima
Julii Solem in Ange consecuta, Regnum Coeli capessiit. Anno
reparatæ salutis 1399. Orbitate Regi et Regno magno
cum mœrore et desiderio sui apud omnes vulgatâ morte
relictâ ad us ejus sacra Lipsana concurrentes, intuitu ~~[illegible]~~ Cæci
visum, claudi gressum, mortui vitam referebant. Evidenti ar-
gumento præsentissimi ejus apud Deum patrocinii effectum
sentiendo. Referunt nunc etiam ad ejus Conditorium solatii af-
flicti, quibus illa supplicibus in terris apud Regem terræ nun-
quam deesse solebat. In supremo vitæ momento incredibilem
pietatem quam totâ vitâ coluit, singularem animi constantiam
incredibilem Christi Crucifixi amorem quantum exhibebat ef-
fari non est eloquii humani. Accepta siquidem ejusdem effigie
in osculis sanctissimam animam exspiravit.
De illa Dlugossus. Erat inquit Hedvigis Regina in orationibus
assidua, in jejuniis Adventûs Domini et Quadragesimæ per-
tinax, in cilicio et aliis mortificationibus sibi indicendis con-
stans et fortis, in omnibus actionibus prudens, in perficiendis
regni negotiis felix, in Regis Throno humilis, in forma sin-
gulari sibi despecta non tantum videri, sed esse voluit ac stu-
duit. Universo orbi non tam ob claritatem generis aut sceptrum
quàm ob virtutum splendorem notissima et Celeberrima
Adhæc. in superandis Civium difficultatibus ingeniis promo-
vendis plurimum valebat. Cujus singulari prudentiâ, viribus,
officio, nulli unquam, nec terrenarum rerum occasioni deerat, qua ex-
citari humilis animi, et vetera hominum studia moveri posse viderentur

Et hoc expedit hic adnotare quod Samuel Nakielscius in sua
Miechovia meminit singulare illius miraculum
Quodam tempore cum Eleemosynam pauperibus in orario
vestis ferentem Rex Vladislaus maritus offendisset, et quid
ferret rogasset, pro pane et obsonio rosas: et alios flores se ferre
dixit. Regiq; ostensas exhibuit

De eadem Elata est ut notat Cromerus, magnificentissimo
funere, multorum Regum, et Summi Pontificis Bonifacii IX
splendidis legationibus celebrato. Tametsi n' ad Exequi.
ac verum ad levandam de Sacro fonte prolem regiam Rege
ipso infante missi erant. Et ad Cornu Evangelii in Con:
ditorio opposito Casimiri magni, Regis Poloniae sepulchro,
tumulata est.

Casimirus III Jagellonis F.

Post Cladem Varnensem, Fortissimo Fratri in Regno successit
Cum Jagellonio sanguine, spiritum quoque Jagellonium hoc est eximium in literas et litteratos amorem hausit

Quem ut publico testimonio sequentibus saeculis quoque testaretur et ad similia
futuros Scepti Sarmatici Monarchas provocaret, nomen suum Fastis Academiae inscri-
bi iussit ad restaurandum igni consumptum Collegium Maius, regia
liberalitate Quadringentos florenos sub conditione ~~pro~~ Anniversarii sui celebrandi contulit
a Rege ~~oblatos Universitati~~ in perpetuum monumentum convertit.

Victricia Victoriosissimi Parentis arma in Cruciferos movens
Quem diuturnoque bello fatigatos, tandem ad pacem petendam supplices habuit
Ianumque per tot saecula, in Prussia saepius clausum, saepius reclusum
tandem perpetua pace clausit et observavit.

Jagellonium sanguinem cum Elisabetha Austriaca Sanctissima femina felicissimis
incrementis mirifice auxit.

Quatuor Regum Parens

Vnum Coronae Bohemiae et Hungariae, tres Sarmatico Imperio, ~~dedit~~
~~Caelo agmininem Casimirum~~
Vnum Capitolio Romano Fridericum ~~contulit~~ obtulit tribuit Purpuratum dedit

Nec minorem in Filiabus felicitatem expertus
Per quas Celsissimis Europae principibus, sacro coniugii foedere coniunctas
Stirpem Jagellonicam tota Europa latissime propagavit
ad hoc usque tempore in exteris principibus felicissime perennantem
D. Casimirum candidissimum innocentiae Virginalis Lilium Hungaricae Coronae olim can-
didatum sed eam generosissimo animo, ob caeleste diadema spernentem
ingenti totius Poloniae Lithuaniaeque bono, gratissimum Angelico Consortio hospitem
aggregavit

Ita de Caelo, terraque optime meritus princeps.
Quo Castissimum filium praemiserat ipse quoque Belli Pacisque ornamentis
conspicuus subsequutus est Aº 1492 Feria 3 Pentecostes
Grodnae in Lithuania.

Polonis suis in Augustissima progenie longissime vivitque.

Magna tibi laus est quatuor genuisse Monarchas
Sed maior, Sanctum Te genuisse polo.

Stan. Biezanowski

Res in Christianitate inaudita
CASIMIRUS III.
Rex quondam Poloniae quasi minus
Vladislai II Jagellonis Principis primum Ethnici
Regis dehinc Poloniae Christiani
Filius
Elizabethae Austriacae : Matronae Sanctissimae :
Alberti II Romani Imperat. Hungariae ac Bohemiae Regis
Filiae
Felici junctus connubio
Undecim ex eadem Liberos
Quinque nimirum Filios
Vladislaum Hungariae et Bohemiae Regem
Joannem Albertum
Alexandrum } Poloniae Reges
Sigismundum
Fridericum Cardinalem Archiep. Gnesnen.
Casimirum Divum indigetem
Quinque Fridericamque Filias
Sophiam Friderico Marchioni Brand.
Annam Bogislao X duci Pomeraniae
Barbaram Georgio Duci Saxoniae } nuptas
Hedwigem Georgio Duci Bavariae
Elisabetham Friderico II Duci Lignicen.
Suscepit
Decemque ipsis traducibus
Isthoc intra bis seculum
Summates totius Christianitatis familias
Caesareas REGIAS DUCALES.
Successu tam auspicato propagavit
ut
Dubio ab hisce Genitoribus
Casimirianaque vix dum Christianitati inserta stirpe
Regio proinde Polonorum Sanguine
Generationes intra breviculas
Quinas partim, partim senas, summum septenas
(Exemplum sine exemplo)
Cuncti hodie Christiani orbis monarchae
Caesares

Cæsares, REGES, PRINCIPES.

Plures q̃ quam mille Semideûm Animæ
(attestante prolixâ Genealogiâ deductione)
Ex ijs

V. Romani, continua sibi serie succedentes Imperatores
VI Imperatrices

VII Indigenei Poloniæ REGES.
VII Reginæ indigenæ

XIX per cætera Europæ Regna omnia, gloriosi REGES.
XX Reginæ extraneæ

XV Sacri Romani Imperij ELECTORES
XXV. ELECTRICES.

XXX Austriæ Archiduces
XLIV ARCHIDUCISSÆ.

Regiorum insuper et Electoralium, aliorumq̃ Principum
Ecclesiasticorum pariter ac Secularium
Innumera agmina
recta descenderint linea.
Ita ut si hodie

Idem reviviscerct CASIMIRUS.
Nullam sit Christianorum Principum Filiam
(omnes quippe liberorum loco se libenter)
Coniugem haberet eligere Collateralem.

Stupendo prorsus indicio
Divinæ, in sobolem principis, idolorum desertoris, Benignitatis,
Luculento item testimonio
Honoratorem Dei, a Deo vicissim iri honoratum
Felici clerici omine
: Si fata n̄ invidissent :
Ut quemadmodum olim

Vladislao III. Casimirus III
Fratri nempe Frater
Regio sufficitur diademate
: Post bis centum aliquot annos :
Anno partæ Salutis 1649.

Alter novus sub Casim

Hoc novo Sub Casimiro
Quem inter et Cognominem illum Antecessorem
Nullus intercessit Casimirus alius
Omnia iterum fore fausta festa, feralia   Cominabar Cyprianus
utique tunc in
Casimiro II Polonico
Mascula quondam Regum indigenarum desijt Surcessio
pauloque post in
Casimiro III Lituanico
Regia iterum Domi Stabilita
et ad haec tempora usque
Continuata fuit Familia
ita nunc in
Joanne Casimiro SVEDICO
Quarto Regij istius Casimiriani nominis Consortaneo
Ad ipsum unum ferè
Coarctata rursus Stirpe Regia
Nova regij Sanguinis augmenta
Domi forisque (fiat fiat)
Ominanda esse ac speranda
Quod boni Ominis Indicium ac Votum
Ipsamque adeò Genealogiam Casimirianam
Si haec quidem
Vivis iterum istoque repraesentatam Iconibus
Invidi Seri lubeat ac publicari
et
S R M. et Smae Rmoque Regij Sanguinis Pri
et
Potentissimae insuper Polonae Reip.
Tot Caesarum Regum Principum
Aeterna sua gloria
Genitricis
Senatoribus Statibus Ordinibus
Rmis Illmis Magnificentissimis
auspicata sub initia
Novi anni
Novi Regiminis
Novoque Cominus
Debita cum devotione subjectione ac humilitate
nuncupavit et Obtulit
Cyprianus KINNER Lesnensis D.
Celsissimi Lignicensium Ducis
Consiliarius A 1649

Joannes Albertus Casimiri III F.
Vladislai Jagellonis nepos
Ingentis animi Princeps

Si magnis conatibus par ubique fortuna respondisset
Sed quod armatae felicitati defuit, togatâ abunde suppleuit
Quippe litterarum amantissimus Princeps
Quem partim è Jagellonio Sanguine, partim è ~~Philippi Callimachi~~ Joannis Roth Praeceptoris Academici eruditissimi Viri institutione
ab ipsis incunabulis litterarum amorem altissimè imbibit.
tota deinceps vita, inter maximas Coronae Sarmaticae curas constantissime retinuit
Historiis cominus Matheseosque Studiosissimus
Nihil dignius Magno Principe ratus, quam ex altissimo Regiae Maiestatis Solio
Solis et Syderum vices Coeli terraeque momenta speculari

Nunquam augustius Parnassi Musarum cohors, quam in purpurato
huius Principis Sinu atque adeo in eminentissimo Regii Pectoris Parnasso
habitauit
Quam hasce divas non in familiaritatem solum, sed in sortem quoque imperii
Litteratissimus Princeps admisit
Hocque tandem ingenti Studiorum amore effecit ut non amplius priscis saeculis
Magna litterarum et litteratorum nomina et numina
Scipiadas et Augustos Romanis, Alexandros Macedonibus, Siculis Alphonsos
inuideamus

Tantus Musarum Amor, et Amator.
Qui Parentum suorum hereditarium erga Acad. Crac. amorem impense colit et propagavit
Atque ut hoc palam secuturae posteritati testaretur, Ius Conferendi Canonicatus sine onere
Praedicationis ~~[illegible]~~ in Cathedra Gnesnensi in Rectorem et Universitatis
Professores transtulit
Auspicatissimum et Musis amicissimum nomen Regis in fastis et Parietibus Academicis Scriptum et sculptum legit posteritas et grata memoria prosequitur
Mortuus est Torunii in Prussia Aetatis suae 42 Christi vero 1501

Dulcis Apollo tuus fuerat, tua Pallas, et ipsa
Vrania; hinc Mavors noluit esse tuus.

Stan. Birzanowski

Alexander Casimiri III F.

Joannis Alberti Germanus Fr.

ex Ducatu Lituaniæ in Regem Poloniæ assumptus

Breve regiminis sui quinquennium, immortali liberalissimi Principis glori[a]
propagavit

Antecessores omnes liberalitate, imo et priscos quoque munificentissimos antecellens
Quippe qui in magna fortuna, non aliud maius habuit quam ut posset
Non aliud melius quam ut vellet benefacere.
Cum Titi generis humani delitiæ, diem se amisisse arbitratus
quem non insigni beneficio insigniret
Iustis quoscunque dies non horis aut momentis sed donis et beneficijs nu[meravit]
Quantum alij tenacium principum de rigidis et auro plenis marsup[ijs]
Tantum ille de vacuis et marcentibus gavisus est. beneficium se accip[ere]
putans quoties contulisset, incredibili donandi voluptate eousque Medijs et pr[...]
Ut iam passim ab omnibus ne Sarmatiam totam prodigeret, timeretur.

Tanto liberalitatis princeps
Nec in solos liberalium disciplinarum Professores illiberalis esset
Maiorum suorum pulcherrima vestigia imitatus, benevolentissimum affectum in
Jagellonicas liberalissime declaravit quando in Medicam nondum suo instit[...]
in Juridicam huius Scholae fundata Rege et Regina Bohem[...]
et ne nova Valeu[...] Vratislaviæ
Demum Lublini morbo decumbens
Postquam de cæsis ad internecionem Tartaris felicem quem optaverat nu[ntium]
accepisset, in ipso tristissimo mortis agone, nonnihil exhilaratus Victo[riæ]
auctori Deo gratias ob victoriam agens, Victrices laurus sepulchralibus
cupressis coniunxit, nobilemque triumphum, totam deinceps æternitate
continuatum in terris feliciter inchoavit A°

[Margin:] Vratislaviæ apud Iulius 2 anni [...] in aula sua regia [...] inter cessit

[Margin:] Id contingit demum sub Sigismundo I.

R. ex Marte fuisti poterit te vincere Idaba
Munificum poterit vincere nemo manu
M. Stan. Bierzanowski

Sigismundus I. Casimiri III dicti Magni rerum gestarum amplitudine
Maximus Filius.

Quidquid in fratribus suis, eximium ac singulare fuerat
Unico veluti compendio complexus
Illustre absolutissimi Principis exemplar Orbi dedit (Galliae Regem
inter Summos sui aevi Principes Carolum V. Imperatorem Franciscum Valesium
Tertius dignissimus omnium sententia est judicatus
Cui Orbis totius Imperium concederetur.
Quod honorificentissimum de se hominum judicium
In pace quidem, incredibili pietate, justitia prudentia, humanitate animi moderatione
In bello vero felicissimis continuorum victoriarum successibus promovuit.
Nunquam uberius in Polonia, quam sub hoc principe triumphales lauri provenere
Arma sua quocunque circumferre visus est, victricia semper retulit
Basilium Magnum Moschoviae ducem ipsa avaorum ostentatione vicit
Mox iterum sopita belli incendia resuscitantem ingenti clade usque ad Sanguineas
Borysthenis undas profligavit
Valachos Moldavosque ad Obertinum pauca suorum manu memorabili
praelio vicit.
Prussiae ducem abolito Ordinis Theutonici Magistro ad praestandam Regno fide:
litatem terrore nominis sui compulit
Mox amore et sanguine concessa in Matrimonium filia sibi iunxit
Pace domi parta
ad parandos exterorum principum discordes animos conversus
Elisabetham filiam Regi Hungariae Sacro coniugii foedere iunxit
Splendidissimas legationes ad varios Europae principes misit, et vicissim recepit,
Arma benedicta a Summo Xi in terris Vicario honoris ergo missa benedictione
Dni semper et ubique concomitante cum rebelles Dacos feliciter vibravit
Ut verus Jagellonicae Stirpis
Per tot antecessores suos continuatum in Academiam Cracoviensem amorem, felicissimis in
crementis Victoriosissimus Princeps propagavit
Post multa propensissimi affectus erga Musas Jagellonicas argumenta laudatissima
Imperatoris Magni consuetudine Professoribus 20 annorum, ut nobilitatem ab
se cum omnibus privilegiis eidem concessam in liberos etiam transfundant diplomate regio
indulsit.
Felicissimus Regum
Qui in universorumque subditorum suorum sinu securissimum somnum capere poterat
Tandem
Virtutum meritorum, victoriarum, et dierum plenissimus
Poloniam suam unice sibi semper dilectam
Religiosissimam, ditissimam, sapientissimam uno verbo Augustam
Augusto filio dum aeternum intrat Capitolium reliquit
Abi Lector.
Sint alii Magni sed tu mihi Maximus esto
Nomina sint aliis maxima facta tibi

Sigismundus Augustus Amicum Musis nomen

Sigismundi Imi Filius Casimiri IIIi Nepos desideratissimus

Eximius paternarum avitarumque Virtutum Aemulator

Gloriosissimi nominis mensuram pari amplitudine implevit

Augusti saeculum Eruditorum virorum feracissimum post tot saec[ula]

Verè Augustus Sarmatius renovavit

Litterata potius, quam laureata, regiminis sui tempora praestans [illegible]

Ad Solem hunc, in Solio Maiestatis Polonae exortum

doctissima cultissimarum Europae gentium heliotropia conversa fu[ere]

Litteratissimus Princeps

Amore litterarum velut efficacissimo Magnete amorem ad se litteratorum [illegible]

Ad summum Eruditae fortunae venisset tum Polonia

nisi haeresis quoque sub pallio Eruditionis sensim irrumpens pestiferum

Mephytim exhalasset.

Quam licet deinceps Catholicae Religionis Zelantissimus Princeps

Severioribus edictis cohiberet, nunquam tamen os foedissimae Bestiae

ita obturare potuit, quin spurcissimus foetor halitus evaderet [illegible]

Ne vero Musas quas in aeternis amaverat angustias do[illegible]

Augustus Princeps pateretur

Eswinicensi Premeteurum ex Decreto [illegible]

Insigni accessione suum Plebanatum ad Universitatis collationem

fecit. Paupertatem Philosophicam sublevavit

Iuris Patronatus ad Cathedram [illegible] in Universitate [illegible]

In Almo et [illegible] fastos, perennibus fastis dignissimum

Martinus Glicius Rector Universitatis inscripsit.

Rex Pacificus

Etiam cum belligerare voluit, a pacifica Pallade ubique obviis am[plexibus]

exceptus est

Magistrum Livoniae, florentissimo collecto exercitu ita turbavit

ut Curlandiam et Semigalliam exturbaret

Moschum quoque dum ab imminenti [illegible] Poloniae excidio [illegible]

Cupressos pertimescit, ad pacis Oleam petendam coegit

Leges quas Polonia multas quidem habuit, sed emortuas animam

Executionis inspiravit

Unionem Lithuanicam

Aegrè hactenus cum Polonia coalescentem solidissimo nexu roboravit

Pacis tandem amantissimus Princeps

Flantibus undique per totam Sarmatiam paratissimi temporis [illegible]

Immortalitatis Cymbam conscendens ad fortunatas aeternitatis

Insulas transfretavit Cnysini Aº 1572

Augusti peperere tibi doctissima nomen
Saecula num solidi tu quoque doctus eras.

Henricus Valesius

Dulces Polonorum, sed breves delicias.

Ex duce Andegavensium et Borboniorum in Regem Poloniae
honorificentissime assumptus

Deficiente fertilissimo Jagiellonum in mascula prole manipulo e fragrantissimo
Galliarum Lilieto, Manipulum Liliorum Poloniae substituit
Odoratus quidem, sed non diuturnas voluptates.
Quemquam, brevi onerosum splendorem, splendidiori apparatu excepit Polonia
Post tantam expectationem votis et desideriis suis frui non potuit
Quippe Lilium istud
quod floribus proprium statem ferre non valuit
Sub frigido Jove istos hortorum cupedias frustra consenens:
Mortuo in Gallijs Rege Fratre Carolo
Dum Patriam suam ne bellis Civilibus fluctuaret, amantissimus Patriae Princeps
repetit, fluctuantem nostram relinquit
Hoc uno Serenissimam nominis gloriae suae Maiestatem nonnihil obnubilans
Optimus alias heroicisque virtutibus ornatissimus Princeps
Qui ut se ex cultissimis Europae populis, oriundum probaret, inter ipsa
regni initia, in eruditorum virorum consortium recipi, et amantissimi
Litterarum Principis nomine initiari voluit
Quando A[o] 1574 Con. Assinali Rectore h.n. Ghrio Pilsn.
In monumentum Acad. Crac. amoenissimo vireto, inter florentissima Regum
Sarmatiae nomina, nomen suum candidissimi Lilij instar
propria manu plantavit
Maiora longioris benevolentiae argumenta exhibiturus, si longius imperasset
Sed dum felicitatem Polonam discessu suo in apertum discrimen conjicit
Minus felicia domi gubernacula invenit
Tandemque in odia suorum incurrens, parricidali ferro confossus sanguine
proprio purpuram Regiam iterum tinxit,
Candidumque Galliae Lilietum funestissimis imbribus cruentavit
Nunquam profecto tantis adversae fortunae ictibus petendus
Si candidae et sincerissimae Polonorum genti imperare voluisset
imo sub innocuis candidae aquilae alis non tam mori quam dulcissimo
Amoris publici somno potuisset soporari.

Gallia te florem Lechico conseruat horto
Sed breve delicium flos dedit iste Lechis.

+

STEPHANUS BATHORY

Magnum Maximi Herois Specimen Regumque amussis
Ex Principatu Transylvaniæ ad Sceptra Poloniæ evocatus
Coronati nominis, Virtutumque suarum splendoribus, ante coronam coronatus
rerum gestarum amplitudine, ipsam deinceps coronam coronavit
Durioribus fatis, ad moderate ferendos prosperrimos successus exercitus,
Libertate amissa, quomodo libertatem pretiosissimam libero genti Polonæ univ[...]
deinde traderet, didicit.

Potentissimum æmulum Maximilianum Austriacum Imperatorem
non armis; sed propensissimis Polonorum in se studijs sine sanguine vi[...]
Ab hac incruenta victoria Victoriarum seriem orsus
toto postea regiminis sui tempore triumphavit verius, quam regnavit
Rebelles Gedanensium animos bellica virtute fractos
ad officium coëgit

Triennio toto contra Joannem Basilidem M. Moscus ducem
imo contra rigidissimi Septentrionis inclementiam felicissime pugnavit
Livoniamque totam expugnatis in ea munitissimis arcibus, è rapacissimi[s]
Moschorum manibus extorsit.
Regnum Poloniæ vindex avitum vindicavit
Tremefactis tanta felicitate cæteris Polonorum hostibus terroreque [...]
Solus sine terrore, securissimis Victoriarum suarum bonis perfru[...]
Ad pacis deinde studia conversus
Justitiam primum Regum oculum, usui publico in plurimos canales de[...]
quando Tribunal Regni consensu et applausu omnium Ordinum Lubl. et Petr.
Catholicæ religionis propagandæ zelo inflammatus
è Livonia unde potentissimum hostem ejecerat, veræ religionis cultu in[...]
falsam proscripsit et ejecit
Transylvaniæ quoque suæ de hac Sanctissima luce multum im[...]
Musas Academicas
Quas in eloquentissimo suo Ecclesiaste S. T. Sorolwio dilexerat [...]
nomine amplissimi Beneficij Ecclesiastici Stephanomate coronan[...]
quando Præpositurae ad S. Floriani Clepardiæ jus Patronatus Acad. con[...]
imo Parnassum ad quem doctissimi sæculi Sapientes conveniret
Mureto eloquentissimo omni Zabarella subtilissimo Tho. Papia Jcl. acutissimo [...]
de Valentia Theologo Sapientissimo. magnis præmijs invitatis, ad[...]
nisi Summus Pastor Cæterique Itali principes talibus viris spoliari [...]
ribus præmijs propositis retinuissent.
Coronatum non sua Corona Academica, illa qua potentissimos [...]
donaverat dextera Rectore tum Jacobo Gorscio J. U. D. inserui[...]
Sed Optimo Principi invidæ Parcæ
quod alioqui malis prorogare solent, heu nimium præcoci ferro [...]
vitæ præciderunt
Scilicet Optimo quoque
Annuum Solis Circuitum, mala, morosissimam Saturni potentiam imitantur. Ita Regum desideratissim[us]
[...]tur pro Incolumitate sua a Sixto V. votis nuncupantur. Phœnixque suo, longæ Phœnicis sæcula [...]
sine senio amor publicus comprecatur. ex oculis appreantium sublatus, mortali corona [...]
Stephanusque immortali Stephanomate adijt coronandus Aº Salutis. 1586 12 Xbris [...]

Moschovum terror Patriæ Pater, auctor Congress[...] | Justitiæ, Stephanus; nihiloque [illegible]

Anna Jagiellonia

Vladislaj Proneptis. Casimiri III neptis
Sigismundi Imi Filia Sigis Augusti Soror

Per hoc regum continuatam seriem, vere regius, vere Jagiellonis sanguis
Quod olim Zeuxis in venustissima Deorum imagine in quam plures formosissimas Virginum transtulit imagines
Hoc idem natura in Anna Jagiellonicarum Gratiarum Gratia usurpauit
in quam omnes Maiorum suarum Gratias, omnes Jagiellonum venustates derivauit.

Pandoram Jagiellonicam iure dixeris
in quam
Vladislaj Jagiellonis Proaui Religionem
Sophiae Proauiae Pudicitiam
Casimiri III Aui moderationem
Sigismundi I. Patris prudentiam
Sigismundi Augusti Fratris mansuetudinem
Propitium et liberale coelum ubere sinu profuderat.

Nec alteri profecto
Hoc illustre Reginalium virtutum compendium, quam Regum ocello Stephano debebatur
Mascula Victoriosissimae Stirpis propago, nonnisi Victoriosissimi Regis thalamum, quem fortiter deposcebat.

Etsi vero Regibus pregnatum Regum parens esse non potuit
ne tamen omnino liberis careret, Pauperum Mater esse voluit
et quibus Sapientissimo hoc est vere Jagiellonio judicio, eos potissimum sibi educandos elegit
quos ad altissima Sapientiae fastigia eniti cupientes, plerosque grauioris indigentiae moles deprimebat.

Ergo ut tanto pondere
liberas mentes liberalissima Princeps liberaret
Labans Contubernium Pauperum ab Hedvigi fundatum, in quo necessitatis ingenuis iuuentutis premeretur duobus millibus florenorum ad censum datis subleuauit.

Quin et
Amoris sui tesseram, ad longaeuam futuri temporis memoriam, Reginale nomen suum Matriculae Academicae, Catenam auream quam collo gestauerat, eidem tesauro, m. ad hos florenos pro Anniversario celebrando, liberalissimo insuper obtulit, numerauit
Rectore Martino Glicio Pilsnensi
ipso die Electionis Rectoris, post diuina ad S. Annae absoluta in Collegium Maius descendenti
Omnibus Universitatis nostrae Ordinibus Amicum Musis numen magno applausu excipientibus.

Denique
Postquam satis virtuti, satis gloriae, satis proximorum necessitati
Sed non satis Amori publico, et desiderijs omnium vixisset
Ad Commune Jagiellonum, qui iam coruscis astris implerant sedes
Pientissimo obitu, Pientissima Pauperum Mater, euolauit consortium
Ao D. 1596 9 7bris

Regibus Anna pijs natalibus orta vetustis
Nec regina inopum, sed pia Mater erat.

M. St. Brzozowski

Sigismundus III.

Joannis Sueciæ Regis et Catharinæ Jagellonicæ Sigismundi Imi Filiæ
inclyta Soboles.

Ob honorem Jagellonij Sanguinis, ab ultimis Hyperboreæ terræ finibus
ad Sceptra Sarmatica honorifice euocatus.

Jagellonicæ Stirpis felicissimum Surculum

in ipso regni aditu, Victrices laureæ, Maximilianiq; Archiducis Austriæ Vincti[s]
Qui tamen honorificentissimè habitus, à tantæ humanitatis Victore, Vinci et Vincini non

Post domesticos tumultus paternè sedatos, contra Carolum Sudermaniæ
ex Patruo infensissimum hostem non infeliciter
Contra Gustauum Patruelem, paulo difficilius, parcente scilicet cognati Sanguini,
gentissimi Principis clementiâ pugnauit

Felicissimus Moschorum Septentrio
Nunquam alias frequentioribus bellorum ignibus æstuauit. admirabil. Polonorum fa[...]
vix non ad ipsum usq; glaciatem Oceanum ferro igniq; vastatus.

Magnum Smolensci propugnaculum cum Magno Duce in manus Lechicas transi[...]
Debellato Septentrioni Potentissimus Oriens sine successu successit.
Septennij totius, per vastissima Asiæ, Africæ, Europæ regna, Othomanici in Polonia[m]
apparatus, breuissimo spatio temporis, in campis Chotimensibus fœdè contab[...]

Ingens Quingentorum millium exercitus cum ferocienti Osmano
Sexaginta millibus suorum in acie cæsis, immane quod Poloniæ parabat spectac[ulum]
turpiter spectare et turpius prior relinquere est coactus.

Tum demiq; patuit

Antemurale Christianitatis Poloniam, ad Orbis Christiani excubias et tut[...]
diuinitus Othomanico furori oppositam esse.

Quæ nisi tum Validissimum Asiaticæ Machinæ ictum sustinuisset de interierit
Reiq. Christianæ propugnaculis actum esset

Sed Christianissimo et Religiosissimo Principi
Propugnandæ Christianitatis officium debebatur, pro quo credibile est, cultui [...]
addictissimo, ipsa celestium legionum agmina pugnauisse.

Nec deerant in tanto armorum Strepitu Togalæ quoq; militiæ acerrima[e]
Mota contra vetustissimam Regni Scholam, iniusta nouissimæ litteraturæ arma
Nunquam inter armatos acrioribus odijs usq; ad Sanguinem decertatum est

Quippe Societas JESV tunc

Benignitate mansuetissimi Principis abusa, Cathedram Cathedræ opponens, primum sci[...]
flammas deinde, tandem horribile odiorum incendium, armata manu, scriptisq; morda[...]
excitauit, quod licet indulgentia Regis lenioribus medijs et Concordia ~~[...]~~ attent[...]
totum tamen Heroici Polono Vladislao Filio Monstrum domitori fortissima manu
guendum et excindendum reliquit.

Ipse verò cum Jagellonicam Acadm Jagellonicij Sanguis non amare n[on] possset
Rectore Stanislao Pico Zawacki Ao 1588 20 Maij in signum amoris et propensissimi affe[ctus]
videlicet post Illre nomen suum, Laureatis Acadæ fastis manu propria inscripsit

Ad extremum Sexagenario maior

Tot bellis, Ciuilibusq; Curis et laboribus, quorum toto regiminis sui tempore feracissimæ fu[erunt]
perfunctus, Jagellonij Sanguinis origine clarus, heroicarum Virtutum Victoriarumq; panopli[a]
religionis denique et pietatis feruentissimo zelo clarissimus ad Bmæ Visionis lucem, inaccessibil[em]
Teclevatisq; cum Constantia sua constantissimi amoris consorte funeribus in regal[i] — plandâ receptæ.
lis Cruc[is] quod dignis huius noîs Imus Rex sumptuosissimè exornauerat Regum [...]
ni dare Mansoleo est tumulatus Ao 1633.

Materies laudum sueue Sismunde triacta
Moscua victa, Suecq. Luna Othomana Scythes

Vladislaus IV Scipio Titusq[ue] Sarmaticus.

Sigismundi III ex Anna Maria Prima Coniuge Primus et felicissimus F.
auspicatissima luce S[ancti] Primi et Feliciani Martyris futurus olim Clarissimus orbis Christiani splendor
in lucem editus
Quidquid olim in Hercule suo Graecia in Alexandro Macedonia
in Scipione Titoq[ue] suo togata Romulidum natio depraedicat
Totum id et amplius in Martis delicio Vladislao suo Martia suspexit et amauit Polonia
ita ut nisi metempsichosis Pythagorica fallerent, crediderim ego, omnes omnium bella
torum animas in hunc unum Heroem immigrasse.
Quid ni ad summum Martialis gloriae culmen euaderet
Qui non praetextas tantum, sed infantiles quoq[ue] primitias inter bellicosissimae gentis Martiales
ludos exegit
At ubi sagum paludamentumq[ue] induit
Quid non heroicum, quid non Herculeum gessit
Sub auspicijs paternis
Cum eum potentissimum hostem Moschouia ferre non posset, imperium deferre maluit
leuius toleratura Dominum, quam sensura domitorem
Nisi prudentissimum Regis Coronae Unionem Vladislaum
offensas dissimulantis, non contemnendum populis, senatus, equestrisq[ue] ordinis capita censuissent
Obiecit deinde Annibalem Othomanicum, Scipioni Sarmatico
Vladislao parem aetate, minorem heroica fortitudine Osmanum, tumidus Oriens
Stupuit et ipse Gradiuus Mauors
par iuuenum, impari successu, pro fortitudinis laude decertantium
Tres Orbis totius partes
in campos Moldauiae compactae, velut ad insolitum spectaculum diu suspensos animos
et oculos tenuerunt.
Sed concessit tandem fulminatrici Polonorum aquilae
Mole sua oppressus Thracius Enceladus, quantumuis Pelion Ossae, Asiam Africamq[ue]
Europae coniunxisset
Succubuit tirocinio Sybaritarum Oriens, Seminario Heroum Occidenti
redivivus Xerxes inuenit nouas ad Tyram Moldauiae cum nouo Themistocle Termopylas.
Deuicto tam potenti aemulo
Romanos imitatus, Orbis domicilium, Romam triumphaturus contendit Vladislaus
cepitq[ue] priuatim gloriosiorem, quam ullus Imperatorum publice triumphum
Nec iam Ioui Statori aut Feretrio
Sed summis Ecclesiae verticibus Apostolorumq[ue] principibus manubias dedicauit.
Post Suecici deinde in Prussia belli alternos euentus
Tot laboribus victorijsq[ue] emeritum, Sigismundo Parente fatis sublato
solium conscendit
Prima nouo Principi Cura
antiquarum Togatae militiae inimicitiarum compositio fuit, quam grauissimis instantium bellorum negotijs praetulit, et felicissime confecit
Quippe Academiae Crac[oviensis] amantissimus Princeps
Educationis eiusdem memor, cui se totum ob amantissimum Praeceptorem
Gabrielem Prawecium post de nomine suo cognominem Vladislauidem debebat
vetustissimam in Septemtrione scholam ab infestissimis aemulis non vindicauit tantum
Sed etiam ad excitandum nouum a nomine sui Principis Parnassum
Collegium Nouodworscii Vladislauianum liberali manu succurrit
ut pote qui iam ante aetatis sub anno 14 Rectore M. Andrea Schonaeo 1608
hostibus terribile Academicis amabile nomen suum in signum propensissimi amoris
Martiali dextera fastis Acad[emiae] inscripserat.

Itum deinde è throno regali in Campum Martium

Ingens 120000 exercitus ex Moschis Anglis Scotis Germanis collectus
miri celeritate et felicitate novi principis ab obsidione Smolensi non repressus tantum
sed proiectis ad pedes Victoris signis militaribus quodammodo cum fastu Moschico calcatus
Abazius Bassa, cum valido Turcarum exercitu, solo victoris principis adventu territus
Sueci quoque tantum felicitatem veriti ad mitiora consilia compulsi

Alta deinde Pax

Sed bellicosissimo REGI non adeo grata subsequuta est

quippe invictus Magni Principis animus

Aethereis orbibus per quam similis, cum sine motu perpetuo esse non posset
Martialis gloriae, etiam per Herculeos labores colligendae occasionem undequaque capta-
ret, erupissetque palam ingens ille qui in pectore fortissimi regis continuo flagrabat ignis
Ottomanico nonnisi sanguine restinguendus nisi gravissimarum tam
potentis hostis inimicitiarum incertus eventus, et Varnensem ob rupta foedera
Regni ordines timuissent: ita ingentes conatus in Martium bellicosissimi Regis
pectus unde exierant reciderunt

Quos quidem Cura

Generosissimum tanti bellatoris animum ita coxit et excoxit, ut Caelo
septennem dulcissimum filium, ipse quoque brevi subsecutus sit, quasi iam
regno nihil sibi amplius agendum restaret, in quo sibi fortitudinis bellicae
occasio subtraheretur,

Sed ô Mundi delicium o Regum Ocelle

Vixisses utinam, ah utinam vixisses!

Nunquam Potocios Kalinoviosque Tauricae!
nunquam fatalem Corsunum tristesque Pilavios et tot consequentium
ingentia dedecora gemens luctusque vidisset et agnovisset POLONIA

At nostrum iam est malis, quos diuturnae pacis robustissimis
provocavimus excreri

Tuum

Aeternis aeternum abundare bonis.

Turcarum fulmen, Mars Lechicus, Unio Regum
Spes Tua Ladislaus Lechia paxque fuit.

Joannes Cassimirus IV

Sigismundi III et Constantiae Austriacae F.
e tanto numero fratrum turbulentissimis Reipublicae Polonae temporibus.
non ad fortunae blandimenta, sed ad fortitudinis palaestram reservatus plusquam duodecim
Herculis Labores
Regiae Coronae insertus gemmarum vice recepit
ipsi deinceps praegrandes continui sudoris uniones additurus
nihil unquam fortunae debuit. Omnia virtuti
Neminem Principum volatum hoc usu Catoniano magis aspexit supercilio
à nomine Catoniano magis invictae magnitudinis animo excepta et contempta
Quippe decumanis fluctibus absorbendis destinatur Princeps
Herculeam virtutem, qua labantem olim Poloniae Polum sustentaturus erat, sub rigido
Moschorum Septentrione laborum et victoriarum
Victoriosissimi Fratris particeps, rigidiore iuventa exercuit
Post navatam deinde Austriacae domui egregiam contra Gallos Suecici exercitus relliquias operam
Cultissimos Europae populos lustraturus
dum innoxia navigatione in Hispaniam contendit cum Ulysse in politissimam quidem
sed dolosissimam Circen Gallicam, cum Theseo in Labirinthum Minotaurumque Richelianum incidit
à quo
per summam iniuriam dolosis artibus triennio toto detentus innocentiae suae Orbem universum
non Iudicem sed advocatum habuit
Sacra deinde Cardinalium Purpura
in signum fortissimae Patientiae, insignitus, insigni praesagio Regiae purpurae praeluxit
Quam
Fatis concedente Vladislao IV
Una cum Sago Martiali non multo post induit,
Moribus Romanorum antiquis
In Campo Martio, vere Centuriatis Comitiis electus est.
Quando saeviente Marte Cosacico, Regni Ordinibus non nisi militariter ordinatis et Centuriatim consultare licuit
Ad novi Principis exortum Scythicosacica arma siluere
ingentisque beneficii loco habitum, vel tantillum exspirantis Patriae respirium foelicibus novi
regiminis auspiciis attributum
Brevem hanc intercalaris morbi remissionem, ingens deinde paroxismus subsequutus est
Obsessae ad Zbaraźum lectissimae maximorum Heroum animae
alterum iam mensem, ultimum aegrè trahebant spiritum
Cum ecce fortissimus Princeps
Curtios Deciosque veterum imitatus, pro salute Reipublicae sese devovens in vastissimam in:
merae hostium multitudinis voraginem, cum parva suorum manu insiluit. Oleamque pacis
quod miraculo proximum, ex fornace plus quam Babylonica reportavit.
Civicas itidem Coronas
Quot bellatrices ad Zbaraźum servaverat animas promeritus.
Soli laboriosissimo Principi Triumphales laureae defuere
Sed et istae mox ad Beresteczkum amoenissimè floruerunt
Taurica tota cum suo Tamerlano, tota cum suo Spartaco rebellium colluvies.
at nunquam alias in Polonos effusa
magnitudine sua, maximae victoriae materiam praebuit
Nunquam profectò Bellerophon Scythicus velociori Pegaso Chersonesum suam repetiit
nunquam Cosacicae locustae densiori cadentium fugientiumque nube campos et flumina obumbrarunt
Caesis deinde ad Batovum per summam fraudem fortissimis Heroibus
Scelerati Patris, scelestissimi filii Timosconis, eiecta cum impuro sanguine impurissima anima
Szoravae in Valachia parentatum est.
Avulsa ad Zwanecum à rebelli Spartaco Scythica armorum societas.
ingens bellis sequentibus momentum addidit.

Ad Humanium quoque dum obsessis opem ferre nititur, gelidissima hyeme [illegible]
Moschis elapsus, trepidanti gradu ad Borysthenem suum
Lycisca Cosaricus repedavit
Nec dum Roxolana Erinnys resaeuerat
Cum furosissima Alecto Moschicum Suecicumque Septentrionem
Criniteque sontibus hydris Tisiphone meridiem Pannonicum
tedis feralibus succendens, horribile istud, quo nunc miseri Sarmatae conflagramus incendi[illegible]
Decennium in proximo est
Et quo Ilion istud flammis sepulcralibus, non uritur tantum, sed pene sepelitur
nec tamen esurire desinimus
Jamque illud nobis occentari potest. Fuimus Troes!
Ah Phrygis neque enim Phryges, vel saltem, plagis meliores facti sapimu[illegible]
Nec tamen inter hos cineres favillasque desperandum
Quis scit an sepulcrales istae favillae, non rediuivum nobis Phoenicem [illegible]
Tu modo Jagellonici Sanguinis Phoenix Casimire
de constantissimi pectoris invicta magnitudine (nam Constantia Matre genitus es) [illegible]
Post sanguineas istas Pleiadas, madidumque Oriona
brevi Halcyonia, dulcesque Pacis Ephesis subsequentur
Amara haec quidem, quam Terum, et Tute bibimus, sudatoria tamen potio [illegible]
POLONIA MEA.
Non aliter tamen, nisi vitiosum quidquid intus latuerat exsudaveris, sana [illegible]
Quod si interdum sectione interdum ustione curaris
Non mirere
Non aliter vomica haec exscinditur, non aliter cauterio fit
Malis his Mithridaticum, non aliud certius, non aliud salubrius quam quod religio[illegible]
Danaum proscriptum est
Durate et vosmet rebus servate secundis.
Etsi vero REX Casimire
Jagiellonij Sanguinis in Te clausula sit, non tamen Gloriae periodus est.
Mortalibus enim Regiis prosapiis incrementa
NON PLUS ULTRA
Virtuti et immortalitati semper PLUS ULTRA licet.
Desint caetera, quamquam adsunt innumera, satis iam Tuae Maiorumque Tuorum [illegible]
talitati provisum est.
non in Memphyticis quidem Pyramidibus aut Mausoleis, sed in perenni [illegible]
Phoenice, tertium iam seculum feliciter superante. Cuius quidem vita [illegible]
vivet, Jagiellonico amore et favore animata, litteris autem nihil vivac[illegible]
Tamdiu vestrae vitam gloriae vivacissimo spiritu animabit.

Mille petunt casus Patriam Casimire cadentem
Tu tamen in casus mille animosus eas.

Ad Ungaricum [illegible]

[illegible]

[illegible] Rex [illegible]

[illegible]

Decennium [illegible]

[illegible]

Tu modo Jagellonici Sanguinis [illegible]

[illegible]

Sanguineus [illegible]

[illegible]

Quod si [illegible]

[illegible]

Jagellonij Sanguinis [illegible]

[illegible]

SERIES
MONARCHARVM REGVM ET PRINCIPVM POLONIÆ CHRONOGRAPHICA

LECHVS Anno Chriſti 550. Gneſna eius Regia. Inſigne Regni alba Aquila expanſis alis. Literæ hic duo illo nullæ ideo de eius annis, geſtis, progenie habemus nihil. Diuinat Cromerus ad 150 annos ſtirpem eius in Polonia imperaſſe.

Hac deſinente **XII PALATINI**

CRACVS. Anno Chriſti 700 Gneſnâ relictâ Cracouiam prope Istulam condidit, ſepultus in monte Laſſotino: quem effecit in monte monticulum terra manicis comportata, inde Rekawka dictum ferunt.

LECHVS. II. Craci minor natu filius, Regni ſucceſſor qui cognominem Patris Cracum maiorem natu fratrem cupiditate Regnandi stimulatus per inſidias trucidauit. Quo ſcelere patefacto, Regno deiectus animi ægritudine contabuit.

VENDA Craci filia ſucceſſit circa Annum Chriſti 730. Sibi ſua virtus tumulum fecit nomine Venda, prope vus Mogila.

Craci ſtirpe deſinente iterum **XII PALATINI**

PRÆMYSLAVS ſiue **LESCO. I.** ob Lechi memoriam gratam nominatus, Rex e plebe ob Moravos inſigni fortitudine repreſſos ad Regnum aſcendit Anno 760

LESZCZEK (Præmyſlao ſine prole decedente) ad Columnam in Kromnik equo aduolans fraude, quadrigis alligatus diſtrahitur.

LESCO. II. ioco certans cum ſocio pedeſtri curſu dolum Le-
ſconis Curſoris prodidit metam tamen prior attingens. Hoc facto ſaluta-
tur Princeps. Fama eſt contra Carolum Magnum Slauos iuniſſe, atq ibi
Cromero coniectante occubuiſſe circa Annum 805 is ebrium pecudi quam ho-
mini ſimiliorem eſſe aiebat. Pannos item prioris vitæ ſæpe afferri iubebat.

LESCO. III. filius vnicus Leſconis ſecundi. Traditur pa-
cem poposciſſe a Carolo Magno. ab aliis cum filio Caroli Magni in con-
flictu ad Odram occiſum eſſe. Arnoldus Mylius ponit illum circa An-
num 801 Cromerus circa 805. Filios illegitimos viginti legitimum
Popielum genuit.

POPIELVS SENIOR Leſconis tertii filius Craco-
uia Cruſuicium ſedem transtulit. iratus deuouebat ſe et ſuos muribus quos
filius non effugit. Eius Regni initium circa Annum 815.

POPIELVS IVNIOR filius Patri ſucceſſit circa Annum Chri-
ſti 830 Murium cum ſua ſtirpe pabulum. Deus vt rebus humanis præeſt: ita vin-
dex certus adeſt

PIASTVS CRVSVICENSIS Coſiſco-
nis filius. Vxor eius Repicha. Miraculo hoſpitalitatis Princeps factus. Cruſ-
uicia Gneſnam ſedem ſuam retulit propter ſcelus Popieli. Vixit annis 120
circa Annum 862

ZEMOVITVS Piaſti filius vnicus. Regnauit annis 31 ſtre-
nuus Regni dilatator.

LESCO. IV. Zemouiti filius vnicus, pacis non belli amans. admo-
dum iuuenis Moderatoribus commiſſus, qui rem corrumpebant circa Annum Chri-
ſti 913

ZEMOMYSLAVS Leſconis quarti adultus filius Regno ſucceſ-
ſit æque vt Pater pacificus. Senex genuit cæcum filium qui inter raſuram
Anno ſeptimo viſum recepit. Omen erat luminis Euangelii. Moritur Zemomyſla-
us Anno Chriſti 964

MIECISLAVS Zemomyſlai filius primus Chriſtianus Princeps
Epiſcopas Gneſnenſem et Cracouienſem et ſeptem ſubordinatos conſtituit. Gla-
dius diſtrictus in Euangelium vt teneretur is author fuit attamen a Benedi-
cto

cto VII Rex non est enunciatus. Anno Christi 967 die Martii 7 omnia simulacra deleuit. Præfuit Regno annis 35.

BOLESLAVS CHROBRY Rustice acris Miecislai filius ab Ottone Russo III Rex creatus qui Otto ossa Diui Adalberti Martyris pie visitauit. Prussi occisores Diui Adalberti Christiani facti. Moritur Anno ætatis 86 circa Annum Christi Millesimum.

MIECISLAVS II. Boleslai Chrobri filius vnicus vxorius et ignauus tardus et hebes. Anno Imperii nono delirus moritur. Posnaniæ sepultus Anno 1034.

CASIMIRVS I. filius Miecislai secundi post mortem Patris Matrem sequitur Polonis infestam in Germaniam. Hinc mittitur Lutetiam fit Monachus Cluniaci. inde ad Regnum (postea quam sexennio Rixa Mater infelix Poloniæ Rectrix eandem pessumdedisset) Papæ concessu et voluntate suorum ardenti euocatur. Mitis et pacificus Rex. Sepelitur Posnaniæ 1058.

BOLESLAVS II AVDAX occisor Sancti Stanislai Casimiri exmonachi filius circa Annum Christi 1069 Ossæ profugus et exul desertus moritur et sepelitur. Audacis Pater Exmonachus. Exmonachi Mater Germana Rixa.

VLADISLAVS HERMANNVS Audacis frater non Rex ac Princeps dici voluit. Pacificus non bellicosus. Interdictum a Pontifice vt tolleretur effecit circa Annum 1094.

BOLESLAVS. III. KRYWOVSTY filius Hermanni Anno 1144 Sbignei fratris cædi strenue consentit. Hinc eius peregrinationes ad Sanctorum ossa. Exstinctus mærore animi 1139

VLADISLAVS filius Crywousty a fratribus pulsus tredecim annorum exul. Moritur in exilio.

BOLESLAVS. IV. CRISPVS Vladislai frater 1167 Hic indulgens fratribus frater

MIECISLAVS ob morum grauitatem **SENEX** appellatus puerelitur. Quater exutus Regno ac iterum Princeps renunciatus. Anno 1202 moritur. Ætatis 73 sepultus Cracouiæ.

CASIMIRVS. II. IVSTVS filiorum Crywousti minimus. Colle-

gium Divi Floriani (cuius ei oſſa impetrauit) condidit. Obiit veneno ab Amaſia 1194 viuente exule Mieciſlao Sene. Ante mortem de animæ immortalitate diſſeruit Caſimirus Arnoldo teſte.

LESCVS .IV. ALBVS variâ fortunâ imperat cum Leſco Laſconego ex Mieciſlao ſene. Anno Chriſti 1226.

BOLESLAVS. V. PVDICVS Leſci quarti filius. Cum Cunegundi eximia caſti 1247. Tartari tunc ſaccos auricularum ex occiſis impleuerunt.

LESCVS. V. NIGER ex fratre Pudici Patruele Anno Chriſti 1289. Hic mœrore obiit.

HENRICVS PROBVS a Cromero præteritus, aliis improbus dictus, a Cracovienſibus clam inuitatus. Sæuiit in ſequaces Locticum, qui per muros a Franciſcanis habitu Monachi vim effugit.
Annis 215 multorum Principatus hucusque pertæſi Poloni.

PRÆMYSLAVS II. Poſnanienſium Ducis filius ideo vnus Rex creatur Anno 1292, confoditur vulneribus a Brandeburgenſibus die Sanctæ Dorotheæ.

VENCESLAVS BOHEMVS a Griphina vxore Leſci Nigri ad Regnum pertractus, alternatim ſe cum Loctico deiiciunt. Extinctus veneno 1309.

VLADISLAVS LOCTICVS Leſci Nigri frater Anno 1306 Cracovienſes multis ſpoliat ob fidem antea fractam. Obiit Anno 1333.

CASIMIRVS MAGNVS Loctici filius ob ædificia renouata ſplendide ita dictus, Academiæ inchoator Anno 1361. In venatione die Natiuitatis Beatiſſimæ Mariæ Virginis cauſam habuit mortis Anno 1370. Diſcite iuſtitiam Reges non temnere Diuos.

LVDOVICVS Hungarorum Rex a Caſimiro ſucceſſor deſtinatus, Hungariæ quam Poloniæ amantior. Moritur 1382 13 Septembris. Eius filiæ duæ. Maior natu Maria. Minor natu Heduigis vxor Jagellonis fundatrix Academiæ Cracovienſis. Jagello venit, fit Christianus 1382.

Ante Ludouicum per nongentos aliquanto plures annos, a Piaſto ad Caſimirum Magnum Poloni Poloniam rexerunt; excepto Venceſlao Bohemo. Sequitur Jagellonia ſtirps hucusque durans ac duratura poſt nos

fortunatis

fortunata Regum Poloniæ procreatrix.

IAGELLO regnauit ab Anno 1386 ad Annum 1434

VLADISLAVS VARNENSIS filius eius maior natu successit, qui occubuit ad Varnam Anno Christi 1444

CASIMIRVS. III. Vladislai Varnensis frater coronatur Anno 1447 Moritur 1492 in Junio. Casimiri huius Jagellonidæ ex Elisabetha Alberti Cæsaris filia sex filii

I. Vladislaus post Bohemiæ Rex
II. Sanctus Casimirus
III. Joannes Albertus
IV. Alexander
V. Sigismundus
VI. Fridericus postea Episcopus Cracouiensis Archiepiscopus Gnesnensis et Cardinalis.

Filiæ septem. Ex his duæ prematuræ obierunt, quinque vero superstites Germaniam affinitatibus compleuerunt.

IOANNES ALBERTVS in Augusto 1492 coronatur.

ALEXANDER coronatur 1502 die 2 Decembris, non integro quinquennio regnauit. Obiit mense Augusto

SIGISMVNDVS in Regem electus 1506. Mortuus 1548. Ex Vxore prima Barbara Stephani Comitis Scepusiensis Transyluaniæ Palatini filia, Heduigim filiam Joachimo Marchioni Brandeburgensi Electori Romani Imperii matrimonio iunxit. Ex altera vero Bona Sphortia Augustum et filias quatuor genuit. Primam Isabellam quæ Joanni Vngarorum Regi nupsit. Secundam Sophiam, quæ Duci Bronsuicensi. Tertiam Annam Stephano. Quartam Catharinam Joanni Regi Sueciæ.

SIGISMVNDVS AVGVSTVS nouennis coronatur. Natus Anno 1520 Mortuus 1572

HENRICVS VALESIVS Anno Christi 1573 eligitur. Proficiscitur Parisiis in Poloniam in Septembre. Coronatur 18 Februarii Anno 1574 Cracouiæ. Breui post moritur eius frater Carolus IX Galliarum Rex. Henricus itaque Regnum Poloniæ clam deserit auiti Regni cupidior.

STEPHANVS BATHOREVS eligitur in Regem 15 Decembris Anno 1575 Moritur Grodnæ 13 Decembris 1586. Anna Jagellonia Vxor eius erat ſexagenaria.

SIGISMVNDVS. III. Joannis Sueciæ Regis filius ex Catharina quæ fuit ſoror Annæ. Eligitur 9 Augusti Anno 1586. Coronatur eiusdem anni die 27 Decembris. Moritur Aprilis die Vltima Anno Dni 1632 Sepelitur Vna cum Vxore ſua ſecunda Conſtantia Auſtriaca Die 4ta Februarii Anno Chriſti 1633

VLADISLAVS. IV. Natus 9 Junii 1595 In Regem electus 13 Nouembris 1632 Coronatus 16 Februarii 1633 Filius eius primogenitus ex Cæcilia Renata Auſtriaca SIGISMVNDVS CASIMIRVS natus die 1 Aprilis 1640

IOANNES CASIMIRVS IV. Anno 1648 post Pilaueciam exercitus totius Reipublicæ diſceſsionem dum Leopolim et Zamoſcium rebellis Coſacorum colluuies obſidet, atq ad Lublinum prope accedit in ſumma Reipublicæ tempeſtate electus. Anno 1649 Coronatus. Ludouicam Mariam Vladiſlai IV olim Conſortem fratris ſibi connubio ex diſpenſatione Papæ iniungit. Ex qua proles Vtriusq ſexus ſuſcepta non diu ſuperuixit.

✠

TOMUS II.

FASTI

Magnificorum, Generalis Studii

Cracouienſis, Generalium

RECTORUM

Quorum

NOMINA ET COGNOMINA

iuxta ſeriem Annorum, ſeparato Indice;

GESTA VERÒ ET FACTA

ſingulorum, breuiſſimis Elogiis comprehenſa,

TRIBUS

iuxta ſeculorum ſeriem

LIBRIS

continentur.

SCRIPTORE

M. MARTINO RADYMINSKI

Collegii Maioris Profeſſore, S. Sedis Apl^{icæ}

PROTONOTARIO.

MAGKII Academiae Cracoviensis Rectorum nomina et cognomina ab Anno quo iterum a D. Jagiellonem fundata est. 1400 ad usque praesentem diem scripta.

NB Numerus his adscriptus paululum aberravit

Stan. de Scarmiria Decret. Doctor - 1401.

Illus Princeps et Vris d. Joan. Dux Drogiciner Custos et Can. Crac. et Sand. Die S. Galli etiam 1401.

Nicolaus de Pitikow Decretorum D. et Offlis Crac. Ao 1402.

Ottonis Scholastici Cracowiens. Ao. 1403.

Joan. Szafraniec - 1404.

Joan. Mag. de Rzeszow Praepositus S. Michaëlis 1405.

Rds M. Nicol. Pöler Bacc. formatus 1406.

M. Franc. Creiser Bregens. S. T. B. Dec. S. Floriani. 1407.

Andreas de Kokorzyno M. 1408.

M. Helias de Vindticia S. T. B. 1409. Concil. [illegible] Pisani ad quod iuit Pelczyce et unum Theologum ad testatum [illegible]

M. Nicol. de Koslow Can. Crac. 1410.

M. Lucas de Mag. Casimirs S. T. B. 1411.

M. Nicol. Hinczka Casim. Can. S. Georgij. 1412.

Stanis. Scarbims 2do. 1413.

M. Paulus de Vladimiria Dec. Doc. 1414. ~~et 14~~

M. Nicol. Budissin Crac. S. T. B. Can. S. Flor. 1416.

M. Nicol. Sculetus de Conradi Silva Crac. Dm Dr 1417.

Joan. de Falbow Ls Dm Cand. Crac. cuius Vice Rector M. Paulus de Vladimiria Dec. Doc.

M. Joan. Kro. Med. Doc. 1419.

M. Jacob. Sandecens. S. T. B. formatus 1420.

M. Jacob. de Zaborow Dm Dr 1420.

M. Nicol. Gottberg 1421.

M. Thomas de Chuberz Dm Dr 1421.

25\. Serenissimus Princeps Alexander Dux Mas. Ppositus Gnesn. 1422.

26\. M. Sigismund. Piser S. T. B. 1423.

27\. M. Matthias Koto Juris Lics. S. T. B. 1423.

28\. M. Joan. d. - Can. S. Floriani 1424.

29\. M. Jacob. de Zaborow Dm Dr 2do

30\. Medicinae Dr Jo. de Pagia. 1425.

31\. Andreas de Kokorzyno S. T. Profes. Custos Sandecens. 1426.

32\. Jo. de Elgöt Dm Dr 1427.

33\. Benedictus Hesse Crac. S. T. B. Can. S. Flor. 1427.

34\. M. Laurent. Ratibor. S. T. B. Custos S. Flor. Ratibor. et Schol. Crac.

35\. 3tio Andreas de Kokorzyno S. T. Profes. Archid. Crac. 1429.

M. Franc. Creisor Bergens. S. T. Profes. Can. Crac. 2do

36. M. Jo. Vielun. S. T. B. 1430.
37. M. Andreas de Buk. S. T. B. Custos S. Flor.
38. M. Jo. de Radrissowce S. Flor. Can. 1431. in de Radochoncza
39. Derslaus de Borzynow Dec. Doc.
40. credo Thomas de Strzampino Decre: Doc: nam et hic scribit 2do Rector. 143[illegible]
41. M. Nicol. Bregeal S. T. B. S. Flor. Can. 1433.
42. M. Stan. de Vscie D.m D.r Pleb. Dzierazen.
43. M. Joan. Puszka Crac. Canl. 1434.
44. Michael de Szydlow Dec. Doct. 1435.
45. M. Andreas de Buk 2do 1436.
46. Jo. de Jastrzambie S. T. Profes. Can. Ploc. 1436.
47. M. Joan. de Zaborow 3tio 1437.
48. M. Joan. de Elgot 2do. 1438. Schol. et Offlis Crac.
49. 2do Derslaus de Borzynow D.m D.r Archid. Crac.
50. M. Nicol. Spiritmir Crac. D.m D.r Can. Crac. et Vratisl. Hunriq. Aplicq. [illegible]
et Boem. et redituu S. Sedis Aplicae et Lens. S. Petri [illegible]
51. M. Jacob. Partossy de Syczemin D.m D.r Pleb. in Rugella Parochialis Eccl. 1439. [illegible]
52. M. Joan. de Dobra Med. Doctor 1440.
M. Jacobus Parcossy de Zaczemin 2do aestiv.
53. M. Pauls Passkowius Petricou. S. T. B. 1441. hyeme Galli. M conferat cum Annalium Academicorum Rect[illegible] qui anno 2do 1441
54. M. Jacobus de Zaborow 4to Can. Crac. 1441.
55. M. Stanislaus de Luszczyno D.m D.r Schol. Sandom. 1442.
56. Thomas de Strzampino S. Th. Prof. D.m D.r Can. Crac. et Gnes. 1443
57. M. Barthol. Radom. S. Th. Professor Can. S. Floriani 1444.
58. M. Stan. de Lyszczyno 4to D.D. Succonservr Privilegl Vniv.tis 1445.
59. M. Stan. de Sobnow Praepositus Tridentinus Crac. et Plocen. Can. Orator Concily Basil. 14[illegible]
60. M. Joan. de Dambrowka D.D. S. Th. Licentiatus Can. S. Flor. 1446 et 7.
61. M. Jacob. de Zaborow D.D. Can. Crac. 8uo. 1447.
62. M. Jacob. S. T. Pfes. Praepositus S. Heduigis in ponte regali, extra muros Crac. F.F.m Ord. S[illegible]
63. M. Nicol. Bylina de Leszczyny S. T. L. Pleb. in Cunow 1448 et 9. Jerusale 1447.
64. M. Matthias de Zabessen S. T. Pfes. Custos S. Flor. 1449 aestate.
65. M. Bnds Hesse Crac. S. T. Pfessor. Can. Crac. 1449 aestate.
66. M. Andr. de Sandamiria Dec. Doc. Pleb. in Pisandze hyeme.
67. M. Bnds Hesse 2do 1451 aestate.
68. M. Joan. de Dabrowka S. T. Pfessor D.D. Dec. Sand. Can. S. Fl. et Kiel[illegible]
69. M. Joan. de Prievo D.D. Archid. et Can. Crac. 1452. aestate.
70. M. Joan. de Stupcza S. T. Prof. S. Fl. Can. hyeme.

71. M. Nic. de Kalisz D. D. Lector Ordinarius Pleb. in Zarnowiec 1453. æstate.
72. M. Joan. de Dąbrowka Custos Kielcen. Can. S. Flor. 3tio. hyeme.
73. M. Benedictus Hesse 3tio 1454. æstate.
74. M. Nicol. Bylina S. T. Pfes. Can. S. Flor. 2do. hyeme 1455.
75. M. Benedictus Hesse 4to 1455. æstate.
76. M. Joan. de Pniewo 2do D. D. Archid. Crac. 1456 hyeme
77. M. Caspar ~~de~~ Cur.ae Dec. Lic. Schol. Crac. 1457. æstate Aristenberg.
78. M. Joan. de Dąbrowka 4to Vicecancells Vniutis 1458.
79. M. Caspar Scholast. Crac. 2do 1459 æstate et hyeme.
80. M. Alber. de Lisiec D. D. Can. Crusuic. Pleb. in Luborzica 1460 æstate
81. M. Sandivogius de Tęczyn ~~Decr~~ Decr. Can. Crac. hyeme
82. M. Nic. Bylina 3tio 1461. Can. Crac. ex Vladisl.
83. M. Arnolphus de Mirziniec D. D. Ordinarius Lec. Can. Plocen. 1462. æstate.
84. M. Nic. de Calisz D. D. Can. Crac. 1463. ad S. Galli 2do 1464 æstate.
85. M. Petrus Gąssowiec de Kosmierza Med. D. Regis Pol. Physicus 1464 hyeme et 65 æste.
86. M. Andr. Grzymała Posnan. M. D. et Lic. Decr. S. Nicolai incorporati Plebs. ung. 1465. hyeme.
87. M. Paulus de Klobucko S. T. L. Can. S. Flor. 1466 hyeme 2do.
88. M. Joan. de Dąbrowka 5to 1467. æstate et hyeme.
89. M. Joan. de Latoszyn D. D. Can. Zarnou. 1468 æstate et hyeme.
90. M. Stan. Floriani de Sadele S. Th. Pfes. Can. S. Flor. 1469. æstate.
91. M. Nic. Bylina S. Th. Pfes. Can. Vladisl. et S. Flor. hyeme.
92. M. ~~[illegible]~~ Petrus Gąssowiec de Kosmierza Med. Doc. Physicus Regius 2do 1470. æstate.
93. M. Arnolphus de Mirziniec D. D. S. T. B. formatus. Lec. Ord. Iur. Can. Plebs Om. SS. Crac. hyeme. 2do
94. M. Joan. de Dąbrowka 6to 1471. æstate et hyeme. Mortuus est Rector.
95. M. Clemens de Gorka D. D. Ordinar. Lec. electus post Oct. Epiph. 1472. die S. Felic.
96. M. Mattias Costen. D. D. Plebs S. Annæ 1472. ad hyemen.
97. M. Mattias de Błędow D. D. Can. et Vic. ac Offlis Gnalis Crac. 1473. ad hyemen.
98. M. Stan. Florianus Sadek 2do 1474. æstate.
99. M. Mattias de Błendow D. D. Crac. Pmisl. Sand. Can. 1474 hyeme 2do
100. M. Jacobus ~~de~~ Szadek D. D. Physicus Crac. 1475. æstate et hyeme.
101. M. Joan. de Augeza S. T. Pfes. Can. Crac. 1476.
102. M. Mattias Cobelin S. T. Pfes. Decanus S. Flor. 1477.
103. M. Stan. de Zawada S. T. Pfes. 1478.
103. Hoc tempore fuit Rector Georgius Boger de Cracovia: ut videre est in Annalibus ao 1479
104. M. Joan. Oświęcim S. T. Pfes. Custos S. Flor. 1479. Percontinuauit.

105. M. Arnolphus de Mirziniec S. T. Pfes. D. D. Can. Crac. Plebs 8uo SS. 1480

106. M. Clemens de Gorka D. D. 3tio 1481. Æstate.

107. M. Stanis. de Brzeziny S. T. Pfes. Can. S. Flor. hyeme.

108. M. Mat. Costerus 3tio 1482.

109. M. Joan. de Latossin D. D. Can. Crac. Cantor Opatovi 1483. Vicerector.

110. M. Mat. Cobelinus 3tio 1484.

111. M. Mat. Costerus 4to 1485.

112. M. Joan. de Baruchow D. D. Can. Crac. hyeme et 1486. tercontinuavit.

113. M. Nic. Crac. S. T. Pfes. Custos S. Flor. 1487. Æstate et hyeme.

114. M. Mattias Cobel. 5to 1488. Æstate.

115. M. Stanis. Cobelin D. D. Can. Scarbimir. 1489. Æstate obiit Canicularis

116. M. Mattias Cobelin 7mo mortuo Stanislao electus post S. Magdalenæ festum

117. M. Bernardus de Nissa S. T. Pfes. Custos S. Flor. Can. Vratislav. hyeme

118. M. Stanis. de Byczyny 2do. S. T. Pfes. Can. Crac. electus 1490. Febr. 4. mortuo Be

119. M. Mattias Cobelinus 8uo 1490. Æstate.

120. M. Joan. de Pilca S. T. Pfes. Custos S. Flor. ad Galli

121. M. Mattias de Cobelino 9no S. T. Pfes. et Lec. Ordinarius 1491.

122. M. Joan. de Latossyn S. T. et D. D. Can. et Offlis Glis Crac. 4to 1492.

123. M. Joan. de Stanisseuice S. T. Pfes. Can. S. Flor. 1493. Æstate.

124. M. Joan. de Osuięcim. S. T. Pfes. Custos S. Flor. hyeme. Per continu

125. M. Mattias Sidlow 1495. Commutatione æstiva.

126. M. Valen. Fleus D. D. Can. Crac. hybernâ.

127. M. Andr. de Zabesrin S. T. et D. D. Vacans S. Flor. 1496. æste. Per conti

128. M. Joan. de Visoka D. D. Pbtus Copriunicensis Can. Sum. SS. Crac. 1497. factusinterim Can. Cra hy

129. M. Joan. Burzo Crac. D. D. Scholast. Gnes. Can. Crac. 1498. Æstate.

130. M. Joan. de Starzechowice D. D. Scholast. Vislic. Can. et Offlis Gnates Cra

131. M. Valentinus de Ilkus D. D. Can. et Vicecancellus Unitis Crac. hyeme.

132. M. Joan. de Regulis M. D. Regis Physicus et tunc Protocos Crac. æste 1500 A

133. M. Alber. de Prierwy S. T. Pfes. Can. S. Flor. hyeme.

134. M. Nicol. de Pilica S. T. Pfes. Custos S. Flor. 1501.

135. M. Mattias de Miechow Artium et Medicinæ Doctor hyeme.

136. M. Joan. de Regulis M. D. Phys. Regis et Protoconsul tunc 1502.

137. M. Mart. de Cracovia S. T. Pfes. Dec. S. Flor. hyeme.

138. M. Jacob. de Gostinin S. T. Pfes. Can. S. Flor. 1503. hyeme.

139. M. Joan. Amicinus Crac. D. D. Eps Laodic. et Suffrag. Crac. Plebs S. Nicolai

140. M. Mattias de Miechow Art. et M. D. 1505. hyeme 2do Vicecantts Vniutis.
141. M. Bernard. de Crac. S. T. Pfes. Can. S. Flor. 1506. Æstate.
142. M. Joan. de Regalis 3tio et tunc Proconsul 1507. Æstate.
143. M. Mattias de Miechow M. D. Vicecantts Vniutis Crac. 1507. hyeme 3tio
144. M. Joan. de Regalis M. D. 4to etiam protoconsul 1508. Æstate.
145. M. Stan. de Crac. S. T. Pfes. Ppts S. Hed. in ponte regali hyeme. Finis vnd ptis
146. M. Stan. Biel de Noua Ciuitate S. T. Pfes. Custos S. Flor. 1509. Per continuauit.
147. M. Adam de Bochyn Art. et Med. Doctor S. R. M. Medicus 1510. hyeme.
148. M. Mattias de Miechow M. D. Can. Crac. 4to 1511. hyeme et 2do.
149. M. Joan. de Oswięcim S. Th. Pfes. Can. Crac. 4to 1512. hyeme
150. M. Michael de iori Bystikow Parisiis pmotus S. Th. Pfes. et Ordin. Lector. 1513. hyeme.
151. M. Andr. de Mikołaiowice Gora Archid. Curzet. Can. Crac. 1514 hyeme D. D. mor: 1520
152. M. Jacobus de Ercieszow D. D. Can. Crac. 1515. hyeme.
153. M. Joan. Amicing D. D. Epus Laodic: Suffrag. et Vicecantts Vniutis Crac. Plebs S. Nic. 3tio 1516. Æstate.
154. M. Stan. Biel S. T. Pfes. Dec. S. Flor. 1517. Æstate 4to
155. M. Mattias de Miechow M. D. Can. Crac. 6to. 1518. Æstate continuauit ad 8uum
156. M. Jacob. de Ercieszow 2do D. D. Can. Crac. 1519. hyeme continuauit ad 4tum
157. M. Joan. de Oswięcim S. T. Pfes. Can. Crac. 6to 1521. Æstate.
158. M. Stan. Biel. S. T. Pfes. Can. Crac. 1521. hyeme 6to et 7mo.
159. M. Mart. de Ilkuss. S. T. Pfes. Can. S. Flor. 1522. hyeme. Per.
160. M. Jacob. de Ercieszow D. D. Can. Crac. 1524 5to Æstate.
161. M. Petrus de Oborniki Vedelius A. et M. D. 1525. Æstate. Hypocrates [illegible]
162. M. Joan. Amicing 5to oia eadem et Succonser. Priuilegs Vniutis 1526. Æstate.
163. M. Lucas de Noskow Art. et Med. Doc. et Lect. Ord. Mtis Rae Physic. Procons. Crac. 1526 hyeme.
164. M. Mart. de Ilkuss S. T. Pfes. S. Nic. Plebs 4to 1527. Æstate.
165. M. Bernard. Crac. S. T. Pfes. Dec: S. Flor. Succonser. Iuriu Acad. Crac. hyeme 3tio
166. M. Nic. de Coproniuca D. D. Can. Crac. 1529. Æstate et hyeme. et 4to et 5to.
167. M. Mart. Ilkuss S. T. Pfes. S. Nic. Ppts erectis Mansionariis à Virge Sophia de Tarnow 1530 Æstate
168. M. Stan. Biel. S. T. Pfes. Can. Crac. et Vicecantts Vniutis 1531. Æstate Per ad 2dum
169. M. Jacob. de Ercieszow D. D. Can. et Offlis Gnlis Crac. 1532. hyeme 7mo 8uo Æstate Obiit Julii Viena.
170. M. Stan. Biel. Vicerector ad finem Commutaonis.
171. M. Nicol. de Wieliczka Art. et Med. Doct. Can. Poltouien. 1533. Æstate.
172. M. Mart. Ilkuss 7mo 1534. hyeme Per ad 9m
173. M. Mart. Belza Crac. D. D. Parochus in Luborzyca Collegi 1536 Æste Per.
174. M. Gregorius de Szamotuly Art. et Juris D. Archid. Posn. Ppts 1537. Hyeme.
175. M. Gregor. de Stariszin S. T. Pfes. Custos S. Flor. 1538 hyeme Per.

176. M. Joan. à Sauola Art. et D. D. Pænitentiarius Crac. 1540. æstate Ter.
177. M. Nicol. Vieliczka A. et M. D. Scholast. Kielcen. 3tio 1542. hyeme bis.
178. M. Joan. à Piotrkow S. T. D. Can. S. Flor. 1543. hyeme Ter.
179. M. Joan. à Sanok 4to 1545. æstate Ter.
180. M. Sigism. Stesinius D. D. Pptus Sandecen. C. C. 1546. hyeme Ter.
181. M. Nic. Procopiades à Sadek D. S. T. Dec. S. Flor. 1548 æstate Ter.
182. M. Jacob. à Clegard. S. T. D. Can. Crac. Vicecancellarius Vniutis 1549 hyeme
182. M. Joan. à Sanok 7mo 1551. æste Fiiis gtis 2do. Continuauit Ter. Jubleuit
183. M. Ant. à Rapacharie S. T. D. Can. S. Flor. 1552. hyeme Ter.
184. M. Sigism. Stesing D. D. 4to Pposti Sand. Can. Crac. 1554. æste Ter.
185. M. Mattias Lyncki J. V. D. Archid. Gnes. Schol. Vlad. Decan. Louicen. C. C. Sen. S. R. 1555 hyeme
186. M. Nicol. à Szadek S. T. D. C. C. 4to 1557. æstate Ter.
187. M. Mart. Krokier. de Crac. Juris D. et Ppes. Can. Luceor. 1558. hyeme
188. Nic. à Szadek 7mo 1560. æstate Ter.
189. M. Joan. Turobin Phs et Jurisp. D. Dec. Crasn. Can. Chelm. 1561. hyeme
190. M. ~~Krokier~~ Krokier. 4to 1562. hyeme.
Sebastianus 191. M. ~~Sebast.~~ Clegardus. Dec. S. Flor. 1563. æstate Vicecancellarius Vniutis S. S.
192. M. Sigism. Stesing 7mo 1564. hyeme bis.
193. M. Joan. Dobrosielski S. T. Ppes. S. Flor. Custos. 1565. hyeme bis.
194. M. Mart. Krokier J. D. Can. Luceor. Collega Jurist. 1566. hyeme 5to bis.
195. M. Sigism. Stezyca. gno 1567. hyeme.
196. M. Krokier 7mo 1568. æstate.
197. M. Joan. Turobin Jurisp. D. 3tio 1568. hyeme. Ter.
198. M. Stan. Pincenius S. T. D. Custos S. Flor. 1570. æstate Ter.
199. M. Nicol. Bodzencia S. T. D. Can. Vratisl. et S. Fl. 1571. hyeme Ter.
Glicza non Glicki 200. M. Mart. Glicius Pilsn. Vratisl. et S. Fl. Can. 1573. æstate Ter.
201. M. Jacobus Gorski J. V. D. Can. Plocen. 1574. hyeme.
202. M. Joan. Turobin V. J. D. 6to 1575. æstate. mortuus Rector
203. M. Jacob. Gorski J. V. D. 2do 1575. hyeme bis.
204. M. Stan. Pincenius S. T. D. 4to 1576. hyeme.
205. M. Mart. Pilsn. Crac. et Vrat. Can. 4to 1577. æstate Ter.
206. M. Jacob. Gorski J. V. D. Archid. Gnes. Can. Plocen. 4to 1578 hyeme
207. M. Mart. Pilsn. Crac. et Vrat. Can. 7mo 1579. hyeme Ter.
208. M. Stan. Zaracki Pieg Phiæ et M. D. Ppes. Consul Crac. 1581. æstate.
209. M. Jacob. Gorski J. V. D. 6to 1581. hyeme Ter.
210. M. Jo. Vieliczius. S. T. D. Custos S. Flor. 1583. æstate.

211. M. Mart. Pilsn. Crac. et Vratisl. Can. 10. Hyeme. Ter.
212. M. Mart. Foxius Phil. et Med. Doc. et Pfes. 1585. Aestate Bis.
213. M. Petrus Gorrins J.V.D. Can. Crac. 1586. Aestate. Ter.
214. M. Mart. Pilsn. Pptus Oium SS. Can. Crac. et Vratisl. 13tio 1587. hyeme.
215. M. Stan. Picus Phil. et M.D. Protomedicus, Decanus, Procancells, Senator Crac. 1588. Aestate.
216. M. Mart. Pilsn. 14to hyeme.
217. M. Petrus Gorrins J.D. CC. 4to 1589. Aestate.
218. M. Nicol. Dobrocieski Phil. et Jurisp. Doctor. 1589. hyeme. Ter.
219. M. Mart. Pilsn. 15to. 1591. Aestate Obiit in Aug.o Suffectus St. Pincenius 5to et 6to.
220. M. Jo. Muscenius Curzel. S.T.D. Archid. Curzel. S. Fl. Custos. 1592. Aestate bis.
221. M. Stan. Pincenius S.T.D. Can. Crac. 7mo 1593. Aestate.
222. M. Petrus Gorczyn. J.V. C.C. 5to 1593. hyeme.
223. M. Joan. Muscen. Curzel. 3tio. Pptus S. Flor. Archid. Curzel. 1594. Aestate Ter.
224. M. Valent. Vidauus S.T.D. Pptus Oium SS. Can. S. Flor. 1595. hyeme.
225. M. Petrus Gorczyn. J.V.D. CC. 6to 1596. Aestate Ter.
226. M. Valent. Fontanus Phil. et Med. Doc. 1597. hyeme. Ter.
227. M. Petrus Gorczyn. J.V.D. Can. Vic. in Spualib. et Offtis Glis Crac. 9no 1599. Aestate.
228. M. Joan. Musc. Curel. S.T.D. Pfes. Can. Crac. 6to hyeme.
229. M. Nicol. Dobrocieski J.V.D. Crac. et Sand. Can. 4to 1600. Aestate
230. M. Valen. Vidauus S.T.D. Pptus Oium SS. Dec. S. Fl. 2do hyeme Obiit in 4to 12. Novem.
231. M. Joan. Muscen. Curelou. Can. et Vicecanlls Crac. Archid. Curelou. 7mo hyeme 1601.
232. M. Nicol. Dobrocieski J.V.D. Crac. et Sandr. Can. 5to 1602. Aestate.
233. M. Valent. Fontan. Medic. Doc. 4to 1602. hyeme.
234. M. Nicol. Dobrocieski J.V.D. Crac. et Sandr. Can. 6to 1603. Aestate bis.
235. M. Petrus Gorczyn J.V.D. C. Crac. 10mo 1604. Aestate. Ter.
236. M. Andr. Schoneus S.T. et J.V.D. Procancells S. Flor. Custos 1605. hyeme Ter.
237. M. Sebast. Krupka J.V.D. Pptus Vielicien. 1607. Aestate. bis. Finis 3tiae partis.
238. M. Andr. Schoneus S.T.D. et Pfes. Procancells Univitis S. Flor. Custos 1608. Aestate.
239. M. Adamus Falecki S.T.D. et Pfes. Protonotarius Aplicus Pptus Oium SS. S. Flor. Dec. 1609. hyeme. Ter.
240. M. Petrus Gorczyn J.V.D. Can. Crac. 13tio 1610. Aestate.
241. M. Adamus Falecki S.T.D. 4to 1610. hyeme. In 5to Aestate obiit Aug. Ultima Dr Stan. Bartcowius Can. Crac. tenuit ad finem.
242. M. Andr. Schoneus S.T.D. Univitis Procancells Ao 1611. Ter. ad Am 1612.
243. M. Prus Gorczynius J.V.D. Can. Crac. Jurium Pfessor. 14to Ao 1613. Aestate.
244. M. Andr. Schoneus Pptus SS. Oium Decanus S. Fl. 3tio A. 1613. hyeme Bis.
245. M. Jacob. Janidlo Phil. et J.V.Dr. Proton. Aplicus Can. Sand. Pnit. Cath. Crac. Paroch. Golacouic. Ao 1614. hyeme

246. M. Sebast. Krupka Phil. et J. Dr. Pptus Viel. Plbs Luborzyc: 3tio A. 1615 æstate Ter.
247. M. Valent. Fontanus Phil. ac Med. Dr. Ao 1616. hyeme 4to et 5to Rector Bis.
248. M. Basilius Golinius S. T. D. et Pfes. Can. Crac. A. 1617. hyeme Bis.
249. M. Jacob. Janidlo J. V. D. et 2do. A. 1618. hyeme. Bis.
250. M. Sebast. Krupka. Can. Crac. 6to. A. 1619. hyeme
251. M. Jacob. Turobojski S. T. Lic. S. Flor. Dec. SS. Oium Pptus Ao 1620. æstate
252. M. Jacob. Haymanowicz J. V. D. et Pfes. Ord. Archid. Pilcen. A. 1621. æstate Bis.
253. M. Basilius Golinius 2do. Rector. A. 1622. Bis.
254. M. Jacob. Haymanowicz 3tio. Ao 1623. Ter.
255. M. Sebas. Krupka octa eade. Pptus S. Jacobi Casim. 7mo 1624. hyeme.
256. M. Jacob. Haimanowicz 6to. 1625. Ter. ~~[illegible]~~ hyeme et æstate 1626.
257. M. Daniel Sigonius Lelowien. S. T. Lic. Can. Crac. 1626. hyeme.
258. M. Christoph. Haimanowicz Med. Ord. Pfes. 1627. æstate.
259. M. Alber. Borowius S. T. D. et Prof. S. Fl. et Scarbimir. Can. 1627. hyeme
260. M. Jacob. Haimanowicz 9no. 1628. æstate.
261. M. Daniel Sigonius 2do 1628. Ter.
262. M. Adamus Opatowius S. T. D. et Pfes. Dec. S. Anna 1630. Ter.
263. M. Jacob. Haymanowicz et 10mo 1631. Ter.
264. M. Christ. Haimanowicz Med. Doc. 1634 Ter.
265. M. Jacob. Haimanowicz 14to 1634. Bis.
266. M. Adamus Opatowius. 1635. Ter.
267. M. Daniel Sigonius in Rectoratu 5to. 1637. æstate.
268. M. Albertus Borowius Rectoratu 2do. 1637. Ter.
Woniecki 269. M. Mattias Woienski Med. Dr. 1639. Ter.
270. M. Stan. Pudlowski, J. V. D. Pptus S. Nic. 1640. Bis.
271. M. Jacob. Haimanowicz 16to Rector. 1641. mortuus in Rectoratu.
272. M. Adamus Opatowius continuavit. Finis partis 5tæ.
273. M. Jacobus Vstiensis S. T. et J. V. Dr 1642. Ter.
274. M. Jacobus Vitellius S. T. D. 1643. Ter.
275. M. Laurentius Smiesskowic Med. Doc. Procancellus. 1645. Ter. mort
276. M. Jacob. Vitellius 1646. Ter. in 7mo Rectoratu mortuus.
277. M. Paulus Hercius S. T. D. Can. Crac. 1648. æstate. mortuus.
278. M. Jacob. Vstiensis S. T. D. 1649 hyeme mortuus 25. Jan. eius Rect.
continuavit Stan. Rozycki J. V. D. electus à tota Vniuerse.

279. M. Stan. Rozycki J. V. Doc. Cancell. SS. Omn. A. 1649. Ver.
280. M. Gabriel Ochocki Med. Doc. 1650. ~~Æstate~~ hyeme. et aestate futura
281. M. Jacob. Gorski J. V. D. Can. Crac. 1650. Æstate. Ver, mortuus in Ultimo [cui successit hyeme]
282. M. Sigism. Grygerowicz S. T. D. Pptus S. Nicol. 1652. Mortuus in Junio sub temp. Pestis grassantis, Universitas congregata Bronowiciis elegit Jo. Brosciu Can. Crac. post hunc ad initiu Quinquagesimi tertii aliquot D. Pfessores congregati substituerunt Laur. Karyski. J. V. D. Can. Crac. qui continuavit ad festu S. Georgii.
283. M. Greg. Medlinski. S. T. D. Pptus S. Annae 1653. Æstate.
284. M. Gabriel Ochocki. 1653. Ver.
285. M. Matthaus Krasnicki S. T. Dr Romanus Pptus S. Nic. 1654. Æstate in obsidione Urbis à Sueco mortuus.
286. M. Adamus Roszczewicz J. V. D. Can. Crac. 1655. in 2do Rectoratu eiusdem soluta est Universitas die SS. Trinitatis ne iuramentu praestaret praesidiariis Suecorum qui tum in Urbe et Minori Polonia rerum potiebantur.
Idem exacto ex Urbe hoste per Serenissimum Casimirum Regem Poloniae et Suecie regem solutam Universitatem ab exilio programmate edito revocavit cuius exemplar typo impressum hic habes
287 M. Stanislaus Rolinski M. D. post reditum in Urbem Universitatis pro festo S. Galli electus est. 1657. Tribus commutationibus continuavit Magistratum Academicum
288 M. Stanislaus Jurgowski S. T. D. Praepositus S. Floriani electus 1659 Commutatione Aestiva. Altera commutatione non canonice sedit in Rectoratu. Ipse enim post deiectum iudicio Vatis V. M. Stanislaum Starhelber eo quod contra sedem imprudens aliqua dixisset ex cathedra cui praesidebat Ipse ingratus vocatus à suis, reclamantibus omnium Facultatum Doctoribus, et protestantibus sceptra invasit. Sed illi paritum non est. Cum enim convocaverant 4 Iconu ad iudicandam quandam dedisset. Ventum est ad illam pro reclamando et agnoscendo Rectore.
289 M. Adamus Roszczewicz J. V. D. et Professor Codicis electus est in Rectorem Com. Aestiva 1660. Tumultus, commissiones, Jesuitarum molitiones ad Comitia Regni Generalia profectiones contra Academiam et Rectorem ab ipsismet Academicis concitatae fuerunt. Sustinuit tamen forti animo et autores convulsionis autoritatis Rectoralis alioqui mansuetissimus ex Academia proscripsit.
(Deest hic series rectorum ab 1660 – 1682)
300 M. Albertus Zaruski J. V. D. Com. Hiemali electus e A. 1682

301 M. Jacobus Baltazarovic Coll. major. S. Th. D.
Pater senior collegii majoris Trium Comm. Rector
302 M. Franciscus Przewski, Coll. major. S. Th. Doctor.
Trium commutationum Rector
303 M. Samuel Formanowicz. Coll. Jurisper. Juris
Doctor. Trium Commut. Rector.
304 M. Martinus Winkler S. Th. Doctor Romanus
Collega major, Domus majoris Pr. Senior.
Canonicus Crac. [illegible], Trium Commutationum Re

305 M. Christophorus Sowinski S. Ph. Doctor et Pro
fessor S. Floriani Decanus Prosoviensis Curatus
trium Commut. Univ. Rector.

306 M. Sebastianus Piskorski JUD. et Professor
Canonicus Cracoviensis Fabricae Eccl. S. Annae
de nova radice Anno Dni 1693tio incho
ative diligentissimus Procurator et director
Trium Commutationum Univ. Optimus Rector
et felicissimus Anno 1694to.

307. M. Martinus Winkler S. Thlae Dr. Romanus Universitatis
in Collegii Majoris Senior Pater Cathedr. Crac. Canonicus
Collegiatae Sandomiriensis Praepositus [illegible] Scholasticus
parochialis Premysliensis Curatus Contub. [illegible] Provisor
S. R. M. Secretarius Anno 1695.

Rectores Universitatis ab Anno 1721.

M. Martinus Waleszynski S. Th. Dr. et Prof. Collegiatae S. Floriani Canonicus
S. Michaelis in Arce Cracoviensis Custos Cancellariae Cracoviensis Monasterii
S. Georgii in Arce Praepositus Anno 1721. Commut. Aestiva ac Sequentibus
Commutationibus.

M. ~~[illegible]~~ Joannes Lenkiewicz U. I. Dr. et Pr. Collegiatae
Vislicensis et D. DD. Primicerius Parochialis Sławkoviensis Praepositus Lenkowiensis Regulae Provisor. Ao 1724 Comm. Aestiva
Trium Commutationum.

M. Martinus Kurowski S. Th. Dr. et Pr. Collae S. Floriani Decanus
Posnaniensis Cancellarius Vislicensis Praepositus Contubern.
Jerusalem Provisor. Commutat. hyemali trium Commutat.
Anno 1725.

M. Joannes Lenkiewicz U. I. Dr. iterum Ao 1727. Commut. Aest. Duabus
Commutationibus.

M. Stanislaus Mankiewicz S. Th. Dr. et Pr. Collae S. Floriani Canonicus Neo-
Sandecensis Cancellarius Cracoviensis Scholasticus Posnaniensis Gymnasii
Scholarum Provisor. Anno 1728 Aestiva Commutat. tribus.

M. Martinus Waleszynski S. Th. Dr. Cathedralis Crac. Canonicus
Commutat. hyemali 1729 tribus Commutationibus.

M. Franciscus Kulczynski S. Th. D. et Pr. S. Annae Decanus Cracov. Zelowiensis
Contubernii Hyemiani Provisor. Comm. Aestiva 1731. Tribus Commutationibus.

M. Martinus Waleszynski Commut. hyemali 1732. Tribus Commutationibus.

M. Mathias Lipkiewicz S. Th. Dr. et Prof. S. Floriani Decanus Cracoviensis
Scholasticus Posnaniensis Cancellarius Tarnoviensis Praepositus Contubern.
Hyemiani Provisor Comm. Aestiva 1734. Tribus Commutationibus.

M. Joannes Lenkiewicz U. I. D. Iuridici Collegii Senior Pater Cath. Crac. Canonicus
iterum hyemali 1735. Commutat. tribus.

Ap. Petrus Alexander Szymankowski S. Illa Dsi S. Floriani Canonicus dimis Cancellarius Raszkoviensis Curatus, Scholaris Provisor Com. Ofiva A° 1737. Commutationibus Tribus.

Ap. Joannes Lubini ut Dr. Commutt. hyemali 1738. Tribus Commutationibus.

Ap. Casimirus Sataszewski S. Illa Dsi S. Floriani Canonicus Cancellarius Decanus S. Stephani Praepositus in Czerniechow Curatus Sti Salvatoris ac B.V. Ap. in ... Commendator. Com. Ofiva 1740. Commutt. Tribus

Ap. Joannes Lubini ut Dr. Commutatione hyemali 1741. Commutt. Tribus

Ap. Adalbertus Sieniński ut Dr. Collae N.O. Custos in Luborzyca Curatus Commutt. Ofiva 1743. Tribus Commutationibus.

1661. Lanecki.
1662.
1663. Baltaranini
1664. Q.
1664 H. Prewoski.
1665.
1666. Q. Tormankowice
1667. Q.
1668. H. Walter.
1669
1670 Q. Sowinski
1671.
1672. Pitkorski.

8 1665
15
1670



Venerandis, à prima Fundatione per Casimir. 1364 et Superatâ ad Annum usque 1400, quorum noia et ge[illegible] iniquitate temporum ad nos non pervenerunt, Academiae Cracoviensis Professoribus Sacrum

Salvete Aulae, cum Deo regnate. 45

64

Primi Academiae huius Parentes, litterarum ac Virtutum cum Pietate in Septentrione

Satores, Plantatores.

Senatus Sapientum Augustissime,

Archontes Prytanei Aquilonaris.

Proceres omnium artium, et Scientiarum inclyti; Deorum animae, Sydera

Fidei et Cathedrae Catholicae inter cymmerias Ethnicismi quam tenebras splendidissima

Civilis felicitatis in vita humana indices Mercurij

Vitae manuductores in fera Sarmatia Magistri, regulae et normae.

Poloniae lumina lucidissima

Heroes maximi

Argi Briarej Hercules.

Omnia providentes, pro omnibus laborantes, oia barbariei errorum

et ignorantiae monstra excindentes.

Chorus Sanctae Musarum, Pyrrhi gemmae, Tripodes Phoebi; Sybillae oracula

Areopagi, Athenei, Lycei, Stoae,

Dyonisy, Stagyritae, Platones Zenones

Astrea, Sophia, Suada, Minerva Bellona Mysca Sarmatiae;

Concordiae Salutis Amoris ~~Copiae~~ Consi[lij] ~~Cooperatores et Suasores~~ et advocatores

Patres Patriae

Togati; Sagati; Trabeati

Hastas, Oleas Palmas

in manibus vnis feliciter coalescentes

ad Poloniae Vbertatem propagandam augendam aeternandam

cum omnium Virtutum Surculis, vitibus tenellis Lechiaticum mentibus et pectoribus

infarentes.

Vos ~~primi~~ Autorum et Aborigenes incultum et agreste Solum istud, tribulis et spinis horrentibus obsitum purgastis, Vos lucernas hic vestras, et ligones defatigastis, consumpsistis, agros humanarum mentium excoluistis, subegistis, et latissimae amoenissimos campos aperuistis. Vos Lumen Scientiarum in opacas regiones intulistis lampadaque Successoribus vestris ad illustrandum Orbem de manu in manum tradidistis, nihil ut novi, verens natu Peregrinitas quae se gratis oia docere, et facere gloriatur, ~~Patriae~~ Sarmatiae lunas et splendoris attulerit praeter fucum, bullas, et ampullas. Vos ne cuiquam, Fide in Deum, amore in Patriam, charitate et studio bene merendi in oes cederemus exemplo vos nos posteros docuistis. Digni propterea quorum Merita Homerus decantaret et quorum nomina Phydias aut Zeuxis in unguo exsculperet adamantino. Quia verò ea nobis tempus edax rerum et obliviosa vetustas inviderunt. Deus autem in coelo non in terra Scripta esse voluit, ne saltem memoria vestri, in his Fastis meis desideraretur gratitudinis, obsequij, et observantiae, meae esse duxi. Beatae animae quae omnia Cernentem de facie in faciem videtis; nos quoque nostrosque labores inter vota huius Pelagij minas Syrtisque ac Charybdis pericula respicite, vela nostra ad Coelestem Cynosuram vestra apud Supremum numen intercessione et Suspirijs dirigite, et Universitatem quam fundastis et autor omnium ~~Sospitem~~ Sartam tectam Sospitet et aeternet precibus vestris flagitate impetrate.

Gratitudo Lyrica

Virtuti et Meritis

Clarissimorum Academiæ Cracoviensis Maiorum, Primorumque

Supra quos velut lapides angulares

In prima fundatione à Casimiro Magno Rege Poloniæ in Ciuitate [illegible] instituta, felicissimè positos, florentissima deinde, et toto [illegible] one clarissima Jagiellonianæ quasi alterius fundationis in

Cracoviensi Academia consurrexit

Quam

M. Stanislaus Biezanowski ad fasces Acad.

inscribendam dicauit

Mentes beatæ, quas tulit aurea
Ætas parentum, si licet alloqui
Cælo receptas, vester ad vos
Ecce nepos minimusque vatum

Trecenta cum iam Secula defluunt
Vocem lamenæ tollo tenerrimæ.
Auditis? Io vagientem
Sydereos licet inter ignes.

Audite Musam; Vos ego Lechici
Patres Lycæi prima columina
Basesque primas litterarum
Et lapides loquar angulares

Rerum vetustas quisquis origines
Gratis nepotum tollit honoribus
Fontem coronat grata quippe
Posteritas siluisse nunquam

Felicitatis primitias suæ
Primosque fontes debuit, impia
Profecto mens est, quæ priorum
Facta tacet, cineresque tristi

Busto recondit. Romulidæ suo
Quantum parenti debuerint quis est?
Cui sors inaperta? omnis ætas
Quæ loquitur Capitolij[illegible]

Colles fatentur. Gratia Posterum,
Patrum tributum est; Unica maximos
Pensat labores gratitudo;
Hanc teneris, cadet ardor omnis
Sudorque triplex, qui solet ardua
Momenta rerum principio sequi;
Sit nullus ingratum futuris
Sumet opus meritumque saeclis.
At eruditis corda nepotibus
Non aere constant, nec gelida niue
Altum rigescunt. Viuit Jo.
Pectoribus bene sculpta nostris
Vestri Parentes gloria nominis
Ducesque Primi, quos Casimirian
Magnus Polonorum Monarcha
Parisia Casimirus Urbe
Primum vocârat Lechiadum rudes
Formare mentes, Palladis auream
Septem per anfractus Trionis
Ferre facem rutilosque Solis
Proferre vultus: Nam quod erit precor
Melos Camenae vel Sapidissimae
Quod prima vestrae Claritatis
Fata pari resonabit arte?
Vos Sarmatarum quos Patrio gelu
Mentes rigebant, reddere cereas
Primi laborastis Solumque
Quod Lolium, nisi Carduosque
Crudo ferebat germine grandibus
Aptum manipulis, mille laboribus
Fecistis ô quantum Togatae
Gloria Sarmatiae per omne
Debebit Aeuum Principis Optimi
Vere paterni Cordis amoribus
Cuique regali Polonum
Quod voluit potiusque primus
Martem Togatae jungere Palladi;
Mansuetioris foedere vinculi
Pacisque frondentes oliuas
Sarmaticas potuisse nasci
Inter pruinas edocuit, Viros
Quando remotis eximior tulit
Ab usque Gallorum Lyrbis
Qui steriles poliuere terras.

Nostris deinceps Hesperus paret
Cultu perenni, reddere Gallicis
Vt iam Poloni Liliebus
Purpureos niveosq flores
Non inviderent amplius Ordines
Vt e propinquo, Castalias Lechus
Hauriret undas, nec remotas
Obiret usq A patrijs peregrinus oris
Ves fabula gentium
Vagumq sydus. Quo bona gratia
Ingens meretur Gratiarum
Obsequium venientis aevi,
Si grata tanti sit soboles boni
Bonaq mentis. si modo sulcus
Insit Secuturis nepotum
Pectoribus Lechicaeq pubi.
Auditis istud posthuma Secula?
Auditis? eheu Secula Secula
Ferro laborata et Steropis
Cusa manu, Siculis in antris
Auditis Io: nec meritas tamen
Grates refertis, nec Sapientiae
Fontem Coronatis Parentum
Nec roseis monumenta cloni
Nec Liliatis spargitis imbribus,
Tandem profundus jam vigilet sopor
Septemq per vastos Triones
Io sonet resonetq hactenus.
Hoc grata vobis Posteritas Patres
Solvit tributum, quos Parius quidem
Lapis decebat, seu Myronis
Seu Phydiae fabricatus arte
Ipsisq moles celsior Alpibus
Sed haec profanae vana superbiae
Ostenta, mentis eruditae
Respuit integritas et aurea
Ergo superbae pyramidis loco
Sit parva nostri gratia barbiti
Carmenq Seculare Primo
Quod canimus properante
Nos plectra vobis vos date Coelitus
Opem canendis vota canentibus,
Vestriq custodes Lycaei
Excubias geminate Sancti
Castisq ocellis pignora Lechica
Spectate pubis, doctaq Graciae
Delubra Phaebi dum Polonas
Ubertim feret annis

14 66

Magnificorum Acad. Crac. dominorum Rectorum Post iterum à D. Vladislao Jagiellone in Urbe ipsa Cracoviensi Conditam et Casimiriâ translatam Academiam Memoria Metrica

M. Stanislaus de Scarbmiria. 1400.

Dum tibi Pallady sacra summa Senatus
Primaq[ue] sunt manibus credita Sceptra tuis
Ornârunt tuos regalia nomina fastos
Junctaq[ue] sunt Sceptris regia Sceptra, Tuis,
Leges ipse suas subijt tum Legifer, in se
Rex pius obsequij nobile dogma dedit
Lechica quid renuis pubes? vel Principe tali
A tantis doctis, discere subesse viris

Rex Jagiello Cum Regni Principibus nec praesentibus sub summonitione Rectoris in scripta Actis Univ. insignibus est [illegible] s. patet.

Post translatam Casimiriâ in Urbem, Universitatem cum omnibus Facultatibus suis Rector hic fuit, et ad antiqua Statuta, noua nonnulla pro bono sui adiecit ex Lib. Stat. Univ. p.

M. Joannes Dux Opoliensis 1401.

Aurea gemmiferis quamvis tibi lumini mitra
Eximium nimia fronte declare iubar
Non tibi sat fuerat nisi fulvo rarior auro
Junxisset virides laurea docta comas
Sanguine mitra venit, Laurus virtute paratur
Maiorum decus est illo, sed ista Tuum
Hinc Tibi Craciaci sunt credita Sceptra Lycei
Nam geminos fasces bina Corona decet.

M. Nicolaus Officialis de Gorzkow Decret. Doctor Crac. 1402 tunc Eps Vilnen.

Officio gemini quod sis perfunctus honoris
Judicijsq[ue] Sacris utilis atq[ue] Scholis
Dona tibi fuerant opus est sublimia, res haec
Ingenio magnum iudiciisq[ue] probat.

M. Otto Scholasticus Crac. 1403

Collegium DD. J.C. conjux & Profess. Fundi [illegible] in [illegible] Mariae Magdalenae Fundi Strzepinien. Zomicij Bursa Longi

Ante Tuos fasces, Legum Candêre Magistri
Sedibus angustis, Justitiaq[ue] domo
Auspice Te proprios, Themis est sortita penates
Juraq[ue] de Cathedris intonuêre suis
Sarmaticae Themidis lapidem Te dicerem primum
Fundamenta domus nam Tibi prima refert

Cl. J.C. huius Universitatis licet priores sint Donatione et fundatione Casimiri Magni. In Urbe tamen nonnisi 1403 in domum emptam pro [illegible] ab Johanne Herodo de Rzeszow sunt translati. Empta domus pro 100 m. gross. Pragen. Confirmatio et libertatio edictis donata a Rege 1403 in Crastino Petri ad Vincula in novam Curiam

Regni Cancellarius M. JOANNES SZAFRANIEC 1404

Nobile Stemma Tibi, Sed Virtus Stemmate maior
Nobilitas doctis Summa prodesse viris

Archiep[iscopu]s Haliciensis factus vivente Vladislao Rege, dicitur potentiam honoris Leopolien[sis] sui maximè Dlugossi ad Annum 1411.

M. JOANNES Heres de Rzeszow Praepositus S. Michaelis Archiep[iscopu]s Leopoliensis

Te duo Sarmaticas, geminum decus auxit Athenas
Duplicibusq[ue] venit certa medela malis
Corporibus Medicus, Theologus mentibus Sgris
Communi datus es aptus utrumq[ue] bono

ante Concilium Constantiense cum Petro Ep[iscop]o Vilnensi Cathedrale apud Samogitas ad instantiam Jagellonis fundat Dlugos ad Annum 1416
et Septem Samogitiae appellat Lib. XI ad Annum 1417

M. NICOLAUS PELLER S.T.B. 1406

Auspicijs Nicolae Tuis altaria diuum
Donantur Crucis munera parua Scholae

M. FRANCISCUS Craiszenik S.T.D. 1407

Nicolaus Vgandi I.V.D. Nicolaus Peller S.T.P. per Papam designati Archiep[iscopu]s Haliciensis in Plebanum Lemberg. et Archiep[iscopu]s Haliciensis decimarum.

Craiszeni Crucis Sydus, praelustre Mineruae
Dulce micat radijs Theologia Tuis
Vir Summus fueras, certo namq[ue] ordine per Te
Reddita Sunt magnis pulpita Sacra viris

NB. M. Andreas de Kokorzyno Rect. 1408

M. HELIAS DE VADKAICIA S.T.D. 1409

Cum Petro Wysch Ep[iscop]o Crac. ad Concil. Pisanum mittit Universitas Crac. Theologum. Dlugossi.

Nomen habet flammas, Sacro quoq[ue] pectus ab igne
Pro vera flagrauit relligione Tua
Quando flagrati Theologus fruere versuxans
Concilium Pisis, pergit adire Sacrum
Relligionis opus fuerat, fideiq[ue] tuenda
Hinc zelosum Heliam tam pia causa decet

M. NICOLAUS DE KOZLOW 1410

Qui totum Sonitu Praesul compleuerat Orbem
T. Rabbet dedit Sacris nomina claua Tuis
Ibi Tibi pro multis Tuba Sufficit Unica, nomen
Illa Tuum totâ posteritate canet.

Hic m. ex Concilio Constantiensi Cum Sigis. Romanorum Rege Parisios divertitur, Vtrum illam totam Suis literis, Universitas sua vocalis Unam Vladislaum Regem et Joannem Falckenberg in Scripturis indicauit. At ille a Concilio Constantiensi Sui Damnatus ... Joannes de Vladimiria ... Dlugossi Lib. XI sub Annum 1415

M. LUCAS DE COSMIN. S.T.B. 1411

Relligionis apex, Romana Curia Sedis
Palladia geminos de Statione viros
Preside Te voluit, praeclaro munere fungi
Diffinitorum Regna per ampla Lechi

M. NICOLAUS Hynczonis de Cosmin 1412

Viri nam Cracijs patriam Sortitus Athenis
Non poteras Summum non meruisse decus

67 18

M. STANISL. DE SCARBIMIRIA 2. 1413

Cantius et Cracov Te præsule Scriptus in album
In Sanctorum album qui referendus erat.

M. PAULUS De Vladimiria DD. Custos Crac. 1414

Externis numerosa cohors quæ fluxit ab oris
Reddidit Imperij tempora Clara sui
Dumq Sacros celebris Cogit Constantia Patres
Tu quoq de Cracijs, pectora docta Scholis
Eligit, ampla quibus Legati munera mandas
Concilioq̃ piis Sedulitate placens.

Vide Dlugossum Lib. XI Cum M. Petro de Wolfranck et Zawisio de Garbow erat Legatus apud Sigism. Imperatorem ad continuandum processum Contra Cruciferos ~~pos~~ postea ~~...~~ multas pro Regno egit legationes

M. NICOLAUS BAUDYSZYN 1416

Suada Cathedrales Academica primitiis Sedes
Exornat Cracijs Te dominante Scholis
Perpetuusq dies magna pietate colendos
Eloquio ut posset condecorare Sacro
Orator Wawelis Sacer est fundatus in alto
O quantum decus est lingua diserta loco!

D. Xenevza fundat Concionatorem Solennem tantum in Arce Crac. ex Academia.

M. NICOLAUS Sculteti de Conradi Sylva 1417

Gemma juventutis, Flos Lechicus, inclyta Patris
Semoviti Soboles, Masouiiq ducum
Sydus Alexander, præclari nomen honoris
Dignatus Fastis inseruisse Tuis
Stirpe ducum nasci, magnum; sed Pallade maius
Illa homines tantum gignit at ista Deos.

M.

M. JOANNES De FALKOW 1418

Quod Reges dederant, Summi Suprema potestas
Præsulis hoc firmat non validum diu

Joannes 23 Cancell. Crac. et S. Floriani a Jagiellone incorporatos confirmauit eo de Sede deposito etiam Corporatio invalidatur

M. ~~PELCA~~ de BORZYKOWA 1419
(interlinear: alias Petro)

Omnia Martinus quoniam decreta Joannis
Sciderat et summo cesserat ille loco
Irrita facta prius, quæ iam firmauerat ille
Ut noua Martini roboret illa manus
Instar Sollicitus, respondentq omnia votis
Cunctaq perpetuo robore firma manent.

Martini V. Papæ sui S. Seculi præsidens

M. Joannes Kro Med. Doctor

Ægris qui dubiam poterat Servare Salutem
Certa fuit dubijs mentibus ille Salus.

M. Jacobus de noua Sandecz 1420

Grammatices elementa tuis fundata diebus
Hinc ego te iuuenum iure vocabo Patrem.

M. Jacobus de Zaborow Decret. D. 1420

Nil habent de Te nil secula prisca loquuntur
Magna tamen de Te dictat Apollo mihi
Viderat ille tuis Academica sceptra frequenter
Tractari manibus res ait ista mihi
Argumenta satis laudum praeclara ministrant
Eximium tantus nonne requirit honos?
Siclrina, Collegii Primi fundat. minoris. Agnoscit Patrem. Te dominumque

M. NICOLAVS GOLDTBERG. 1421

Aurum Gratiarum iam tum fulgebat in hortis
Goldberg cum Rector nomine rex fuit
Ad tua sceptra igitur properat numerosa iuuentus
Vt tantas possit carpere diuitias

M. Thomas de Chybertz D.r D.r 1421

M. ALEXANDER Serenissimus Dux Masouiae 1422

Sanguineas alii quod deducere cohortes
Armorum facti militiaeque duces
Hoc etiam Thraces, ferrataque corda Gelonum
Orbis praedones hoc quoque saepe gerunt;
Sed doctas rexisse animas Musisque praeesse
Hoc nisi flos hominum raraque corda valent
Mars quoque consilio regitur, prudentia bellis
Est oculus magni maxima gemma ducis
Tu prior et patrio Dux et virtutis honore
Plura aliis solidae munera laudis habes
Si poteras doctum Rector flexisse Senatum
Belligeros poteras Vir domuisse duces.

Erat is post Episcopus Tridentinus et Cardinalis, natus est Plocko [illegible] A. 1427.

M. SIGISMVNDVS PISER S.T.B. 1423

Cui Deus alta sua reserauit dogmata legis
Legibus humanis praeficiendus erat

M. MATTIAS KOZO I.V. Licentiatus 1427

Astrea roseo poteras deducere Olympo
Docta Iagiellonum quis Tibi sceptra negat

Est omissus fuit a° 1408 Andreas de Kokorzyno ~~Andreas de Kokorzyno~~ qui fuit Regis Vladislai Legatus ad Concilium Constantiense et dispensatione in matrimonium cum sorore spirituali Elisabeth pelecka obtinuit [illegible]

M. JOANNES. ~~de Kokorzyno~~ Canon. S. Floriani 1424

Flos hominum fueras, nam floridus aede Sacrata
Te voluit mysten Martyr habere suum

M. JOANNES De Papia M. D. 1424

Te sibi Matthiolus posceit, diuesque Galenus
Maior erat cunctis mens tua diuitiis.

M. JOANNES Ölgoth D.D. et Officialis Crac. 1425

Non poterat quisquam melius decernere verum
Quam Decretum qui fuit arte potens.

BENEDICTUS HESSE. S.T.B. 1425

Palladios fasces meriti Benedicte gubernas
Erudyt mentem Lectio Sacra tuam

LAURENTIUS de RATBOR S.T.B. 1428

Et Tibi Coelestis peperit Sapientia fasces
Alta facit Maiores Theologia viros.

JOANNES de Vielun S.T.B. 1430

Concilio Basil. a Martino V ind: ...

Consultura Sacris tum quando pyssima rebus
Basileam toto pergeret Orbe cohors
Tu vigili Cum pariter intentus in omnes
Ecclesiae Matris Teq Tuosq probans
Germanam Sobolem Cracij de flore Lysi
Mittis ad eximium religionis opus
Illustres animas quarum doctrina fidesq
Diuinig Sibi maior honoris erat
Nempe domus pietatis eras Academia semper
Nulla Tibi labes umbrag nulla fuit

M. ANDREAS de Buk S.T.B 1430

Si Tibi diuinae patuerunt intima legis?
Humanum patuit, Ius Tibi quanto magis?

.M. JOANNES de Radochonicze 1431.

Joannes Crac. Canon. ... et Senatu cum Bo: ... Hussitis disputat ... eijciunt ... Bohemia ... Paradiso ... alio ... Dlugoss Libro ... ultimo ad ... 1431

Proxima Sarmaticis dum forte Bohemia Stephis
Perruperet regni iungere Scepha Sui
Foeda venenati lutei contagia spirans
Dogmatis haeretici faedag caula gregis
Impia gemmiferro ne forte aconita sub auro
Inferret Lechico fraus speciosa solo
Te prohibente stetit Regni inspectante Senatu
Atq Coronati Principis ante jubar
Monstra Bohemica, quando Spurcissima tendo
Sunt per Te iaculis exanimata Sacris
Victag Doctorum ceciderunt ante Tuorum
Pulsag Cracoviacos deseruere lares
Monstrorum domitrix Academia, jure vocanda
Quae poterat Stygij monstra domare Canis
Religionis amor fidei Constantia Sanctis
Integritas niuei pectoris absq nota
Hor decus est nostrum laus haec pulcerrima Phobi
Trudy hic est operis Diue Jagello tui.

M. DERSLAUS de Burzynow V.J.D. 1431

Te quoq; Diua Themis, summo donauit honore
Stepha simul gestus justitiaq; librum

M. THOMAS de STRAMPINO D.r J.D. 1432 Eps Posn.

Quam bene doctus honos sacro persoluit honori
Pontificale pedum quam bene stepha nouant
Qui modo Sarmaticas Rector moderaris Athenas
Gemmea mitratis vertice dona feres
Conscendensq; sacrae fastigia celsa Cathedrae
Praesulei speculum norma decusq; chori
Strampiniq; domus celsissima gloria fies
Scilicet hoc peperit pagina sacra tibi
Hoc pietatis amor totoq; exercita virtus
Artibus his rerum qui capit alta, sapit.

M. NICOLAUS de Brega 1433 S.T.B.

Silesius Lechicae moderaris stepha Mineruae
Vir sapiens patriam qua patet orbis habet

M. THOMAS de Bodzenin 1434

Natales nomenq; tuum mea barbita norunt
Virtutes norunt saecula prisca tuas

M. STANISLAUS de Uscie 1434

Magnorum fecunda parens tua terra virorum
Nunc etiam celebres parturit illa Magistros
Vbertate soli placeat licet omnibus illa
At mihi Doctorum fertilitate placet

M. JOANNES PUSKA J.V. Bac. 1434

Pulpita justitiae scandens, et pulpita Honoris
Perfacili poteras scandere celsa gradu

M. MICHAEL de Szydlow 1435.

Pauca mihi de te veterum monumenta loquuntur
Sic plerumq; latent maxima, parua minus

M. JOANNES de Jastrzebie 1436.

Clara tibi domus est, sapientia clarior, illa
Emicat alterius sole, sed ista tuo.

M. NICOLAUS SPICYMIR Nuncius Aplicus in Regno Pol.

Legati sublime decus, Vaticana potestas
Officiumq; tibi nobile Roma dedit
Judicium de te satis est illustre loquuta
Nec poterat suada nobiliore loqui
Sedis Apostolicae geminae duo Regna coronae
In te supremum sunt veneratu caput
Hinc etiam geminos Pallas tibi Gratia fasces
Debuit esse suum te voluitq; caput
Ille mihi magnus, dignissimus ille videtur
Doctorum capitum qui caput esse potest.

Quidquid atrox ferri rabies diruumpit, in unum
Hoc virtute olei conciliante redit.
Quid tibi cum nostris igitur Vir maxime Sceptris
Judicium fasces non medicina decet.
An Pater et medicus mavis quam Rector haberi
Officium video Judicis. Acta Patris
Rector erit nullus, respondet, cor nisi Patris
Et medicas habeat ni simul ille manus
Plus opus est olei, rigidi quam fundat aceti
Uncia sit fellis. libra sit ambrosiae
Hoc Tu praestiteras Rectorum norma deniq̃
nam maduere Tuis.
Vero olei Sceptris,

Tandem [illegible]

Erat is Confessarius Regi
nulae Heduigis filiae Vladi
slai Regis desponsatae Fride
rico Marchioni Brandebur
gen. qua vivente infecta a
Zophia Regina putabatur, ea confes
sus Confessio in prima Sbi
gnei Epi Crac. eandem Reg
inam suam ab omni suspi
cione omnis sui confessio
ne absolvit. Vide Dlugoss
ad Annum 1431

Vrte

Item M. Joannes Delgot Decret. Doctor

Officialis Lunch. Anno 1438 Con. Ment.

Nomen habes Olei, quod dulcia balsama spirat

Effectum praestas Nomine reque simul

Et quia Iudicium perfundis Iure Lyaeum

Doctori Primo cum Studiis Ore domum

Et quia Vulneribus medicamen certius haud est

Quam quod Olivarum Vena Salubris habet

Domum Pro Ordinario Iuris Lectore aedificavit in Collegio spatio plus maius Magdalenae carnis Universitati donavit Ao 1451 Rectore Benedicto Hesse.

Hic in Concilio Basiliensi Oratorem nomine Regis et Sbignei Cardinalis egit [illegible]

illius Conciones in Concilio habitae et ad Papam habentur. Altera Determinatio

illius ad Cardinalem Sbigneum. Circa autem Concilii Basiliensis. Altera illius Jacobi

Paradiso S.T.D. Ordinis Cister. 3 Laurentii de Ratibor. 4 Thomae de Strampino

[illegible] Compilatum quo se defendebat quando Papae legatus [illegible]

1

M. IACOBUS PARCOSSY

J. U. D. et ter R. ab a.o 1439 ad 1441 Praepositus Ecclesiae S. Stanislai in Rupella

Herculeos doctrina tibi formauerat artus
Inuictiq; animi robora mille dedit.
Machina namq; tuis Academica saepe lacertis
Communi visa est incubuisse bono.
Fascibus est renouata tuis, niueumq; decorem
Consilio debet Cracia Stoa tuo.
Legibus est per te facies noua reddita priscis
Quas rerum magni restituere viri
Hic tua difficiles soluit prudentia nodos
Hic tuus ante alios emicuitq; labor
Condere Regum opus est sed restaurare vetusta
Hoc Iacobe tuum est; hoc sapientis opus.

A 1441 Iuly 21 dum Conuocatione facta 93 Doctores et Profess. Uniuersitatem repraesentantes ad reformandam Uniuersit. deputauerunt. Rectorem 4 Facultatum Decanos Deinde ex qualibet Facultate Benedictum Hesse S.T.P. Joannem de Elgot J.D. Joannem de Ludzisko M.D. Barthol. de Radom Laurentium de Ratibor Joannem de Radomie Nicolaum de Brega Iacobum de Zaborow Thomam de Strzempino Paulum de Zator et Joannem de Canty Collegiatos sub Vladislai Regis.

M. IOANNES de DOBRA M.D 1440

Artis habent Patriiq; decus tua sceptra benignum
Vir simul et medicus, rex pretiosa bona.

M. PAULUS PASKONIS 1441

De senio veterum tua nomina sola supersunt
Eximios atq; inuida secla negant.

M. STANISLAUS de Lysino ter 1442

Temporibus priscis nec tu quoq; plurima debes
Acta magistratus nam siluere tui.

Priuilegium Conseruatoris a Papa Eugenio 4to Potentium Epi Crac. [illegible] [illegible] eidem [illegible] [illegible]

M. Bartholomeus de Radom 1444

Basileae quaecunq; Patrum sententia dixit
Tu quoq; constanti pectore firma tenes
Et tecum schola tota Craci Lechicusq; Senatus
Palladis inuicto robore sensit idem.
Regia non potuit sed nec Romana potestas
Persuasisse aliud doner in Orbe palam
Concordes animos concors sententia iunxit
Membraq; sunt capiti conciliata suo
Ecce sensu nunc iam diuersa fatemur
Tu tamen inuictus praemia mentis habes.

4to M. Stanislaus de Lysino 1445

Palladis Sinus quartum te praeside tenuor
Conseruatores maxima Roma dedit.
Quos Virtus doctrina Sacra celsusq; honos
Et priscis stirpis quos decorauit honor
Nec tibi pars tanti deerat Vir magni laboris
Viderat Herculeum supposuisse latus
Te quoq; Sarmaticus Atlas fortissime Musis
Conseruata tuo docta mineruam sinu
Et licet ignis atrox geminas consumpserit aedes
Quas Thomis, et Medicis quas tenuere Dis
Ornamenta scholis tu in te cuncta reponsa
Factaq; sunt damnis splendidiora suis
Non domibus sed nostra viris stat gloria, possunt
Reddere longa domos secula. nulla viros.

post electionem M. Thomae Strzempiny in Epum Cracouiensem Feria 2 Pentecost. hora 21 venit ignis prope Ecc. Sanctos et totam Plateam Castren. in eaq; templum et Collegium Academicum DD. I.Consultorum et Medicorum exussit.

Haec circumstantia reponenda est, ad annum 1455.

M. Stanislaus de Sobnow Episcopus Trident. Scolast. Posnanien. [illegible]
Plocen. Canc. ꝗ Vniversitatis Reformatione Suscepit
et approbauit 1446

Hic cum [illegible]
Iunii Vladislaui
Scriptor S. [illegible]
et felicis [illegible]
Orator [illegible]
nuncius [illegible]
cum laude
egit.

Te Basilea Virum stupuit, tecumq. Ioannem
Ambos Cracciacis lumina prima Scholis
Quando Oratorum munus sublime decusq.
Gessisti gemina dexteritate pares
Si poteras Cracij. tanta cum laude Senatus
Legati summo fungier officio
Quis Tibi Stephan neget? quis Te non vertice summo
Tolleret? imperium quis renuatue tuum?
Laudato parere Viro, laus maxima; regnis
Hoc ego servitium profero Xine Tuis.

M. Ioannes Dambrowka S. T. D. 1446 et 7

M. Dambrowka. M. Iacobus Szadecz M. Racianz et Dlugossus Legati adjutores fuere ad componendum Regem Casimirum et Cruciferos obstiterunt Legato Papæ nimium faventi Cruciferis Lege Cromer Lib. 25. de Origine et rebus gestis Polonorum mihi folio 760. et 764.

Sæpe tuos subijt Pallas trabeata penates,
In gremium fasces deposuitq. suum
Non equidem stupeo quis enim sub vindice tanto
Non voueat Cracijs optima quæq. Scholis
Perpetuo sperata diu sacra vincula Pacis
Lechiadas inter militiamq. Crucis
Post tot sanguineas acies, post grande cruenti
Martis opus rubri diluuiumq. maris
Tu quoq. cum geminis Cracis doctoribus aulæ
Communi poteras composuisse bono;
Inter Sarmaticos Proceres Sedisq. Supremæ
Legatum fastis Lechica fama suis
Te feret æternum, compositaq. fœdera per Te
Viuaci insculpet Prussica terra cedro

M. Iacobus de Zaborow 8uo 1447 inchoato

Octauos confert Pallas tibi Lechica fasces
Dum solium Regni Rex Casimirus adit
Lechia dum lætis Regem complexibus ambit
Milleq. subsultant Cracia tecta modis
Excepere noui Regum quoq. Principis ortum
Quotquot Apollineas incoluere domos
Dulce salutato sapuit tua suada Monarchæ
Quid mi? voce simul Cineq. Cygnus eras.
Vir sapiens et dulcis olor, facundia vera est
Ex animo grauius quæ sapiente fluit.

M. Iacobus S. T. P. S. Hedwigis in Ponte regali Præpositus 14[illegible]
Canonicus S. Sepulcri Dni Custodum in Ierusalem

27 Iunij veniente Cracouiam legato Nicolaj V. Papæ. Mgri cum Rectore legatum suscipere noluerunt multis admirantibus et suspectibus legatus ira commotus, petijt à Rege Mgros beneficijs suis priuari

Custodem tumuli Christi, populiq. togati
Paruit imperio gens numerosa Tuo.
Basileæ Patrum quidquid decreta probarunt
Id Lechis totum dum Schola tota probat
Legatum Nicolae tuum cur quinte recusat?
Fascibus applaudens Rex Casimire tuis.

Renuit hoc Rex facere, cum Regi toti Ecclesiae cum Concilio Basiliensi adhaerere potius quam Italis electionis Nicolaum Pontificem crearunt, dixisset. Redeuntem summum legatum Nicolaus V benigne accepit quod se cum Universitate Cracoviensi gessisset. Deoque etiam brevi ex melancholia mortuus est. ex 2 parte Metrico. Almi Studij Cracoviensis pagina ultima.

Inconcussa minis, nec maiestate regentis
Territa, nec rigidi nube severitij
Basilee mutata Patrum sententia donec
Est iterum summo conciliata Patri
Sic constare sibi res est pulcherrima, constans
Ille tamen vere est, cui meliora placent.

Nicolaus Bylina S.T.D. 1447 et 8

Fundamenta domus per te sunt jacta Minoris
Surrexere quibus tunc habitata viris
Integritas legum per te servata stetit
Res antiqua modis inviolata suis
Quod laudent in te, quod admirentur abunde est
Est quod et invideant secula nostra tibi
Quis non invideat sancti tamen aurea Divi
Pectora tantisdo, quod patuere tibi
Quodque frui tanta licuit dulcedine quodque
Jam Cygno teneris deficiente melos
Funereum poteras inde hausisse medullis
Ora tibi guttis dum maduere pijs
Sis alijs alia forsan ratione beatus
Sis equi vindex maximus atque boni
Sed mihi semper erit laudum laus summa tuarum
Quod fueris tanti dignus amore Patris

in domo lignea in postico Collegij iuris, nam ubi nunc est ibi erat Bursa divitum quae post conflagrationem non ~~est~~ versa est. in Collegium 13 professorum a Collegis iuris fundatorum Rectoratu Jacobi Schadek ut habetur infra

Moriens B. Pater ab hoc Nicolao Bylina et Vitae sibi prorogari impetraret ne omnium ea aetati Xti invidia obitu suo fuerit. Respondit idem quod D. Cursor. Illum oportet crescere me autem decrescere.

M. Matthias de Labyschyn 1449

Te quantus fueris, veterum monumenta fatentur
Et leges Graii quas peripatus habet
Hoc de te voluit Stagyrae sententia nostrae
Judicium fastis inseruisse suis
Optima quod per te steterint decreta Sophorum
Grande viri spirant quod sapientis opus
Communi prodesse bono labor optimus; illum
Insequitur penna praepete verus honos.

M. Benedictus Hesse S.T.D. 1449

Multa cani de te nequeunt benedicta canendo
Fors poterunt melius plura tacendo cani
Magna loqui mollius sed ne maiora fatigant
Fertilitas rerum non sinit esse brevem
Summa licet tangam rerum momenta patebit
Quam fuerint scripti tempora clara tui
z. Fr. S. Nam tractus qui templa colit sanctissima Graii
Militiae Christi relligiosa cohors
Aurea quum sacri lampas Dominicus amoris
Tartarei domitor maximus ille canis.

1450, 8 Augusti ad instantiam ... de Bidgostia Prioris Conventus S. Trinitatis incorporantur Ordo S. Dominici nostro Universitati his conditionibus 1. ut ... monumentum solitum Rectori ferret 2. ut Fr. aliquis promoveri ... inata statuta facultatis promoventur 3 ut si sit aliquis ... pro sua incorporatione petat 2 in Universitatem et gaudeat omnibus privilegijs

Idem Fr. Jacobus petijt se ad Respondendum admitti et sibi locum in Doctores Theologiae dari, quod et factum est, postea quam solen[n]em actum in Universitate instituisset.

Malleus hæreseon, Christi sub signa vocavit,
Custodemque Sacri dogmatis instituit.
Hæc inquam Sacrata cohors, dum mutua poscit
Fœdera nobiscum Palladioque choro.
Exoptat niveas Fratrum sociare phalanges
Inque Jagellonis Palladis esse sinu.
Annuit optatis Tecum Schola Cracia votis
Admisitque Sacros ad sua jura Patres.
Theologis tribuens fastigia celsa cathedræ
Perpetua statuit vincula amicitiæ.
Sic geminas jungere manus duo lumina mundi
Docta Patrum pietas et pia Musa Sophiæ.
Relligionis ab hoc Sacrato fœdere crevit
Cum Studio pietas, cum Pietate Salus.
Uberioris enim sunt hæc pia semina messis
Quam tulit ex agris. Diva Jagiello tuis.
Ille Sacros volvens Seraphico pectore flammas
Christiadum Gedeon, Purpureusque leo
Signifer horrificum tonitru, Geticique Tyranni
Grande Capistranus fulmen, amorque Christi
Mœnia Craciadum subiens, vexillaque
Expandens magno, Sanctaque bella ciens

1455. Eodem Hesse Rectore. B[eatus] Capistranum in foro Cracoviensi prædicante secuti sunt in castra S. Francisci cum Decano Phicae Facultatis Academicae alumni iuxta Calculum Miechovij Centum et amplius, iuxta Vladislaj Mo: iecki 300 iuxta Sarnicij an Centum triginta

In Turcas sonitu, Centenis amplius ad se
Traxit Academica de Statione viros.
Quos Francisce Tuis suscepit regula vitæ,
Quod nunc heu rarò! secula nostra vident.
Agminibus totis, vivat ut sic inclyta pubes
Atque catervatim det sua vota Deo.
O nimium Benedicte tui Sors aurea Sæcli!
O quantus Sacræ Relligionis amor!
O utinam nostras incendia tanta medullas
Inflammant, utinam frigora nostra coquant.
Ignis hic ut Sanctos doceat sapientia mores:
Nec placeat, nisi sit, Pallas amica Deo.

Prius poni debet Andreas de Sadowie Rector 1450.

M. Joannes de Pniew D.D. Officialis et ...

Regis Casimiri et Elisabethæ filius baptizavit Cuius nomen Alexander impositum Vide Miechovitam

Aurea tergemina rutilantia munera glebæ
Dive nitent manibus quæ Nicolae Tuis.
Cum templo venere Tuo sub fascibus isthic
Perpetuo Cracis sunt que dicata Scholis.
Aurea Saturni nemo mihi secula posthac
Prædicet et fulvos, somnia prisca, dies.
Auratos Danaes nemo mihi gaudeat imbres
Aurea Jasonis vellera nemo canat

22 72

Somnia non Curo, quando mihi vera coruscant
Secula de glebis aurea facta Tuis
Pontificum Sublime decus Nicolae latentis
Fautor egestatis munificusq; parens
Namq; dies nobis fulvo micuere metallo
Saeclaq; gemmiferis currere visa rotis
Quando Tui nobis altaria Credita templi
Susceptiq; tuas quando Academq; opes
Munera priscorum fuerunt ditissima; quondam
Aurea Musarum gleba, segesq; fuit;
At nunc gleba putris, Sterili spectatur agello
Morsibus invidiis nec tamen ista carent.

M. Andreas de Sackowie I.V.D. 1450 Com. Dyber

Corrige errorem ... ille fuit qui ... Superior ut ... nobis constat

Stirpe Satus Comitum, Soboles dulcissima Patris
Quem tulit Adriaco proxima terra mari
Ausoniae pubis Speculum. Grimaldus amorq;
Dignatur. fasces condecorasse Tuos
Intulit Aonijs clarissima nomina fastis
Sub gelidoq; licet climate culta satis
Repperit Hesperiis non cedentia terris
Prata Aganippaeis consita delicijs
O quotquot Rhodanum bibitis Ligerimq; Tibrimq;
Occidui quotquot salsa fluenta maris
Trans mare currentes peregrinas quaeritis artes
Pulchra juventutis germina Sarmaticae
Cur Patrios fontes regis quos aurea vestri
Ungula Cracianis prosiluisse iugis
Fecit et in varias deduxit Palladis undas
Temnitis? Ausonij qui sapuere labris
An quia non fontes, sed turbida flumina vultis
Ne maculae vitreis conspiciantur aquis
An currendo magis, quam discurrendo docemur
Quid faciet doctor quaeritis? Alta Quies.

Caetera si desint quib[us] de Te Scripta loquuntur
Sunt pro Candis fama loquetur opus

M. Joannes de Stupca I.V.D. 1452 Com. Dyber

... Vicis Rectoratus A.o 1476 ... Collegium ... Med. Doctor ... Ubi nunc est Collegium Phil. ... illud inhabitabatur, eo quod maiore ... in proprijs ... domibus ... Med. S. ... Ordinarius ab Universitate Salarium ... Salarium habet ... Posnaniensis ... Professor Zemchianae fundationis

Nil habeant de Te, nil Secula prisca loquantur
Magna tamen de te, dicat Apollo mihi
Viderat ille Tuis Academica Sceptra frequenter
Tradari manibus. Rex ait ista mihi
Argumenta Satis laudum praeclara ministrat
Eximium tantus, nonne requirit honos.

... quia Collegium ... Et caput ... Nil habeant ... Nunc ... Collegium medicinae ... qui ... eximium ... pulcher Apollo ...

M. Nicolaus Kalis D.D. 1453 Com. Alsi

Publica Te laudent encomia, nam Tibi Semper
Communis fuerat maxima Cura boni

Ego etiam Academiam 1463 Com. Dyber bis

Statuta de Bono et Utili aliquot in effectum deduxit. In domo Messinia Collegium novum pro Fratribus decretalium, et Baccalaureis in Medicina instituit, Sed Theologi eo descendere recusavunt. Hoc anno et Eius rectorat. capta e dorys Bursa pauperum Canonistarum

Praemia pro meritis te decernente rependi
Publica Doctorum vox iubet una Virum
Noxia privati ne fors corrumpat amoris
Flamma quod utilitas publica jure sibi
Vendicat, ut premio par sit mensura labori
Laurea Victori conveniatque suo
Unica Doctorum veris est pulcherrima merces
Quam decernit amor publicus atque fides
Iudicium commune labor syncerus amabit
Sed privatus labor delitiosus amat.

M. Gasparus Rockenberg DD. Scolast. Crac.

Flos in Apollineis vernabat candidus hortis
Gratia parebant quando vireta tibi
Quid dein? antiquis fuerat virtutis imago
Norma Senatorum Pontificumque decus

Creslaus de Curozweki Epus Vladisla. Can. Regni veri in Patriam amoris exemplar Lege Crom. et Miechoviam

Creslaus ipse fuit maior splendore Thiaraе
Verus Atlas Patriae Lechiadumque salus
Quem tibi loquitur Magnum Rex Lechicus fuit
Brachia Sarmatico supposuisse polo
Saepius huic similes patria producere p
Eminet hic cunctis, utilitate labor.

M. Albertus de Zysiec. DD. 1460

Aeternis sculpenda Cedris, constantia sub
Inter Academicos eminuisse viros
Traditur Hystoricis res non ignota Poloni
Qua maculat sceptrum Rex Casimirus
Quando sacrum per te pressit vis magna
Avis Vanelaeus, qui sacra templa colit
Libera quando Patrum siluit vox, iuraque
Ambitioque data est, sacra Tyara
Regius hic turbo nequiit fortissima magn
Pectora Dlugossi sternere, mille
Ictibus, atque alias invicto robore mentes,
Quas nutrierat gremio Gratia Musa
Inconcussa minis constantia, maluit omnes
Exilii poenas circaque cuncta pati
Quam violenta sequi Regis decreta fuere
Iuraque Communis deseruisse boni
Nobile virtutis specimen quod laudibus
O utinam possent saecula nostra
At nunc Communi pro libertate tuenda
Exilium, nullus qui patiatur

M. Sendiuogius de Tenczyn Bcc. in Decretis 1460 Cond.

Tenczynis Stirpis Soboles clarissima Salue.
Sendiuogi Magni Sanguinis altus honos
Quid Tibi cum nostris Heros dignissime Sceptris?
Quid Tibi cum Phœbi Culmine, cumq Togis?
Ecquid magnanimam, laurus Parnassia frontem
Stringit quam mox Martia Crista teget
Palladios Victrix Cur gestat dextera fasces
Illa petet Scythicum mox animare Caput
Scilicet hoc olim Summo veniebat honori
Laurigeros inter eminuisse Viros
Nec puduit galeis doctam substernere laurum
Bellaq Sago praeposuisse togam
Inde etiam prisus Prudentia Bellica maior
Tanta triumphorum tamq opulenta Seges
At nunc Palladias dum neglexere coronas
Nulla Lechis Laurus, Palmaq nulla viret.

M. Arnolphus Mirzynier DD. 1462 Com. Assp.

Lignea forte domus Te Sede tecta Minoris
Bursaq Diuitijs nobilis ipsa suis
Arserunt; quando flammis Domibus Vrbem
Vulcanus Craci depopulatus erat
Sic domus in tenues abijt consumpta fauillas
Facta tamen Casu pulchrior illa suo est
Namq Vbi Diuitibus stabat constructa Diætis
Collegio essit nobile pegma Sophum
Scilicet æterni Voluit permissio Patris
Damna nouis fierent at Cumulata bonis
Magnificisq domus consurgeret altera tectis
Vltimo esse malis ad meliora Deg

Aprilis ignis e monast. S. Trinitatis e labo. nio Alchimico exoriens magnam partem Ciuitatis inter alias plateam Brunbornam et in eadem ligneam Collegij minor. nec non Bursam Diuitum incuratam exussit, postea refecta in Colle. minus conuersa est.

M. Paulus Klobucko S.T.L. 1463 Com. Assp.

Venerat Ausonijs Lechiam Rudolphus ab Oris
Pontificis Summi Nuncius, atq Patris
Regia quem festis excepit honoribus aula
Plausibus applaudens Rex Casimire Tuis
Augustæ Sobolis nam tecum regia pubes
Iuerat Ausonijs obuia turba Viris
Auxit laetitias spectacula publica tantas,
Occurrens latijs plebs veneranda togis
Quam Cracij delubra fuerunt Clarissima Phœbi
Cui decorant Summum regia Sceptra caput
Hæc tum Paule Tuis fulsere monilia dextris
Accessita Oris mellea Suada Tui
Sic Tua mellifluæ docuit facundia linguæ
Sarmaticis Latium nectare inesse fauis.

Contigit in Rectorat. 2o visit 1466 Com. Stybrowa... Rudolphus Vir San. Laurentinus qui in reuelatione Cuidam... fa... Visa est Tribunal Dei gladium ... fregisse, et reue... fregit; quando pacem Regem Casimirum et Cruci... tandem composuit.

M. Petrus Gassowiec M. D. 1464 Con. Dyb. b.

Hic statuit posteriore Magistratu 1470 in pratis avus M. Simonem de Sren ob negligentiam movit Astrologiae Professione, alium substituens donec se emendaret Privilegia revidet &c.

Post exustae domus lugubria tecta Minoris
Ne careant prorsus Commoditate loci
Afflictos decernis posse Magistros
His recipi, incoluit quos studiosa cohors
Nam veluti cunctos studiosae pubis honores
Eximij vincunt nobilitate gradus
Palladias habitare domos sic justior illos
Causa iubet merito qui potiore valent
Nimirum quos verus honor non vana coronat
Ambitio tantis jus favet omne Sophis.

* N. 3. Hic poni debet Carmen seculare sui saeculi quod infra invenies.

M. Andreas Grzymala 1465 Con. Dyb. b.

Divus amor superum sacra Nicolaus in aede
Te voluit primum constituisse Patrem
Integritas vitae fuerit tibi magna necesse est
Commissaeque ovium sedula cura gregis
Quando tot et tantos inter Tu primus haberi
Dignus eras sacer hic quem decorant
Scilicet auratae Nicolaus munera glebae
Debuit in similem deposuisse sinum

M. Joannes de Latoszyn D. D. 1468 Con. Maj.

Huius Rectoratu decrevit Universitas ut in muris Collegij Maioris qui tum sensim aedificabantur tria interstitia fierent primum Lectorium 2dum et 3 Habitationum pro Professoribus. 19 qui sunt. Can. Crac. Theologus Alter Ordinarius Th. Lector 8 Canonici S. Floriani Theol. Professores Isnerianus seu Trzydrowicz Cui stemma est in Phiaret Theologiae professori Zielonecensis Plebanus Sex Regij Professores in Phia et Astronomiae seu Astrologiae
Wb. * Caput mensae in Collegio est Christus qui in forma Pauperis sedet cum DD Professoribus aliter

Forte his surgebat opus pernobile Sceptris
Cui data Maioris nomina Celsa domus
Innumeris moles olim mansura diebus
Gemma Jagiellonis deliciumque Scholis
O domus augustae nimium spectanda decore
Magnorum Sedes Metropolisque Sophum
Tu solium Phoebi, Tu Maiestatis ocellus
Palladis, Studij Graciaeque caput
Aurea tu merces meritorum, Curia Patrum
Paxque Senectutis, Consilijque penu
Hic habitat sublimis honos, Naturaque virtus
Hic numerat Proceres Theologia suos
Hebraeae Graiaeque viget sapientia linguae
Isnerianus olor, Regia Turba Sophi
Urania Celos et qui vastissima mundi
Scrutatur spatia et sydera cuncta ciet
Et qui Zielonecae Ecclesiae divina ministrat
Seu sit Theologus, seu velit esse Sophus
Hic etiam viridis panduntur maxima Lauri
Brachia quae doctis Laurea serta dint
Suppeditant toto quoties plaudente Senatu
Pro meritis referunt praemia digna

Eodem Rectore 1492 Cor. Nostra 29 Julij Collegij Maij et Ecta S. Annae conflagrarunt.

Hic pietas maculaq carens purissima Vitæ
Integritas prisca Relligionis amor
Canitur Patrum, maiorum Summa potestas
Perpetuoq dati porro Sacra Tibi
Nomine Susceptum Christi quo pascit egenum
Communis mensæ participemq facit
Quod vere Pietatis opus miracula firmant
Mensaq demonstrant quam placet illa Deo
Itor Latoszyne Tui laus est pulcherrima Srephi
Inclyta Maiorum nomine Regiq Domu

M. Stanislaus Floriany de Szadek 1469 et nc 1474

Quanta animis pietas, quantus flagrauerit ardor
Quantaq diuini lampas amoris erat
Pectoribus priscis, niuei quo gratia Cordis
Acta Magistratus me docuere Tui
Namq Solimaei geminos loca Sacra Sepulchri
Insignes Magnæ Relligione viros
E numero Coetus Cracij petijsse loquuntur
Quod referunt fastos Scripta vetusta Tuos
Maiorum quam pulchra patent vestigia nobis!
Gressibus his ad nos ambulat ipsa salus
Longa Palæstinæ si fors via terret; Amoris
Fraterni saltim, non timeamus iter.

Jacobus de Boxice et alter C. S. Floriani explo B. Patris Hierosolimas petierunt.

M. Clemens de Gorka dd. 1472 Tus

Qui prius ad nostras Sanctissimus Ordo Cathedras
Admitti petijt foedere, perpetuo
Consensuq Patrum fuit in commune recepty
Cracianæ gremium Palladis inq Sacrum
Diuini partem Study Cathedraq cacumen
Unio quando Scholæ cum pietate stetit
Hic rursum Dominice Tuus Sacer Ordo laboris
Hortulus atq operis Vinea Sancta Tui
Nos quoq perpetui iunxit sibi foedere amoris
Deq suis voluit participare bonis
Vt fieret geminis Corpus de partibus vnum
Alternasq vires Sanctus haberet Amor
Iste Sacer nexus Multum Tua Srepha coronat
Aeternumq decus creuit ab inde Tibi
Nam quoties Pietas Studys coniungitur isto
Foedere nil vnquam Sanctius Orbis habet

Gesta sunt dum gere alia vice Rectorem tempore 1481 quo Saluius Casseta de Panormo S. T. P. Ordinis Praedicatorum humiliter Vniversitatem Cracoviensem ad Orationes Ordinis Praedicatorum ... admisit.

In hisce tribus Communitatibus pene soluta fuit Vniversitas propter pestem

M. Matthias de Costen 1472 Con Dybow

Hesperio veniens Legatus Clymate Summus
Quem Patriarchalis condecorabat honos
Pontificis Mandata ferens Sanctissima Sixti
Qui tum Pastorum Pastor et Orbis erat
Excipitur Summo Lechis plaudentibus amore
Occursuque Domus Rex Casimirae Tuae
Sceptigerae Sobolis dulcissima pignora tecum
Eloquij dederant nobile dogma Sui
Altior Sub rigido Stupuit bellaria Coelo
Flos Venetum Marcus, Praesul Aquileiae
Hunc etiam populi tecum decus omne Togati
Totaque Craciarae plebs veneranda Scholae
Eloquij Costene Tuo torrente diserto,
Dulce Salutavit propitiumque sibi
Reddidit obsequijs, testata fidelibus intus
Quae fuerint animi gaudia quanta sui
Sunt haec prima Tui longissima tempora Sceptri
Sed fusces alios tempora maesta notant
Namque illud Terrae Columen, Superumque voluptas
Cantius et vitâ Candidus et Senio
Nuncius è terris veniens nascentis Jesu
Angelicis Subijt Sydera Celsa choris
~~Post~~ Sancta deinde ~~non multo~~ duo lumina raptus
Gedrocius Litavum, Lechiadumque decus
1482 et 6 doctores Academiae Lipnicis jubar Sedes petiere beatas
Paruit imperijs dum Schola nostra tuis
Sic tria Sarmatici Subtracta monilia Sceptri
Factaque sunt Superis gaudia, damna Tibi
Non haec damna tamen, nisi tristia damna bonis
Tutius in Coelo conditur omne bonum
Auxilium Coeli propius, licet altius illinc
Purus amor pennâ liberiore volat.

M. Matthias de Blandow DD. C et Offic.

Vandalei quos Celsa Colunt fastigia templi
Quosque Mitrae decorat Pontificalis apex
Praesulei lateris comites, Clarissima ~~lumina~~ Cleri
Lumina Constanti Relligione Patres
Quem sibi deposcunt, Craciae quem tota Cathedra
Implentem Summi Judicis officium
Mystarum veneranda cohors, Suspexit et una
Rectorem Coluit Cracia Musa suum
Qui poteras geminum Summa cum laude tulisti
Ingentique animo, res Sociare duas
Gemma Sacerdotum fueras Phoebique medulla
Numquam tot Curas mens nisi Summa capit

1483 Sabbatho in die S. Galli
Empta est domus murata Wawelowsta
dicta per Venerabilem Joannem Dlugosz Custodem Vislicien. et Canonicum Crac. et tunc
nec non per Rectorem Doctores et Magistros
totamque Universitatem Studij Cracovien.
pro Canonistarum Bursa à Nobili
Joanne Battha de Niedzwiedz
pro Sexingentis florenis Hungaricalibus boni et justi ponderis.

F. At quid Lechiaci nisi quod jam doceme
Christi Sumptu non trepidante domus

75

M. Jacobus de Sadek D. D. 1475 Com. Hyber.

Prussia frondentem dabat Tibi pacis olivam
Arbitrio toties pacificata tuo:
Consilijs suffulta Tuis stetit inclyta Lechi
Gloria, quod nostris claret in Hystorijs
Ingentisq Tibi commissa negotia molis
Inconcussa humeris incubuere Tuis
Summaq respondit summis prudentia rebus
Parq oneri tanto mens Tibi celsa fuit:
Hinc Tibi difficiles causarum solvere nodos
Res minus semper dexteritatis erat
Quod Regi regnoq Tuas monstrauerat artes
Nostraq res factis claruit inde Tuis
Hic quoq Curarum non ultima cura Tuarum
Quae tot Rectorum maxima cura fuit
Consumata domus fundatio nempe Minoris — Fundatio coepit 1449.
Perfectum Magnae commoditatis opus
Pontificis Sixti voluit quod summa potestas — Sixtus IV
Reddere consensu Sedis Apostolicae
Firmius et Sacris rem confirmare futuris
Ut foret Graeciae altera Stoa Sophis
Quanta provoniant ex hinc Tibi Patria fruncta
Si sileant vatum carmina, saxa canent
Aurifodina virum domus haec messisq beatae
Pulchra seges clerj, Palladiumq ponu
Lydiusq lapis, Virtutis et Artis,
Certa laborantum regula, Primus honos,
Hesperidum Cytharis cantata rosaria priscis
Cedant delicijs horrtule docte Tuis,
Celsa struant alij Danaae miracula Pompae
Nulla domos superat Palladis ista domus
Quod quod Stagyrites habuit dulcesq Platones,
Quodq Demosthenes, quodquot et Archimedes
Nasones et quodquot lepidos summosq Marones
Vestra haec maiores gloria semper erit
Moliri praeclarum aliquid, Res magna profecto est
Ipsa sibi merces, ipsaq suada sibi

M. Matthias de Cobylino S. T. D. 1477

Pontificum vertex, Orbis caput, et Pater Urbis
Innocenti Sanctum nominis omen habens
Publica deposuit suffragia, seq Togatis
Commendat precibus supplicibusq cupit
Aeternum fieri pro se pia vota Monarchis
Exorantum animis: Iverat ergo pius
Ad Triados templum Te decernente Senatus
Redderet ut Summo debita vota Deo.

Aedificarer Minoris Collegij domus ... fuerant Collegis Maioris, ubi de Zaborow Szydzinus. ... Brzeznicza Suadi Gram. ... Astronomi ... Oratoris ... de Gnyszka Astrologi. ... Drowka duorum. ... Bursae Pauperum tota dom ... sumit emit in vrelisza ... II me. ... S. Adalberti ... Petri Wysocki ... ina Maliskonissa ... Rudawskj altaristae ... Simonis et Iudae in Circo ... Kirchnij de Staro ... Thomae Cantuariensis ... Iannes Safrmner Altari S. Bartholomei in Arce ... media villa Kadnowice. ... qua Jacobus emit ... et tota villa incorporata est Mensae Collegij ... salvo ... Kadnowiciano, et ... altaris. Sunt ... numero 13. Vocantur ... a Collegij ... sub ... et per ... Sixti IV qui ... Collegium Minus ... 1478 confirmavit. ... adhuc eidem domui ... duo Canonicatus ... Omnium, ... conferendi, quem ... Collegij Maio... P.P. cui visum ... confirma... alter ... fundatione Szefleri in ... Zator spectans ad ... altare SS. Petri et Pauli ... Cui ... Ressioni ... adiungi.

... factum est alterius ... videlicet ... 1484 Est Bulla Inno: ... per quam elegans ... Universitatem qua se ... Omnibus commendat.

Te quoq; Mellifui Cistercius Ordo Parentis
Bernardiq; Decq; progeniesq; Sacra
Agnouit fauisse sibi, dum Fratibus à Te
Hierosolymes mansio prima domus
Iusq; loci primum conceditur. istud amoris
Pignus vt augeret relligiosq; amor
Qui prior ad Diuos, IVS nobis resserat AKKA
Laurigero Patrum depositiq; Sinu
Pallady Cotus, varias discrimina vestis
Pulchra etiam Scepti Sunt monumenta
Vt Studijs Sic nos habitu differre necessum
Exterior species interiora notat
Pulchra Togae grauitas, stimulus Virtutis et in
Candidus est animus quem Toga nostra

M. Stanislaus de Zawada S.T.D. 1478

Aut Vbi Cracuiae rutilat diadema tiarae
Bustaq; Stant Cineris Stanisilaë Tui
Aedibus Augustis interq; altaria Diuum

Mll. Clementi de Piotrkow et Joanni de Stawzechowio in Summo Cathedrali Ecclae templo doctoraty collati;

Conferitur geminis bina corona viri
Quos Themis et consus dilexerat, et Tua Balde
Et quibus ars placuit Cuspiniane
Dum Sanaclae fasces Academica Pallas honor
Seq; velut capiti Subjicit ipsa suo
Floruit vt doctis Sic et Doctoribus omnis
Aetas Cracuiaes Palladis, Vna licet
Sarmatis toti quondam sufficerat: at nunc
Rarius heu doctos crebra

M. Georgius de Cracouia 1479

Rex Regina et Archieps Gnesnen pro Andrea Labyszyn apud Vniuersitatem intercedunt at respondere possit pro loco inter DD. Doctores.

Palladis ad fontes, regali natus in Vrbe
Cui dedit et titulos et Sua busta
Iure togatorum Subsellia prima capessis
Iuxta Jagellonius paret Apollo
Dulcia nam teneris Tibi prebuit vbera ab
Alma parens Study Cracia Musa
Fontibus his Laty dulcissima nectla liquoris
Exsuxisse datum nectar et omne
Omnigenasq; artes et Secretissima Phoebi
Fascibus vnde Tuis creuerat omnis
Rex quoq; cum cara Regni consorte thoriq;
Doctorali apex Sellaq; prima loc
Vt Labysynaeos tandem compleret honores
Palladis ad proceres regia scripta
Queis Theologorum petyt Subsellia Sacra
Emeritum possent vt decorare vi
Sic desideryr Maiestatis petentis
Consensit Tecum Curia docta
Sed Tua cum nostra Prudentia Sudat
Obseruatq; Oculo Singula per

Contubernium ...

Inter honoratos apices terrena relinquens
Astra petit sceptris immoriturq suis
Officium vitamq simul qui terminat illi
Dulcior est longo parta labore quies

M. Joanni Sacrano de Oswięcim. S.T.P. 1479 Rec.

Textile curarum magnis nisi mentibus aptum
Procuratoris munus Academici
Prudentis cum laude viri dum forte gerebas
Plurima curasti surgere splendidius
Ornamenta domus Musarum multaq per Te
Magnifico steterunt aedificata situ.
Hoc Tibi curarum series studiumq decoris
Tantaq communis sollicitudo boni
Emeritos fasces et honoris summa paravit
Totq Tibi laudes quot monumenta dedit
O quam pulcher honos quem tot praeclara merentur
Perpetuo talis flore corona virel.

M. Stanislaus de Brzeziny S.T.P. 1481

Te quamvis rigido pugnax Masovia coelo
Ediderit Lechici Martis amica domus
Ingenijs dives bellacibus, et tamen in Te
Nullus Martis amor Maximus artis amor
Non rigor est in Te, sed mens cultissima dulces
Cui suxisse favos Attica Musa dedit
Nam sibi Brzezinios dulcis sevevit Apollo
Aureaq Musa pectora solus habet
Bellonamq loco, rigidum pepulitq gradivum
Pacis olivetum, laurigerumq nemus
Plantando, foecunda viris, viridaria magnis
Fecit Pierios erudijtq sonos
Saepius hoc nobis clarissima nomina post Te
Brzezinio terum climate nata probant
Martia terra frequens, rarissima terra Minervae
Nascuntur passim gramina, non viola.

M. Joannes de Baruchow U. et Cl. D. 1485 Rec.

Virtus, nobilitas, sapientia rara, fidesq
Cracoviadum scholae, sceptra tulere tibi
Cuius et antiquus surrexerat ordine splendor
Ex leges leges non finis esse. Piur.
Germanos Lechis aequasti dominis, una
Mater ut amborum, Tu Pater esse queas
Inde Tuas laudes ingrata silentia nunquam
Abscondent satis est. Haec Tua sceptra loqui

M. Nicolaus de Cracovia S.T.P. 1487

Iudicium commune iubet discernat ut omnem
Curarum seriem, quantus Apollineis

Contubernium Germanorum extruxit

Expensis numerus meritum praemia quanta
Quae ratio, Census, quis modus, alij fides
Quam vigiles Curae, quae sunt Solatia doctis
Procuratorum quantaque Sedulitas
Publica nam cum sint Sapientum munera, justum
Ut Commune ferant publica judicium.
Hoc Nicolae Tuis debemus Commoda Stephi
Vir Sapiens rebus, nescitur ex minimis

M. Stanislaus Kobylinskj D.D. 1489

Multorum Curas solus complecteris, et quod
Respicit Utilitas publica Solus habes
Officium quod mille trahit molimina secum
Procurando alijs praemia Certa Sophis
Excubat in Commune bonum qui munere tanto
Fungitur, et Curas pectore mille regit
Nec miror ad fasces Vigilantia quaeritur, alta
Postulat Majorum lumina acuta locus
Hos oculos hoc Corda tibi mentemque fuisse
Inspectam Curis meo tua Stepha docent
Sit tua Sedulitas pro Cunctis maxima fecit
Ut Tibi pro Cunctis cederet altus honor

M. Bernardus de Nyssa S.T.B. 1490 bis 1492.

Multa quidem Patriae debes, sed plura Minervae
Illa dedit Vitam, sed dedit ista bona
O radians jubar dilectaque pectora Phoebo
Insuper et fasces, et loca prima Sophis
Lechiadum tellus, patriae supplevit honores
Cracopolis Nyssam Vicit amore Tui
Sed desiderijs tuae Atropos invida nostris
Officij Summum Te tulit ante diem
Sophiae funereis, mersit lugubria nimbis
Dum rapuit Solem Palladis e Solio
Non tamen eripuit clarissima lumina famae
Principium a tumulo gloria vera trahit

M. Johannes de Pilcza S.T.B. 149[illegible]

Palladio Locum sic decernente Senatu
Mansio fit juvenum Melstiniana Domus
Quos Vienna Lechis Hungaria miserat, et quos
Materno excepit Cracia Musa Sinu
Alma parens quam vera tibi sunt nomina mater
Quam nimio turgent ubera lacte Tibi
Quando peregrinis etiam concedis alumnis
Exsuxisse Tuis nectar ab uberibus
Quando tot ingenuos servas examina publica
Cui licet in domibus mellificare Tuis
Per Septemque deinde vastissima Regna Trionis
Et per Suevorum Pannoniisque

Domus Universitatis Melstinia concessa est pro Bursa Hungarorum Certo Stipendio.

Lege 1. p. Metricis. Stud
Olim magna Aliae in Acad. Crac. fuit
ex Metricis Philos. Facultatis

Domus Alta[illegible] Theolog[illegible] em[illegible] Confession[illegible]
[illegible] de Univ[illegible] [illegible] Sita

Circumferre Tui quis sit dulcedo saporis
Ubertasq Tui quanta sit alveoli
Tantus amor juvenum, pietatis Symbola tanta
Nomen Maternum promeruere Tibi
Te quoq pars tantis concurrit maxima famis
Totaq juventutis commoda Pannoniis
Deliciùm Phœbi, Sydus Pilsane Joannes
Cuius supremo Res stetit arbitrio:
Corda peregrinis debemus amantia; purus
Qui favet externis, sæpe videtur amor

M. Joannes de Staniszewice 1493

Tristia post Regis Casimiri funera, mæstos
Reddiderat fasces quos Latosyne Tuos
Bustaq post validis nimium lugubria flammis
Sævijt in doctas quis violenta domus
1492. 26 Julij — Absumpsitq Sacras tædis fatalibus Ædes
Quas colit Anna Parens, Collegiumq simul
Horrida flammivomis tandem post fata procellis
Aurea cum Sophis Lampas oborta Tuis
Fronte serenata lætus prospexit Apollo
Dant Tibi sollicitis Corq animumq Patris.
Prima Tibi custos et maxima Cura penates
Damnaq flammarum restituisse fuit:
Hic Tua se explicuit totis vigilantia nervis
Hic animi virtus enituitq Tui
Graviter ingentes dum restaurare ruinas
Incipis, et sumptus suggeris ipse novos
O quam insigne ai decus est industria magni
Hæc est prudentis dos pretiosa Viri

a Oswiecim
M. Joannes Sacranus S.T.D. C.T. 1493 Can. Dig. Cr.

Nominibus Sacrane Tuis ingentia facta
Respondent, Sacrum est, laus tua quidquid habet
Regia nostra Tibi sanos facundia sumsis
Officium Cathedræ promeruitq triplex
Sancti Alberti Alexandri Sigism. Theologus erat et a Sacris Confessionibus. — Terna Polonorum fastigia nam Tibi Regum
Eloquijs licitum est erudijsse Sacris
Quin et Alexandri Regis pius ardor ad ipsas
Moschorum voluit Te properare nives
Scripsit de Unione Græcorum cum Ecclesia Latina eruditè — Æternaq animos glacie tentare rigentes
Romano an vellent subdere colla Patri?
Summaq Pontificis fastigia noscere summi
Jamq fores starent fœdus amicitiæ:
Ni rigor et tumidis cervix durissima genti
Tam sanctum fidei dissecuisset opus

Principis ast in Te quanto Cor arsit amore
Sceptigeraeq; domus gratia quanta fuit!

Jus Patronatus S. Crucis in Clepardia Can. S. Floriani impetraverat

Aedes Sacra Crucis donum regale fatetur
Quae fuerat precibus conciliata Tuis
Nec Tibi Sarmatici tantum Sors aurea Scepti
Favit, Et Hungaricis fascibus usq; places.
Missa Jagellonio nam regia dona Lycaeo
Apta Mathematicis Usibus atq; Scholis
Hungaricis regis Corvini munus amicum
Qui Regum atq; Sophum dulcis ocellus erat
Magnifice Curys Te Praesule reddita Musis
In quibus aeternus vivere posset amor.
Te nihil ut gravius, sic non felicius unquam
Nil melius Musis, Commodiusq; Scholis:

Inventio thesauri ...

Auspicys inventa Tuis ditissima gaza
Porticu Secreto visceris fudit opes
Quas ignota manus veteri concluserat Ævo
Sacra Vladislai restituitq; dies
Donavitq; Sophis, non duratura Minervae
Gaudia, Musarum divitiasq; breves
Sed Tua maiores nobis vigilantia fudit
Libertatis opes quas animosa tulit
Dextera Sarmatum vindex. Gravamina legum
Quam non tenuerant Pontificalis apex

Libertatem a Contributionibus et beneficys Academicis Regis obtinuit cum Epo [illegible] [illegible] fuit.

O igitur Sacrae Tuis dignissime Sceptris
Laudibus o nostris Culminibusq; Tuis
Altior infanti Vir maxime parve Poetae
Magnus es et Vatum par Tibi Suada deest.

M. Matthias de Szydlowiec S.T.D. 1495

Stirpis Olesnicae Sublimis gloria Sbigneus
Praesulei Columen, Cardineiq; chori

Reformatio Bursae Hierosolym.

Dulcis amor Phoebi Musarum Summa voluptas
Quam pro Palladia commoditate domum
Hierosolymitanos sub nomine Struxerat Vobis
Dotatam census munificaq; manu
Legibus hanc Sanctis iudicum doctissima Patrum
Curia firmavit, restituitq; Sibi
Praesidibus juvenum Sanctissima jura relinquens
Decreta fuerant quae stabilita Tuo
Legibus his firmata domus quoad usq; fruetur
Immortale decus, Crescet ab inde Tibi

M. Valentinus de Ilcus. DD. 1495

Magnanimum pectus, veterumq; observantia morum
Supremum Culmen promeruere Tibi
Ausoniden terras, Euganeosq; recessus
Arvaq; Pierys dulcia fluminibus
Visere dum posset Cracy de flore Lycaei

M. de Pniew

Vir animi praestans doctus eximys
Juramenta prius Tibi reddere Sacra jubetur
Externas laurus ausoniosq; gradus.

Atq;

Altaq[ue] doctor[um] subsellia gradere nullam
Esse voluntatem, nullaq[ue] vota sibi
Hoc olim semper maiorum sancta vetustas
Moribus antiquis, conciliisq[ue] Patrum
Nos sitiur observasse diu, dum floruit et dum
Agmina doctorum crebra fuere virum
Longius ô utinam mos hic viguisset, honore
Carior externo laurea nostra foret.

M. Andreas de Labysyn S.T.D. Can. Ast. 1496

Frontis Academicæ ne temporis docta coronet
Ulla peregrino laurea parta solo
Fridericus Cardinalis Fridericus Regum soboles Sacriq[ue] galeri
Magnus honos huius dum tua sceptra sophiæ
Imperitant magnis animi conatibus urget
Imminuiq[ue] per hoc commoda nostra docet
Principis hoc in nos propensio grata Camœnis
Extitit et laudum præmia digna tulit
Tantus Academicæ semper fuit ardor honoris
Summaq[ue] ut fieret maxima cura Patrum.

M. Joannes Wysocki. DD. Can. Ast. 1497

Dum proprio per se non respondere labori
Advertis docta de statione virum.
Quantumcunq[ue] vires alio supplente relictas
Omnia magnanimo pectore digna negas
+ Joanne de Rogalis Sarmatico quamvis intercedente monarcha
Tu tamen intrepido fungis es officio
Gratia nequidquam Maiestatis q[ue] supremum
Culmen, sceptigero nec valuere preces
Justitiæ quam sanctus amor prisciq[ue] rigoris
Quantus in hoc animi robore fervor erat!
Publica res agitur quoties, nec summa potestas
Regia constantem, sceptra nec ipsa virum
Justitiæ movennt complexib[us] unica virtus
Et synceram habet omnia justa labor

M. Joannes Turzo Schol. Cracov. post Eps. Vratisl. 1498

Cracia Te genuit, Pallas nutrivit, et alto
Emeritum voluit constituisse loco
Turzonum illustre jubar, sydusq[ue] coruscum
Quos dein e Cracio stirps generosa solo
Transplantata Palatinos fastigia Sellis
Hungaricos inter connumerata duces
Obtinuit summiq[ue] stetit splendoris in auge
Cuius origo Craci mœnib[us] orta fuit
At Tibi doctiloquus clarissima sceptra Minervæ
Augurium mitræ Pontificalis erant
Sacratiq[ue] pedi quod Vratislavia posthac
Tradiderat manib[us] vir pretiose tuis

Pastorię suo Christi commisit ovile
Totię Silesiaci pascua sancta gregis
Fascibq[ue] ô nostris o quam sublimia scandis
Quam facilem virtus prębet ad alta viam
Fortunata Tuis Academia Lechita Sceptris !
Queis meruere viri pontificale pedum !
Lydius hic lapis est doctis cum laude peractis
Hoc censum virorum efficit atq[ue] probat.

M. Joannes de Stuzechowice 1499

Ostroq[ue] Stirpisq[ue] Tuę patet unica nobis
Gloria quę Sceptri denotat aura Tui
Profuerat Sacrisq[ue] simul doctisq[ue] Cathedris
Mystarum judex, Phobijenumq[ue] Pater
Prudentiam gemina facie Te dixero Janum
Par oneri gemino nam Tibi pectus erat

M. Joannes de Regulis M.D. 1500

Te Machaona suum Rex Lechicus atq[ue] Galenum
Constituit, Medicis auctibus eximium
Corporeis feliciq[ue] manu succurrere morbis
Qui poteras, animi vulnera nonne Tui
Commisit manibus decuit, Sacresq[ue] Minervas
Quando Tibi curae regia vita fuit
Ipsa Tui quam magnus eras exordia Sceptri
Testantur, fastis nobilitata Tuis
Ingenti numero queis indita nomina per Te
Pulchra Secutura signa fuere boni

M. Joannes Lubranski I. Professor electus in Epum Posnaniensem Fundat. Lubranianae Academiae Cracoviensis. Posnaniae

Namq[ue] Tiarato Sydus praelustre Senatus
Lubranskij, Patriae summus amorq[ue] Scholae
Doctorum fuerat qui Cracia Musa Tuorum
Et numero Themidis deliciumq[ue] Tuae
Praeside Te Cracias Posnam deduxit Athenas
Vere Magnifici Principis hoc opus
Barbara pyramidum longe miracula vincens
Amphytheatrales exuperansq[ue] Moles
Nos vani vanas struimus molimina pompas
Hoc aeternum opus est, Seclaq[ue] nulla ferent
Ex animis quod nulla potest auferre vetustas
Quod sequitur longos posteritatis annos
O quamcumq[ue] capit famae dulcedo perennis
O quisquis veri nomen honoris amas
Magnificos LUBRANSCI animos sumpsisse facta
Servat oper quisquis Palladis aegide

Carmen

413 Ponendum est supra ... M.D. et ad An. 1464. ... post Confirmationem ... [illegible]

CARMEN SAECULARE

ad Restorati[onem] Petri Gasto... Hoc enim, anno saeculi primo ab Urbano V. ... [illegible]

DEO TER OPT. MAXimo

Magnae Dei Matri, Divisq[ue] Tutelaribus et Patronis omnibus

Pro

Felicissimo decursu annorum Centum, et Conservatione Almae Acad[emi]ae Cracoviensis

in Vim grationem adiungens decantatum

A M. Stanislao Pieranowskj.

Ergo plaudamus, superisq[ue] grates
Arte festiva, modulemur hymnos
Quando centenis abiere cursus
Saecula pennis

*Thure Thuris Sacratas oneremus aras
Fumet ingenti Sacer ignis aestu
Deq[ue] odoratis pretiosa stillent
Balsama plantis

Nodium crebris per opaca flammis
Mille festivos iaculentur ignes
Et triumphales numerosq[ue] cingant
Lumina turres.

Floridus lugor pluat aethere imbres.
Grandinet nardis, violisq[ue] roret
Lilijs tingat mera gratiarum
Cynnama spirans.

Ite formosae juvenum catervae
Ite parati proceres Senatus
Ite Doctores niveaeq[ue] Patrum
Ite Columbae.

Vota Centenis geminate votis
Plausibus festos geminate plausus
Et per alternos sociate Carmen
Dicite choros

Cuncta fatali rapiuntur orbe
Vita concessa est perihura nobis
Nil quod aeternos numerare possit
Vivitur annos

Orbis aeternus redit inter orbes
Tendit ad metam vota destinatam
Tota Cui rerum series et ingens
Incubat orbis

Summa nunc aetas seniumq[ue] summum
Saeculis constat, nihil amplius
Poscit excessy hyemes dat esto
Vincere centum

Quidquid hanc sui meruit coronam
Jure victrices canat altiori
Spiritu cantus, superisq[ue] justos
Reddat honores

Tempus hoc Saecli quia litterati
Jam Tibi transit proin alma docta
Mater et nutrix Sobolis Supremum
Numen adora

Gratias metam cano Saeculares
Hic melos tecum generosa pubes
Occinat quod nox resonet perennibus
Vocibus Echo.

Summe totius moderator Orbis
Qui poli, terræ, pelagiq vasti
Sustines ternis seriem digitis
Trinus et Unus

Numen æternum, Deus ante sæcla
Fons perennantis, genitorq vitæ
Temporum præses, tamen absq quando
Temporis omni

Sæculi novi Tibi dedicamus
Cara centenis redimita sertis
Dona, conspectum Solij cadentes
Ante tremendum

Hæc Tuis moles bene cœpta iussis
Et Tuo nutu stetit annuosq
Centies Phœbi redeuntis orbes
Fessa neq vidit

Jamq dum primo niveus senectæ
Flos vetustatis, decus eruditæ
Attulit nostris Tua quod favebat
Gratia Musis

Quot maris guttæ volucresq cœli
Syderum flammæ, gelidæq quot sunt
Grandinis gemmæ, quot amœna vernat
Flora ro

Punica quot sæclum feret Suiternum
Tot tibi grates canimus tot hymnos
Tot tibi sacrum thymiama grates
Fumet odo

Tu modo summum sine fine numen
Fons universi et Abysse boni
Rursus immensa pietate nostris
Annue voti

Tuq Cœlestis decus, Alma Summi
Numinis Mater, sine labe Virgo
Cui pedum sacras speciosa lambit
Cynthia pla

Cuiq auratos imitatur ignes
Vestis et toto irradiata Sole
Lucis immensum trahit in lucusios
Fulgur am

Porro bissenis diadema stellis
Jaspidum flammis, adamantinoq
Igne scintillans, niveos coronat
Tempora

Tu merum jubar Virgo atq lucis
Splendor æternæ, mera nix merumq
Lilium candor merus universi
Gloria cœli

Gratiæ sacrum tibi quod tributum
O Supernarum mare Gratiarum
Pendimus, dextrâ petimus faventi
Accipe ...

Utq centenis Academia annis
Hactenus per Te stetit et futuri
Sæculi ut cursus numeret beatos
Fas pia nostra

Hoc beatæq nivei rogate
Mentium cœtus, paribusq votis
Numen æternum Cathedris benignum
Reddite nostris

Aureos nobis geminate Soles
Dum nouas et nos geminamus horas
Dumque Centenos iteramus annos Vos quoque Centum
Plausibus festis, iterate plausus
Saeculum nobis fluat et secundum
Vos secundantes reserati Sancti Pneumatis auras
Laureis et vos properate bigis
Candidi soles, noua saeculorum
Surgat aeternis series ab annis Te duce gratum
Regibus nomen Medicus Joannes
Tus Facultatis sublime Sydus
Qui hic Centum bene terminasti Triseculi annos.
Aureum Cursus melioris aeui
Inchoans saeclum quod ut eruditos
Plebis in partem niueam secundos Compleat orbes
Attici quotquot latices saporis
Gracys Phoebi bibimus fluentis
Publico sensu paribusque votis Poscimus omnes.

M. Albertus de Pniow Com. Majus 1507
S. T. D.

Quod Tibi diuinae placuit Sapientia legis
Atque Theologicae pagina Sacra Scholis
Angelici quidquid doctissima penna Magistri
Et veterum quidquid Bibliotheca patrum
Arte salutifera toti mandauerat Orbi
Complecti poterat quod tuus iste labor
Inter Apollineos proceres subsellia prima
Publica jure tibi vota dedere Patrum
Lectio Sacra animos reddit Sublimibus aptos
Particulam Coeli qui Sacra tractat habet.

M. Matthias Mierhouiensis. Com. Majus 1501

Moenibus o Magni vicina Mierhouia Craci
Excubys humili nobilitata Sacri
Purpureosque Crucis diuino milite quaeris te
Atque quam et quantis te celebrando modis
Vnicus ad laudes pariter tibi sufficit omnes
Matthias Lechitum Magnus in Historia
Quem Regi medicum, Patris Cracysque dedisti
Dulce decusque Studys Pauperibusque Patrem
Hic ignota tuo decorauit nomina famae
Fecit et in sera posteritate rani
Ut Calamo Clarus, magnis sic Clarus in Actis
Magna simul facere et scribere magna potens
Publica doctorum tenerandi Lyrda juuentus
Magnificus voluit condere Structa modis,
Totque alias Sacris pariter pariterque ptenis
Usibus aut aetas dimidiare sui

Parte domus, summo vel tegmine discolor [illegible]
Eximio Flugians publici amore boni
Sumptibusque immensis construxit. Tota quod olim
Et stupuit semper Cracia, nunc stupet
Vivit adhuc virtute tua viuesque perennis
Dilectum domibus nomen Apollineis
Inclytus Oedonis vivit vir maxime Stephani
Delatus tuher nam tibi summus honos
Quo super ô quantum te Cracia dalter Athleta
O quanto sensit robore Scipiadam
Quando Sarmaticas pro libertate Minervas
Cracoviadum firmans jura vetusta Scholarum
Pontificis Julii sacro spectante Senatu
Lechiadum summi principis auctus ope
Quod Vratislavis magnis conatibus urbs
Silesius studium condere Apollo novum
Tu prohibens causaque prior meliore triumphans
Fecisti inceptis irrita vota scholis
Quod si nostrarum moestissima tempora rerum
Et geminas una cernere in urbe Scholas
Et nova cum cathedris posuisses pulpita nostris
Jactaque mordaci spicula crebra stylo
Tot calami plagas tantum discrimen honoris
Tota togatorum Christi tota manus
O quanto gemitu quam justo pectora zelo
Tundisses forti robore quantus Athleta
Antiqua Cracis pro libertate stetisses
Palladis ut steterant queis datus iste [illegible]
Tempestas quos saeva tulit summosque probavit
Quos penitus flammis publicus ussit amor
Hos inter summi primum decus accipe honoris
O magnus Athletis typus Academiis.

M. Martinus de Cracovia 1502

Regia Friderici te Cancellarii Principis olim
Quas tulerat Musis dextra refudit opes
Inferiore tamen pretio minimoque valore
Quod niveos mentes rectaque corda Dehinc
Virtuti potius elitis quam munere gazae
Ut tulerant nuper secula prisca viros
Dum vigili gaudent studio curaque fideli
Susceperis animo damna tacente tua
Quod divina manus longo servaverat aevo
Consuleret studiis dives ut urna novis
Hoc effusa manus sumptu consumpsit inani
Vix aliquam satagens reddere parti [illegible]
Non opibus verum res nostra laboribus aucta [illegible]
Syncerus doctis aurea gaza labor.

M. Jacobus de Gostynin S.T.P.

Ingenium vir magne tuum Peripatus amat
Inclyta cumque suo Principe Turba [illegible]

Intima naturae nemo felicius unquam
Comprendit, nemo disseruitque pari
Difficilesque sophum dissolvit acumine nodos
Publica scolare quod monumenta probant.
Totque alii partus sophis secreta ferentes
Qui tamen in lucem non potuere dari
Nec tibi sola placent Stagyrsi dogmata docti
Sacra etiam arcanis Theologia suis
Imbuerat constantem animum. Sublimibus aptum
Qui mox doctrinae commoda mille tulit.
Nec solis tantum voluit prodesse cathedris
Ast etiam seris optima temporibus
Prospiciens calamo promptissimus aurea nobis
Transmisit summi pignora judicii
Macte igitur virtute tua tantique laboris
Insigni merito gloria prima sophum
Gostinii Sacri decus columenque cathedrae
Aeternum penna vindice nomen habe
Utque tibi similes scribendi laude magistros
In commune bonum saecula nostra ferant
Hoc votum nostrum est: toto nam personat orbe
Scriptorum pennae quod tuba docta sonat

M. Joannes Amicinus J.U.D. Eps. Laudicensis 1504 hic

Fascibus et sacris rutilis splendore tiaris
Et meritis salve vir pretiose tuis.
Laodicea tibi mitratos praebet honores
Palladium regimen praebet Apollo tibi
Quam bene consuleo sapientia jungitur ostro
Doctorum consul quam bene sceptra gerit
Cracia non alias fulsere augustius unquam
Sceptra coruscanti quam sociata pedo
Gemmiferam inter cathedras splendente tiaram
Et lapidum varias ciarulante faces
Nostra tiaratus Rector dum sceptra gubernat
Drevicius mitrae gemma pontificalis
Lechiadum Regis Cracias legatus Athenas
Adveniens festis plausibus excipitur
Ausoniumque virum Sigismundi nomine Regis
OBIDZINUS ut liceat libere abire petit
Nam gravis urgebat ditionis causa Barensis
Cui facilem assensum curia docta dedit.
At tua ceu purpuris radiabas fulgidus aedis
Aurea virtutum ceu tibi lampas erat
Sic etiam sacras Nicolai consulis aedes
Ipse tiaratae frontis honore micans
Ornatus splendore novi decorare volebas
Plantastique sacri pulchra vireta chori
Divus sub titulis ANNAE vernantia Christo
Signa animi statuens relligiosa tui

Et pius et sapiens Coelo diletusq et Urbi
Usq et auspicys, Cum pietate bonis
Altera namq Tuis Thesauri inuenta sceptri
Parua quidem Musis munera grata tamen
Attulim atq nouis hilarando pectora donis
Fausta magistraty, reddidit acta Tui
Ita pretiosa quidem sed nil pretiosius et nil
Utrisq meritis est Amiaine Tuis
Fertur esse tumulatus in templo S. Nicolai ubi et Epitaphium eius est
Eucho diuitias cum suspirat auarus
Aurea doctorum pectora Phoebus amat
M. Bernardus de Bucz S.T.D. Conttl

Pestiferum virus larvati bestia vultus
Scyti furys nequior una tibi:
Haec fera feralis dum spirat faucibus ignes
Maiorisq domus frangere iura cupit
Herculeis per Te cecidit discrupta lacertis
Turpiter atq huic Spiritus dolis
Symbolum ergo Tui Victor Bernarde laboris
Deuictae exuuias ambitionis habet
M. Aurifaber ablegatus post responsionem sine vocatione aspirabat ad Collegium Maius, defendit Bernardus ostendit sine vocationis ad domum maiorem pertinere, sine qua nemini licet Collegium minus et maius intrare.
Nec patiare suam hanc nostris habitare cathedris
Aularum potius splendida tecta petat.
M. Stanislaus de Cracovia Epostes S. Hedwigis

Quae Regum habeas, solium, diademata, fasces
Urbs Lechici Princeps continet imperij
Relligionis apex clarissima Palladis aula
Unio Cracciacis deliciumq soli
Haec Tibi natales cunas, et scepta Mineruae
Contulit hos laudes. Supplent ergo Tuas
Aetas prisca fuit meritorum sola mors
Conscia quis fastis intulit empyreis.
M. Stanislaus Biel S.T.D. Conttl 150[illegible]

Attica Te dicat facundia, non mea Clio
Andinus Vates, aut Venusinus olor
Tanta Tibi laudum seges est tantumq decoris
Ut si Pindaricis barbita nostra modis
Te resonent minus est, quam quod Tua facta requirunt
Roxianae gentis Stanislae decus
Plenus eras annis, meritis plenissimus alto
Doctorem summum Theologia loco
Senis Te lustris magna dulcedine vidit
Stipiusq Tuo Cracia sceptra sinu
Deposuit summo Patrum consensus amore
Nec voluere Tuos nec potuere lares
Summa togatorum fastigia linquere tota
Dependente Tuis Pallade ab arbitriis
Nec nos judicium de Te commune fefellit
Offitij legimus maxima facta Tui
Tu Caroli V legatus Palladis aula
Excipis et Cultu splendidiore places

Primus in externos quoniam tua splendida quondam
Praemia Sarcti clam vivere tui
Invisisse Tibi placuit Germania quidquid
Excultum studijs Romaq quidquid habet
Hoc Tua tot curis sapientia parta tot annis
Non poterat solidum nonnisi ferre decus
Hoc Te sollicitum pro libertate togata
Reddidit et coelo fecit adire sacros
Cancellaria Patrum sacro stabiente Senatu.
Pondus Academici, sustulit omne boni
Collectas ingenti opera tandemq Calendas
Eximium Martini Ilcusiensis opus
Transmisisti X summa cum laude LEONI
Dum cupis Ecclesiis consuluisse bono
Sed mea quid tandem facundia quid mea tentas
Exequare Tuis Clio pusilla modis
Quod magnum est, numeroq caret Vatemq fatigat
Hoc vinci meritis carmina pulcrius est
Attollunt alios Vatum praeconia. Sed tu
Ipsum etiam Vatem candido tollis olor

M. Adamus Bochin. M. D. Canonicus 1510

Palladis Ausoniae Princeps Bononia sedes
Cui sacros dederat pulpita justitiae
Garsiam Quadres Hyspana gente magistrum
Ad Cathedram Themidis vosterq Cracaviae
Sumptibus admittis regalibus utq juventus
Justinianeum nobile dogma scholis
Altius imbiberet, vindex acerrimus infers
Omnia queis juvenum consilia alta quies
Quin et Romano tandem mandante Senatu
Censum Juridicae qui fuit ansa fori
Pauperibus Jagiellonicis domus, Optime Praeses
Restituis Musis munera grata ferens
Pedonibus juvenum clarius Tua nomina sculpsit
Hoc amor, hoc zelus possit Adame Tuus

M. Michaël Parisiensis 1513

Parisijs natale solum patriosq penates
An referar referunt saecula prisca nihil.
Ignotos Patris virtus Tua, supplet honores
Qui proprium decus est et genuinus honor
Quod si Liligeri debes primordia genti
Teq tulit tenuis Gallia culta suis
Gratior est tantis flos delibatus ab hortis
Accedit Tuis hic nova luminibus
Tempestas quantus fueris Te nostra probavit
Intulerat Musis, quum sacra mitra Craci
Praesul, Graciani subsellia docta Lycaei
Atque scrutari dum cupit ipse Sophiam

Non fuit patria Pari-
siensis sed tantum no-
mine, suppresso titulo
Doctor. verum illius
Cognomen erat de me-
sa Bystikow.
Cum Epispus Crac. Konar-
ski contributionem ex Be-
neficiis Acad. exigeret, ma-
turam Concordiam iniit

Visere sic Musas, ne possit, fortiter obstas
Irrita, conatus, votaque Psulei
Efficis, et tantis secum Schola tota procellis
Restitit invicti robore consilij
Concordes animos et mutua vota quis urgeat
Impetus, externum, sternere quod valeat
Qualis, Sublimis honos non territat illos
Queis nisi virtutis non placet ullus honos

M. Andreas de Gorn Con. Ergo 1514 bis

Dum vigili studio rebus succurrere lapsis
Ecclesiae Summus Pastor in Orbe cupit
Magnanimi referens animum nomenque Leonis
Deque suis longe tempore lapsu vijs
Ordinis inventus satagit concludere metas
Alij Calendarium restituisse vices
Tantis motis opus Graecijs commendat Athenis
Quas Mathematicis noverat in studijs
Insignem posuisse operam multimque probari
Atque alijs palmam, praeripuisse Scholis
Ergo Mathematica fuerat qui summus in arte
Par oneri tanto sydereique potens
Dogmatis Uranie, ipse Martinus ab Ilcus
Eligitur Summi Cui labor ingenij
Commissus, vario tandem molimine metam
Attigit Optatam Pontificisque manus
Fascibus hoc incepta Tuis, clarissima signant
Nostra Mathematicis Teda fuisse viris
Planities docuit metiri Aegyptia coelos
Cur non campestris Lechia discat idem
Coelestes terris pulchrum est specularier Orbes
Sed Coelo in terris vivere pulchrius est

M. Jacobus de Erciesszow D. C.

Quem virtus meruit fugiendo meretur honorem
Sed refugit pennas ambitionis, honos;
Qui fugiunt lucem proprijs rapiuntur ab umbris
Lumina qui captant hoc jubar omne fugit
Saepius invitis fastigium summa parantur
Nobile judicium fert respectus honos
Tu quoque Cui totiens Lucij Suprema Lycaei
Culmina Apollinei detulit ordo chori
Augurium de Te nobis sublime dedisti
Sunt hoc virtutis Symbola clara Tuae
Octo Tibi fasces Academia contulit et his
Sit mensura animi Magne Jacobe Tui
Quin etiam annorum clarissima meta tuorum
Egregiis Sceptris est decorata Tuis
Summus honos vitae mortis quoque posuit honorem
Grande sua decus est in statione mori

M. Martinus de Ilcus S. T. D. 15

Non tua se tollat pretioso terra metallo
Non opulenta suis condita visceribus
Munera opum resonet, ditisque feracia gazis
Antraque aliquid iam dignius illa parit
Nempe virum studiis clarum sublimibus et cui
Tota Mathematici curia consilii
Cui Dictatori summo concessit honores
Laudibus ornavit, quem Vaticanus apex
Hunc Martine virum qualem Te novimus omnes
Illustrem gazis omnibus anteferat
Sublimi astrorum nam quis Tibi proximus arte
Qui poterat lapsos restituisse dies
Atque Calendarum nimios rescindere cursus
Errantesque laxatis ponere temporibus
Quid dicam Themidis quantum Tibi pulpita debent
Quantus amor juris Justitiaeque fuit?
Tanti prisca domus vestigia monstrat amoris
Quos servat juris Justitiaeque penu
Magnifice per Te veteri sublucida visu
Atque novo rursus condecorata situ
Non equidem errasti Musarum maxime Esel
Haec Tibi complacuit quod renovare domum
Quam Consus quam diva Themis, quam maxima Virtus
Instituit et Libium nobilis et gladius
Cracoviae domus haec prima incunabula vidit
Palladis et Curias extitit ante domus
Laude vetustatis primos sortitur honores
Mille alias laudes utilitatis habens
Curia Romanis, Latii templumque Senatus
Quodque olim Graiis Areopagus erat
Hoc domus ista Lechis, omnia delphica vincens
Interpres legum normaque justitiae
Pontificum assistens causis, regumque ducumque
Componens lites dissidiumque fori
Judicii quidquid Lechicis laudabile gestum est
Manavit Cracis fontibus ex Themidis
At non sola suos domus haec Tibi debet honores
Templa etiam Sceptris sunt renovata Tuis
Aucta Sacerdotum numero censuque recenti
Pontificum Sedes quod Nicolaus habet
Quodque notat divus titulis gratissimus Anno
Quin et Sarmaticae nobilitatis honos
Confertur Cracis Doctoribus atque Magistris
Inter Academicos dum Tua Sceptra nitent
Hoc Martis Soboles Lechicae decus, unio Regum
Qui Sismundino nomine primus erat
Symbolum aeterni in Musas et pignus amoris
Exemplum seris principibusque dedit
Hoc Martine Tui fuerunt insignia Sceptri
Debemusque fastis regia dona Tuis
Nobilisque virtute nihil virtutis at umbram
Sic umbram vulgus nobilitatis habet
Hoc animi decus est meritis non stemmate constat
Sanguine militibus quaeritur, Arte sophis.

M. Petrus de Oborniki M.D. 1525

Pestiferum Cracia dum virus sevit in urbe
Rector medicus quod Scholae nostrae subest
Non equidem mirum est, medicum res ipsa poposcit
Oceani quoties saeva procella fuit
Terre procellosos qui possit nauita ventos
Quaeritur, in precio est Marte furente sagum
Tu quoque Cracianis Podalirius alter Athenis
Efficeris, pestis quando pericla sonant
At non corporeae tantum tibi cura salutis
Cura animi maior justitiaeque fuit
Quis tua sydereis inscripsit nomina fastis
Namque mederi animi, summa medella mali.

M. Lucas Noskowski M.D. 1526

Implesti doctoris opus doctissime Luca
Namque tua tenuor primus in arte viros
Urbis Apollineae summa cum laude creasti
Doctores medicus artibus eximios
Quos Machaon louisque senex dilexit et alto
Phoebigenum statuit quos Medicina loco
Germine pro tanto seris tua nomina saeclis
Dulcia fecisti fertilitateque tua
Quod tenues Lechico Machaonas protulit orbi
Est etiam laudis messis opima tuae
At tibi mortales animos non sufficit arcto
Depinxisse tibi animo foedere, Sancta petis
Mercurioque tibi superum suffragia divo
Dum monumenta Lucas, relligiosa struis
Annua funereique tibi spectacula luctus
Sacratas animas constituisque preces
Iste perennandi modus est, et certissimus, istud
Memphyticas moles saxaque, possiadum
Immortale decus superat, coeloque probatur
Non Thymantis enim, Protogenisque manus
Mortales inter pereuntes te dedit umbras
Syderei coelo sed manus artificis
Nempe tui aeternum pinxit te dextera Lucae
Pingitur in tanto quisquis Apollo Deo

M. Nicolaus de Lopiennicia D.D.C.

Hic ego totus olor vellem, si forte liceret
Ipseque Pierys totus Apollo sonis
Totus in aureos vellem mutarier imbres
Atque in nectareos totus abire favos
Optaremque mihi liquidis rutilantia flammis
Verba repercussis emicuisse labris
Ut tua quod Musis dederat vigilantia nostris
A calamo referat splendidiore jubar
Et pro Craciaci te procurante Lycaei
Studium atque tuis nobilitate operis
Ut tua nobilibus surgant monumenta columnis
Ut tibi det Parius posthuma dona lapis
Viderat ingenium solers mentemque capacem
Et cor fraternae commoditatis amans

Pervigilesq curae animi Academicus in Te
 Atq alius menti forte Senatus opus
Curaq ergo Tuis ingentia pondera Curis
 Commisit quis tu par quoq Phoebus eras
Nimirum quanta Tuo steterunt molimina ductu
 Procurationis quam numerosa boni
Bis sex continuans annos exempla dedisti
 Aulae quidquid enim splendida Craciae
Tecta decoris habent quidquid pulcherrimum et omni
 Mundiciis excultum quidquid honorifica
Maiestate micat totum Tibi debet Apollo
 Craciae, et Pindi numina quisquis amat
Non mihi Tarpeios colles Romana nec arces
 Nec veteres pompas saecla Pelasga canant
Aurea Neronis Tui fuguraria nolo Palati
 Nec stupeo molem nunc Adriane tuam
Ista hoc sanguineis domuum portenta rapinis
 Constituunt, Oriens totus et Occidui
Plaga soli, totiusq Orbis spoliatus et aulis
 Splendida Caesareae starent in urbe domus
Innocuas ego malo domus virtute paratas
 Struit Academicus quas sine labe labor
Quas gemitus nulli, suspiria nulla rigatis
 Damnavunt oculis, queis dolus omnis abest
Immodicum nihil est modico gaudensq honesto
 Non sordent notis culmina, nec radiant
Hoc igitur quisquis quidquid sibi vendicat Ordo
 Et modicus quidquid splendor honoris habet.
Nominis sola tui vir maxime nominis Umbra est
 Si nuta Umbra tibi est Lux tua quanta fuit.

M. Nicolaus de Wielicka.

Militiam Christi Solimeis partus olim
 Perecelebrem tumuli religione sacri
Lechiam quam pietas gelidum transvexit in orbem
 Purpureae cupiens sancta trophaea crucis
Ardenti pietate soli Scythicamq sub isto
 Victrici signo vincere barbariem
Inde Miechovitica Sedes Spelunco Corsu
 Erigit et Christo Mavrtia castra locant
In quibus Heroum sacras habitare phalanges
 Et pro communi vult vigilare bono
Hanc igitur vigilum Christi procerumq togatam
 Militiam lauru cingere Palladia
Atq Sophiam geminis cupiens redimere coronis
 Relligiosi dux agminis atq Pater
Excultus studys THOMAS pietatis amator
 Palladis ut capiant qui meruere decus
Constituit sumptus fratrum pro parte perennes
 Imperio regimur dux Nicolae tuo
O quam pulcher honos, o quam nobile serium
 Quod gemino sacros cingit honore comas
Doctior a lauru pietas sed iuncta sancta vicissim
 Laurea sacrorum fit pietate virum
Fortunata Tuis totiare Miechovia donis
 Laurum cum gladio pro pietate geris.

M. Martinus Betze DD. Com. Asst. 1536

Quantus honos Musis, reuerentia quanta togato
Debetur populo, curaq quanta Scholis,
Palladis offensæ quantis iniuria pungat
Regales animos, Cordaq Pontificum
Iudicibus, et quantus pro libertate Mineruæ
Lechiado inuictum, pectore zelus erat:
Officij Speculum Tui documenta loquuntur
Ex quibus est Gracis Palladis auctus honos.
Vobis Gracoiæ Ciuibus forte Senatus
Offensa musas laeserat exigua,
Non tulit hanc mitrati apex, sed iusta repente
Fulminea torsit Spiritualis ira minas.
Cetibus exclusit fidelibus, illicet omnes
Summa magistratus quos tenuere loco:
Firmat idem Lechici veniens quoque littera regis
Augusti spirans littera mentis opus.
Palladis offensæ, causam quoque vindicat et rem
Partis Academicæ conciliare iubet
Sit minimum ne forte malo grauiore recidiret
Extirpare malum profuit ante malum.
Tam Spectari operis, tanti pars maxima curæ
In laudes cedit Vir venerande Tuas.
Vindicis exemplar, magni Speciminis dedisti
Herculis inuicto robore monstra necans.
Prospiciensq Scholis quarum Tibi cura fidelis
Verumque fuit Sollicitudo boni.
Magnanimos non solus habet, Mars saeuus Achilles
Palladis Heroas pax quoque mitis habet.
Hos inter Martine Tibi non vltima laus est
Maxima qui metuit damna minora cauet.

M. Gregorij de Samotulij Archid. Posnan.

Te Genus Illustrem, reddit Sapientia Magnum
Et Sacer et doctus, Te simul ornat honos
Mystarum Sacros decorant Tua lumina coetus
Inter Academicos lux Tua dulce micat;
Vna Tibi mens est gemino tamen emicat igne
Ecclesiam illustrans, irradiansq Scholas.
Hinc Mogilense iubar Conseruatoris vt intra
Metam se teneat, lucesq ne nimia
Confundat radios alieni luminis, et ne
Ambiat officijs iura negata suis
Intrepidus monitis prohibes feruentibus. ~~Forum~~ Vrbis Forum
Romanae ~~Regalisq throni~~ mitrataeue Pontificisq
Regalisq throni fastigia visere ni ius,
Desinat illicitis, dicere iudicijs.
O pectus Sceptris dignissimum, et altius ipsis
Fascibus imperio, splendidiusq suo!
O Ocelle virum, Sapientia dulcis ocello
Defensor legum, Phœbigenumq Pater!
Hoc animi robur, tantus pro legibus ausus
Tam solidum pectus, munere prouid[illegible]
O vtinam liceat! tantos imitarier ignes
Queis nimium Gracis Palladis auctus [illegible]

Nemo Scholas servat, Sceptris nisi servet honorem
Membra decor capitis reddere pulchra solet

M. Gregorius Stawischyn. 1538.

Multa quidem artifici debemus commoda typo
Grandeque doctorum pendet ab inde decus!
Prisca vetustatis superamus saecula tanti
Virrinque et Graios commoditate boni
Estque quod inuideat nobis Schola prisca Sophorum
Est qui multiplicet gaudia nostra labor
Hoc ego, diuinae potius, quam crederem mentis
Inuentum humanae quod senium peperit
Orbis et extremos natura refudit in annos
Esset ut ingenii nobilioris opus.
Ingenioso igitur debemus maxima prelo
At nisi doctorum typus ab arbitrio
Pendeat, innumeris res non caret ista periclis
Milleque pro modico dat nocumenta bono
Nil ita pestiferum valet instillare venenum
Pravaque nil fidei dogmata, nil Erebi
Promptius immundos vomitus, Venerisque pudenda
Nil magis probra vomit, moribus innocuis
Et nihil est castis infestum mentibus aequè
Portenta Haereseos, ista quadriga vehit.
Quin etiam Regum fastigia dente canino
Impetit et trabeas Pontificumque mitras
Spargit in innocuos, mordacia scripta fouetque
Irarum flammas bellaque Sacra ciet
Incustoditi sed quis mala caetera typi
Enumeret, nam cum res bona degenerat
Pessima fit superatque mali gravitate prioris
Incrementa boni nobile fitque malum
Hoc dum sollicita Tecum ratione revoluis
Officiique putas ven. Stawischyno Tui
Occurrisse malis grauibus nova legibus arctis
Typographos stringens Palladis imperio
Subiicis et ne aliquid docto sine iudice cudant
Grandibus edictis legeque nova vetas.
Mirum quam Cracis placuit res ista tiaris
Sceptrigerae domui grataque quam fuerit!
Regia namque Tuis robur pergrande voluntas
Addidit edictis; iunctaque Praesulei
Sunt etiam decreta fori, quibus omne togatum
Iudicium populo totaque Academicis
Res commissa Scholis, Typorum summa potestas
Est in Rectoris tota locata sinu
Non nova res igitur typos committere doctis
Omnis in hoc etas convenit omne solum
Hoc opus absque Scholis nullum est, nihil absque togatis
Non est, doctorum quod magis optat opem
Iudicium de Marte ferat, qui Martia tractat
Nauita de ventis iudicet atque mari
Iudicet ingenii doctor Academia partus
Utque probat doctor, sic probet illa libros.

+ Jus Universitatis circa libros Censuram.

M. Joannes a Sanok 1540

Non Tibi sed nostris voluisti vivere sæclis
Commoda multorum quam Tua pluris habens
Et positis quos Sancta domus sub nomine Divi
Nicolaj tenuit, Splendida Tecta struis
Tecta Patrum, caraque nimium dilecta Senectæ
Dulcia maiorum limina dulce solum;
Quæ licet Arctois veniens Leo Suecus ab oris [margin: 1656 ipso die d. A: Dalberi Ecta et Trest]
Et donum vertex, Vandalicusque latro
Sacrilegio nuper temeraverit impius ausu
Æquaritque Solo, Tu tamen exinij
Æternas operis (meritis) laudes meritumque tenebis
Servabitque tuos penna diserta labores
Malleus Hæreseon, vera fideique columna
Gloria Lechiadum Pontificumque jubar
HOSIVS Ecclesiæ turris roseique Galeri
Unio Craciacas Te moderante Scholas
Dum sibi concedi Gelasinum forte Magistrum
Cui Leo Roxiacus Patria clara fuit
Perrupit, ad tantæ dignissima vota Tiaræ
Protinus officij, Tu quoque vota Tui
Inclinas numerique Sophum permittis abire
Purpureo sciebas quem placuisse Patri
O nimium fœcunda Tuis Academia natis!
O nimium felix fertilitate Tua!
Et fulcris dilecta mihis Regumque Coronis
Et fidei summis pectora Cardinibus
Hactenus o quoties gratissima dona dedisti
Nec tamen a donis deficis ipsa Tuis

M. Joannes a Piotrkow 1543 S.T.D. C.C.

Ut primum Cracijs contagio cessit ab oris
Utque repentinæ spicula crebra necis
Sanguineis tandem claudit Lybithina pharetris
Et niveo rediit tramite Diva Salus
Tu quoque dispersos pestis terrore Magistros
Officij revocas ad nova cœpta sui
Musarum dum fervet opus, dum sudat Apollo
Tu quoque ferventi pectore magna geris!
Incrementa boni cupiens augere legati
Dein tum Statuis ne peregrina Scholis
Craciacæ numen de Palladis auferat ullus
Ornamenta aliis, laurigerumque decus
Appetere, externi docuerat quod Apollo Lycæi
Rebus Academicis quo nihil est vetitus
Et nil laurigero consultius esset honori
Si suus antiquis legibus esset honos
Quas cum Cana Patrum prudentia fixerit; illa
Nonne vetustatis Sæcula Cana decent.

M. Sigismundus Stezyrius 1546

Delphica prisorum sileat Oracula vatum
Antiquique moniti relligiosa Dei

Somnia fatidici sileant videnda furoris
　　Jureq. Consultis, inclyta Roma suis
Augustis veneranda Regis oracula non me
　　Amplius extollat. justitiq. Patrum
Illustres animas, Latij proceresq. Senatus
　　Et si quod Themidis nobile nomen erat:
En mihi Lechiacis Consul nova surgit ab Oris
　　Gloria, delicium, Justiniane Tuum
Sterzynius sublimis honos patriiq. Scholaeq.
　　Oraculum Juris, dictus ob eximias
Justinianeae dotes, laudesq. Cathedrae
　　Grandeq. Consilij judiciiq. pondus
Namq. Sacri quidquid numerosa Volumina juris
　　Secta Patrum quidquid. Sacraq. Concilia
Summaq. Pontificum quidquid decreta loquuntur
　　Quidquid Navarrus Lancelotusq. sapit
Totaq. Sarmatum quidquid Sapientia legum
　　Claudit, in hoc toto pectore diva Themis
Condiderat responsa per hoc, arcanaq. juris
　　Depromens, lesos concilians animos.
Hinc sunt illa tuis clarissima nomina famae,
　　Queis tu Cracoviae dictus es Ecclesiae
Metira Docta Patrum, cuius pendebat ab alto
　　Judicio Sacri. Curia tota chori
Restaurata Tuis, antiqua Colonia Culmae
　　Auspicijs, Studio floruit inde novo
Inq. Borussiacis Academica condidit agris
　　Semina, respondit queis opulenta Ceres
Artibus excultas varijs, quae quotquot aristas
　　Protulit, et longa posteritate feret.
Tot Sismunde Tui feret aurea Symbola Sceptri
　　Nominis aeterni totq. alimenta dabit.
　　　　M. Nicolaus Schadek S.T.D 1548.

Justa Sigismundo LECHUS funebria Primo
　　Atq. Sepulchrales dum parat exequias
Sarmatis toto sic decernente Senatu
　　Augusti Summi Regis ab arbitrio,
Primus Academico locus est concessus honori
　　Post Gravis Cathedrae lumina prima Patrum,
Hoc Nicolae Tui pulcherrima gloria Scepthi.
　　Cui etiam monstrum Mantua docta tuum
Accedit Stygij foedissima terra barathri
　　Climatis Ausonij dedecus atq. pudor
Stancarus hostis atrox fidei numenq. Scelestum
　　Quem tua seu rabidum dextera fudit Canem
A Cathedris veriq. Scholis pietatis abegit
　　Innocuas Christi ne laceraret oves
Neu Stygios vomitus juvenum vectaret in aures
　　Queis animas citius nulla aconita necant
Plausibus hoc sors est dignissima, plaudibus illa
　　Agmina Cracoviae quae numerosa Scholis

Antea Academia Regiam Senatum sequebatur, nunquam Primogenita eorundem Dlugossij nunc immutatus ordo ob ... protem Sigismundi ... [illegible]

Abstulerat juvenum peregrinas sparsa per oras
Dum nemo caedem vindicat innocuam
Infando sceleri quando indulgetur ubiq;
Juraq; Sacra nihil, nihil profana juvant.
Tanti juventutis teneros dispendia moesti
Non poteras animo non doluisse Pater.
O quantis infixa tibi sunt corda Sagittis!
Quantus in ardenti pectore Zelus erat.
Damna juventutis quisquis benè ponderat ille
Quis sit amor novit, quis sit et iste dolor.

M. Jacobus a Cleparz S.T.D. 1549

Quod Tibi multus honos fastigia multa pararit
Quod geminum culmen contuleritq; tibi:
(Rector enim simul et Procancellarius almo
Palladis et Mystes Gracius exteris)
Magnum aliquid de Te res haec mihi magna fatetur
Secula nostra in Te quod venerentur habent
Quantus in officio fueris, rigor indicat ille
Absentes potuit qui revocare sophos
Atq; suis firmare locis, ni protinus omni
Doctorum vellent se spoliare loco
Sic redijt doctis decus ilicet omne Cathedris
Sic musis vultis excolvere suos
Pervigil hic animus potuit maiora mereri
Eximiusq; Tibi venit ab inde favor;
Namq; sacros cineres Divi Patris hactenus imis
Terreni tumuli qui latuere locis
Primus in aspectum populi sustollis et altos
In radios lucis, lucida membra refers
Dulcia Coelitum quos dum thymiamata spirant
Miraq; in empyreo Cynnama nata solo
Innumeras hominum subito traxere phalanges
Ad tumulum tota Curritur urbe Craci
Ossaq; marmorea per Te conduntur in urna
Sarcophagiq; loco splendidiore micant
Est Tibi quod totis congratuler inde medullis
Est quod dem manibus oscula mille Tuis
Gratulor atq; illis sacra dulciter oscula figo
Tangere odoratas, quos potuere Sacri
Corporis exuvias primus, tumuloq; locare, et
Angelico in terris fungier officio.
Magnus es in sceptris gemino quoq; magnus honore
Sed mihi tam Sancto es, Maior ab obsequio
Thesauros alijs Sacret fortuna locandos
Thesaurum poterit nemo levare parem

M. Matthias Zarcki D.D. Archidiaconus Gnesn. 15..

Dum Libitina furit passimq; cadavera sternit
Multaq; Praecipiti corpora morte necat.
Heu dolor! internos animos nova pestis in artus
Irrumpens loca mox relligiosa subit
Excubans cellâ miserum cubiq; Monachum
Seraphici Patris quem tulit Ordo Sacer
Ordinis heu probrum desertoremq; Minorum
Qui mox dogma animis exitiosa ferens

Atq; nimis sitiens alienas damna salutis
    Ut sese in Stygias, praecipitaret aquas.
Mergere sic alios cupiens spargebat ab Orco
    Impia Tartareae semina nequitiae
Hoc erebi monstrum pestem Pietatis et hostem
    Tu summo residens Palladis in solio
Pervigiles inter curas, dum cernis acutum
    Fortiter invadis Lismaninumq; Sacri
Exitium populi; (namq; hoc infame pudendi
    Nomen Apostatae) regis et imperium
Proscribat regno Lechico aeternet orcum
    Efficis accensus Pneumatis igne Sacro
Hic Sacer est zelus, verèq; heroica virtus
    Grata Deo flamma est relligionis amor

M. Antonius à Hapachanie STD 1552 Scher pri... ...

Coelestis placuit quoniam Tibi semita vitae
    Sola canant laudes coelica plectra tuas
Humanae hic opus est cesset facundia linguae
    Suppleat ô nostras Suada beata vices!
Nam tua non rebus constat laus sancta profanis
    Integritas vitae gloria summa tibi est
Insigni pietate Patrum quos protulit Orbi
    Sarmatico, Pallas Gracia, Tu iubar es
Cuius ab illustri lux nomine clara coruscat
    Antony nomen par quoq; vita probat;
Hinc tibi sacrarum Christi quas claustra recondunt
    Agmina sponsarum virgineiq; chori
Cura datur, regiminiq; animae, tantum tibi magna
    Quod vitae probitas conciliavit opus
Quid ni? quando tibi Coeli secreta patebant
    Empyreis vivus dum fruêrere bonis
Gratia quando tibi sese divina revelans
    Arcanis voluit te docuisse modis
Nectareosq; poli jam praegustare sapores
    Aeterni in terris, pignus habere boni:
Spiritus ista tuam pascebant fercula mentem
    Dulce erat humanis abstinuisse cibis
Viluit ab his dapibus, terrena voluptas
    Mundanumq; decus, viluit omne tibi
Momentum cruciat, dulcescit vita perennis
    Sydera sola placent, sydera celsa petis
Utq; etiam nobis tua gaudia sorsq; pateret
    Lucidus in terras post tua fata redis
Angelicosq; tibi quod sint consortia vitae
    Uni de numero Palladis ipse refers
Nil iam sublimius illi. Nil melius de Te
    Nestoris aut Cyneae dicere Suada potest.
Nec meliora licet tibi nec maiora precari
    Summus honos tuus est, gloria summa Dei

M. Martinus Krokier D.D. 1558

Palladis ingenuos Krokierus vestiuit alumnos
Vestiuit Cleri, sed grauitate Sacri
Et Pater et Censor simul est vestitq; docetq;
Componant vitam qua ratione suam
Dos virtutis honos, vestem quoq; poscit honestam
Ex animo pretium nobile vestis habet.
Ast et honestatis, Fraterni sic et amoris
Quando illi studium Curaq; summa fuit
Discordes animos, et mutua quando seueris
Legibus adstringens jurgia, corda ligat
Subtrahit infestis odijs alimenta nocendi
Tranquillasq; cupit Palladis esse domos.
O rigor! o Sanctae justissima Sanctio legis!
O Sublime tuum Krokere judicium
Iste rigor nostris est fascibus vtilis, ex quo
Pax interna Scholis, profluit atq; quies
Hoc ratio vitae dulcissima quando regati
Consurgit populi pectora dulcis amor
Felix sed vita est odijs, dum pascimur illa
Particulam Coeli continet, ista Stygis.

M. Joannes Turobinius D.D. 1561

Regis et Augusti vocis respondeat almae
Palladis obsequium dum tua Sceptra vigent
Vicecium, Sublime jubes exsoluere munus
Insignem omnigena dexteritate virum
Rex oneri tanto quem forte elegerat et quem
Viderat ingenio, judicioq; parem
Posset et eximium Legati munus obire
Arctoasq; inter Regna locata niues
Et rigidas Suecos, trans Balthica littora gentes
Communi patriae posset adire bono
At Tu non doctus tantum hac aurea Stola
Optimus ast inopum dum Pater esse cupis
Diuini igne sacro dum cor tibi flagrat amoris
Pauperibus Christi commoda tecta struis
Hospital. SS. Simonis et Judae ea Collodus Eplatiq S. Floriani et plebis Construendum
Nomen Apostolicum diui sortita Simonis
Queis summum nihil est gratius ante DEum.
Multa quidem struimus, multum sudamus et altis
Attonitos teneant splendida tecta tholis
Hoc oculis hominum struitur facilisq; ruinae
Stat solidum, quidquid surgit amore DEi.
Hoc opus est, Turobine tuae laus inclyta curae
Aedibus his emitur non peritura domus.

M. Sebastianus a Klepars S.T.D. 1563

Dum male facundus Lechicis sua toxica terris
Spargit Orichouius fulmineisq; palam

Percutat jaculis, Giganteoque furore
Ebrius Haereseos, bella nefanda ciet
Eloquij miscetque animos torrente nocentis
Sacrilegos thalamos connubiaque faces
Atque Sacerdotum dum foeda cubilia suadet
Excusare volens dederat ipse suum;
Tu Vir Magne hoc paranymphum fortiter urges
Eloquio, uxorum diraque monstra fugas
Castaque mystarum fortissimus agmina servas
Intrepidusque mali fulmen in omne ruis;
Cessit Orichouis facundia noxia linguae
Uxorum ad Stygias fabula cessit aquas
Quando Petricouiae magna spectante caterva
Rem fidei ardenti cum Pietate geris
Sacrilegos Lutheri thalamos, taedasque pudendas
Victrici Suada conteris atque necas
Publica post fidei certamina, nascitur ecce
Privatos inter, lis inimica lares
Quae Medicos inter gemino succreverat igne
Siepucius atque Picus quas aluere faces
Certavere loci prioris propter honorem
Redditaque alternis publica causa typis
Arbitrio res ista Tuo sopita quievit
Doctoralis apex, careat illo tamen
Cracia quem Pallas declarat cessitque Polonis
Quae fuit Italicis laurea parta Scholis
Hoc semper rigidis servatum legibus olim
Pluris erat Patrius, quam peregrinus honor
Et meriti quis enim, laurum nos credat habere
Si decorat nullos laurea nostra Viros?
* Quaeritur exoticis, patrijs quod abundat in arvis
Hinc cadit heu nostrae, gloria prisca Scholae.
M. Joannes Dobrosielski S.T.B. 1565.

Ipse Theologicam Te praeside Praesul in aulam
Descendens, dignos approbat esse Viros
Doctorum titulis quos laurea sacra coronet
Rarique exempli rem facit egregiam
Dum suus Officio Procancellarius isto
Coniugis ob thalamos fungier haud poterat.
Sic bene Sacratis voluit succurrere honori
Consultum nostris sic bene laureatis
Quando tiaratis Praesul, nova germina Phoebi
Maluit ipse sacra condecorare manu
Theologos inter Patres, quam labe pollutâ
Lauriferum doctis imminuisse decus

Sed tamen à nobis nostro mox venit honori
Labes, quam VOLSCI, res mala fœdus amor
Intulerat, dum jura thori violavit honesti
Quem cum civilis Curia Cracigenum
Damnasset capitis, scitum sine Palladis omnis
Offensum docti pectoribus Officij
Persequitur tecum Schola Gracia vindiciatq
Damnati capitis graviter instituit
Deq Magistratu Civili causa triumphat
Justior et lœsis partis Academicis
Ut violatus honos redeat. decernitur, atq ut
Stet sua libertas inviolata Scholis
Pœna quidem plexi pro crimine justa Magistri;
Ordo tamen justi non erat Judicij
Debentur Causis Subsellia docta togatis
Ah utinam caveant talibus illa suis!
M. Stanislaj Pinrzeuij S.T.D. 1570
Scepha tua Demosthenas Sacros, Chrysologosq
Mellifluiq novus fluminis Ambrosios
Eloquijq viros tulerant dulcedine claros
Atq Pericleo fulmine terribiles
Hœreseon Lethicis cum nascerentur in oris
Impia Titanum germina, cumq novi
Enceladi terrisq graves, Cœloq minaces
Tartarei proceres, et mera monstra Stygis
Stigmaticiq Patris proles, fex impia Zuinglia
Vorifragum Lutheri, Luripeviq genus,
Christiadum pravis miscerent artibus Orbem
Mortiferisq darent blanda aconita favis
Has Orci furias Philistœosq nepotes
Atq Babilonij relliquias operis.
Qui possent Sacrœ tonitru confundere linguœ
Impia quœ possent sternere castra Moab.
Octaviano Augusto, Stephano Socolouiumq
Regibus, eloquij Corcula bina Sacri
Concedis populi magna cum laude togati
Insigni eccl. Sarmatiœq bono
Quorum quis fuerit torrens, quœ gratia fandi
Divinique fuit quantus honoris amor!
Qui fidei zelus, Suadœ quœ fulmina? quantum
Hœreseos odium? quantaq veridici
Libertas oris Regum quis Sruaq in aula
Non famœ tantum buccina clara sonat
Ast etiam Scelera operum monumenta loquuntur
Tot calami partus, tot Pietatis opes
Totq Socolouiis facunda volumina pennœ
Hœreticisq in eis. tela parata neci
Eloquio lucrari animas; nobile lucrum est
Suada Deum suadens Suada voranda Dei est

Glicza non Glicki.

Glicza
M Martinus Pilsnens S.T.D 1573. hic posterior natus 1528. 2 [illegible] Pilsna. 39

89

Lucida Rectorum ut iam fulsêre coruscis
Sydera luminibus, splendidiore tamen
Luce mihi nullum micuit jubar, ut Tua lampas
Pilsna togatorum Patria Clara Virum
Luminis insolit. rutilo resplenduit igne
Martinus titulis clarior ipse suis
Una chelys. paribus quem tollere laudibus impar
Orpheus hanc quamuis ipseq Apollo regat
Multorum labor est, tam Q[illegible] gloria, Vatum
Pluribus hinc Cytharis est opus. imo libris
Nam quid ego primum resonem vir maxime de Te
Ad Cytharam laudes ordiar unde Tuas:
Obruor hinc meritis, magnis sed honoribus inde
Mox tamen ad Cantus erigor ipse meos
Jamq licet vires superet Tua gloria nostras
Audeo. nam in magnis et voluisse sat est.
Multa quidem summi fastigia Celsa decoris
Tot docti Cetus lumina, totq Sacri
Virtutis captiua Tuis. congesserat in Te
Fortuna, ut nemo jam potiora velit
Hec tamen insigni quamuis radiantia luce
Sunt animi internis inferiora bonis
Ornamenta Tui fateor veneramur honoris
Ornamenta animi sed mage diligimus
Quicquid honoris habes peperit tibi maxima virtus
Altius hec cunctas eminet inter opes
Illa bis octo Tibi fasces. summumq parauit
Multiplici serie, Palladis imperium
Illa magistroq Tibi laurea serta nouorum
Illa Vratislauie detulit atq Cracoui
Mystarum sublime decus, consortia namq
Quis tua non cupiat quis locus aut quis honos!
Te donis ornare suis non dulce putaret
Cum fieret summis Tu jubar ipse locis
Hinc etiam regale jubar quod Gallia Lechis
Miserat, eloquij Suada diserta Tui:
Dulce salutauit, promissaq summa recepit,
Quae tamen effectus non habuere pares.
Ast nova dum Stephano placuisset forma Lycei
Quod Camerarensi condere par voluit
HOSIUS Ecclae robur, fideiq columna
Dissuasit. [illegible] Cracidis utq Scholas
Magnifico potius Rex exornaret honore
Totq Monarcharum continuaret opus
Consilijs suasit grauibus suadendoq vicit:
Nam Rex effectu cum cauuere suo
Quae Craciam Ciuium tentare Urbemq Scholamq
Speraret antiquus Palladis auxit opes
Periq manus magni gratissima dona Samoscij
Obtulit, ingremio deposuitq Tuo
Adiunctum Sacri Floriani Martyris Edi
Prepositi munus, pignus Academicis
Immortale Scholis Stephani Stephanomaq Regis
Solamen doctis subsidiumq viris

16 vicibus vi
re Commutatio
nibus Rector

Lege quo [illegible] [illegible] linea
[illegible] hic [illegible]

Eloquio lucrari animas, probile lucrum est;
Suada Deum suadens Suada vocanda Dei est.

M. Nicolaus Bodzanticus 1571

Omnia cum doctis fuerat detenta Magistris
Irrita fecissent vota animosque Sophum
Vieliciis quoties non surrexere fodinis
Census Academicis annuus unde Scholis
Decretis concessus erat regalibus. Ast heu
Nulla togatorum praemia saepe tulit;
Tu primum ut damnis Maiestas regia tantis
In melius doctis consuleretque viris
De Statione Sophum regalem mittis in aulam
Legatos Suada consilioque pares:
Nec tamen hac cura quicquam profecimus omnis
Res patitur longas hactenus ista moras
Sitque pusilla licet clos Palladis, haud tamen ista
Solvitur à modico, sitque minus, inde nihil
Non sine doctorum gemitu iustoque dolore
Non sine grandi Palladis inde malo.
Sunt haec leta minus, sed laetior illa supremi
Verticis Ecto Pontificumque Patris
Legati facies Lechicas qui missus in oras
Stepha[ni] Magistratus officiosa tui
Agnovit; multumque tuos dilexit honores
Cui Comendoni nobile nomen erat
Magnifica Cracidum Divinae Matris in aede
Cui tu cum coetu Palladis ante sacra
Numinis immensi devotae altaria stanti
Adsiteras animi pro pietate tui.
Sarmaticas etiam cum Lilia Gallica terras
Floribus inciperent iam renovare novis
Regis ut Henrici Cracijs quoque lilia Musis
Adferrent niveos et sine nube dies
Sedulus intendis, rem procurante THVANO
Regemque optatis conciliante tuis
Nempe boni communis amor vigil extitit in te
Omnia pertentans mullaque sollicitus
Res doctas augere modis hoc denique Patris
Hoc est hoc veri Praesidis officium

Noluit hic vinci Stephani quoque Regia consors
Flos Jagielonii Sanguinis atque jubar
ANNA togatorum splendor, dulcedo voluptas
Anna juventutis Mater Academicae
Quae cum dilectas Academi inviseret aedes
Adventus voluit Regia signa sui
Linquere regalis pretiosa monilia torquis
Nempe catenato nos ut amore sibi
Jungeret aeternum, dedit aurea vincula nobis
Firmus ut à solido foedere staret amor.
Post haec Sceptigerae ditissima munera dextrae
Aedis quae cunctis est sacra coelitibus

Cura datur domui maiori, lege perenni
Accreditq noui porta Sancta boni
Correctas etiam summa de Sede calendas
Praeside Te Musis Rex Stephanus Cracijs
Lustrandas offert, quas cum Schola tota probasset
Unica Latosy non probat Vrania
Propositiq tenax, renuit dum cedere doctis
Doctorum numero pellitur atq Scholis.
Auspicijs defensa Tuis Urbs Gracia quando
Austriaci contra Principis arma stetit
Ad portas Urbis pugnax Academia pubes
Hosteq deuicto bellica signa tulit
Sicq togis Martem coniunctis fascibq addens
Fasciculum palmae et laurea serta Tuis
Quas ego nunc igitur palmas Tibi, quas Tibi laurus
Figere conabor quodue trophaea Tibi.
Vicisti Martine sat est, armisq togisq
Terminata nimis Sceptra fuere Tibi
Classica vicisti, cur non mea barbyta vincas
Sed me sic vinci non pudet imo decet
M. Jacobus Gorski D. Archid Gnesn 1574
Nulla satis de Te nisi par Tibi Suada loquetur
Magnus es a calamo Magno Iacobe Tuo
Facundos inter Tu facundissimus imo
Orator latij summus in arte Styli
Implenere Tui doctissima Scripta laboris
Ingenijs nimium commoda Sarmatiis.
Non Lechicae tantum latissima regna Coronae
Ast etiam externos Parisiosq lares
Qui tantam rigidi Suadam Sapuere Trionis
Mellis Hyperborei tam sapidosq fauos
Queis calami monumenta Tui facunda redundant
Seu Dialectica Te ianua prima Sophum
Ardua Rhetorices seu possat Quaestio, quam Tu
Judicij summa cum grauitate Tui
Herbesti tecum Scriptis certare disertis
Dum calamo tradas vindice multa typis
Mandasti, insignes animi spirantia dotes
Attiq Demosthenei roscida mella fauis
Doctus his poteras fastigia summa mereri
Sublimem deerit maxima Suada locum
Cui tot Virtutum decora accessere tot artes
Judicij tanti consilijq vigor
Hoc tandem patiet Gnesnij dum Sceptra Lycei
Ad gremium tulerit vidimus ipse Tuum
Dilectosq inter longum mansisse penates
Eloquij captos nectare nempe Tui
Hoc nectar varijs prudentia doctaq auxit
Quo fueras mentis gemmaq lux q Tuae

Illa Senatorum Lechis, dum vota requirunt
Palladis, Austriaci Principis an Stephani
Sceptra magis placeant, Legatis ore diserto
Responsum summa cum grauitate dedit
Nempe viros Jagiellonij non posse Lycei
Alterius sceptris vota animumq; dare.
Quam Jagiellonij gemmam qui Sanguinis Annam
Consortem solij duceret et thalami
Bathoreis tacite subscribens partibq; Anno
Regales Stephano: nam placuêre thori
Hoc etiam prudens facundia, grande furentis
Haereseos tonitru, melleq; tela Stygis
Vicit et in summo Lechiaci splendore Senatq;
Herculeo causam robore Academicam
Sustinuit totisq; decem certare diebq;
Par erat Haeretico dum mali dicta domq;
Nequitiae, sedesq; mali, impietatis Arcanus
Tartarei fanum, principis atq; thronq;
Pubis Academicae zelo feruoreq; plebis
Cracicae cecidit procubuitq; solo
Quod pietatis opq; Tu facundissime Nestor
Propugnans steteras cum pietate pari
Te quoq; Stadnicij, Alciden sensere tumultq;
Publica queis Cracis pax violata Scholae
Quos Tu fulmineo vindex arcuimq; ore
Vtq; eras donec culmina summa virûm
Sarmatiae Proceres Sacri Patresq; Senatq;
Offensam losae Palladis, arbitrio
Composuêre suo solidae per multa pacis
Vincula mansuetis quod magis Aonides
Atq; Legatorum decuit subsellia, totum
Hoc tamen eloquij constitit arte Tui
Sic Tibi Victrices, palmas, sic laurea serta
Attulerat suadae gloria summa Tuae
Vtq; boni dulcem, sic Te sensêre minacem
Pacificis studijs, gens inimica mali.
Ore Pericleo, quos contra quando tonabas
Quis non sublimem diceret esse Iouem?

M. Stanislaus Zawacki R.D. 1581

Delicium Phoebi Zamoscius, atq; Gradiui
Cor Stephani Lechis nobilitatis apex
Inferret tumidis cum fors Victricia Moschis
Arma, Bathorei Principis auspicijs
Axis Hyperborei gelidos peteretq; recessq;
Inde relaturus, pulchra trophaea Lechis
Doctores petijt geminos de Palladis aula
Ceu comites laterit, queis sua bina Sale

Corporis atq animi demandaretur ad istas
Inclinans etiam Tu Tua corda preces.
Illustremq Sacro Wielogovski laude cathedro
Pronis Sacri munus obire pium
Et medicum insignem Squirniewicz arte Galeni
Conredis summo fungier officio
Sicq nouum tanti hervis lucraris amorem
Diligeret Musas quo mage bacciaras
Priuatarum etiam Tibi fundamenta Scholarum
Primaq debemq germina, quo manibus
Sunt plantata Tuis, o quantum hoc cura meretur
Grati animi specimen quod Cytharoq modos
Quos juuenum plausus quos pubertatis honores
Quam Tua viuaci nomina digna cedro
Atq animo sculpi memori molimina tanto
Prima rei fasces quod posuere Tui
Rerum inventores summo celebramq honore
Semideumq illis nomina celsa virum
Aetas prisca dedit, cur non Tibi saecula nostra
Canaq longaeuo tempora Sarmatio
Nominis immortale decus famaq perennis
Debita persoluant, cur Tibi dulce melos
Non per mille sonet cytharas, whidemq per ora
Ingenuo pubis per cathedrasq Sophum?
Prima cathedrarum quod fundamenta minorum
Et tanta celebres commoditate Scholae
Ornamenta Tui fuerint clarissima Sceptri
Inuentum curo quod fuerit Tuo
Collige nunc messem tanti fructumq laboris
Totq manipulorum millia fertilibq
Aspice quam jucunda ferant spectacula campis
Lecto summo Sarmatiq boni
Lechiti quam crebris distendant horrea aceruis
Omnia sunt laudis namq alimenta Tuo
Pascitur his seriusq olim pascetur in annis
Nec poterit pasci nobiliore cibo.
M. Joannes Velicius 1583.

Arpinum Cicerone suo clarescit, olorae
Terra celebratur Bilbilitana suo.
Laudibq exultat magni Corduba Senecae
Tollit Aristotelem docta Stagyra suum
Tu quoq Lechiaco doctissima gaza Coronae
Mirachiam Europae maxima vena Salis
Nomina magna Tuo sed re maiore Velicka
Quanquam diuitijs sis opulenta Tuis
Plus tamen exulta sapientum laude virorum
Clarior est magnis splendor ab ingenijs.

Sæpius orta Tuis prudentia magna fodinis
Dives consilys aurifodina fuit
Ista Tuum forsan ditissima gaza Joannem
Duxerat ad summum Palladis imperium
Non tamen hæc Arabum, fuerat sed gaza sophorum
Doctrinæ pariens et pietatis opes
Archimedisq; polos Euclideasq; figuras
Vraniæ quidquid Purbachiana docet
Et quidquid Ptolomee Tua concluditur arte
Prisca Erathostenis dogmata quidquid habent
Arbitry his meruit culmen Felicius altum
Summus erit tali qui petit alta gradu

M. Martinus Foxius M. D. 1585

Quas Tibi diva Themis grates, quos solvet honores,
Thus Hyppocratici, dulce decusq; chori!
Cui nova tergemini dederant augmenta nitoris
Orta sub auspicys sydera torna Tuis
Doctorum Juris titulo clarissima quæ mox
Magnificum dederant post tua sceptra jubar
Proxima nam fasces Gorcinia sceptra togatos
Atq; Magistratus munera celsa Tui
Excepêre novis illustria fascibus, unde
Impleuêre tuos gaudia mille animos;
Auxit lætitiam Dobrociescius ore disertus
Cui etiam Trabeam Pallas Academica
Detulit et summos pariter Rectoris honores
Hos inter Themidis tertia lampas erat
Scrobkowicz Barthole Tuæ dulcedo Cathedræ
Eximium Juris Justitiæq; decus
Hos dederas Themidi soles, hæc lumina Phœbo
His de lampadibus laus Tua dulce micat
Sydereis facibus rutilat polus et sua Phœbo
Adsunt Doctorum sydera pulchra virum

Ita idem Dominus forte præ dixerat Sigis: Augusto immi nens mortis periculum, quod quidem illo tempore ingressus sui Regiomontum, se [illegible] quadam sorte jam jam periturus, [illegible] [illegible]

M. Petrus Gorcinius I. V. D. 1589 [?]

Dulcis amor Lonsi, Juris decus, atq; voluptas
Dilectum sceptris nomen Academicis
Gorcini, divina Tibi Sapientia binos
Quos Doctorali cinxit honore viros
Debet Vidanium, fulcerat quem Cracia Pallas
Dominicq; alium quem tulit Ordo Sacer
Hos laurus decorat Theologica, sed Tua Fæci
Justinianeus tempora cinxit honos
Quando purpureum Præsul Radinius honore
Ipse Tuum voluit condecorare decus
Sed medicas etiam Cathedras clarissime Gorcyn
Lux nova de sceptris irradiasse Tuis
Visa fuit, dum Sirenio conredis [?] at inter
Craciacæ medicos Palladis eximÿ

Accipiat veneranda loci Subsellia, pulchrum
Sit quae Facultati Sydus abinde Suae
Est Tibi quod Thomidis domus inclyta debeat esse cur
Custodes Legum justitiaeque Patres.
Debita perpetuis solvant tibi munera laudis
Alternas per Te quod potiere vices
Quis jam quibus diuus surriecleret Annus
Post Theologicos lumina prima Patres
Et positis de Consultorum jure Senatu
Quod viguit nostris temporibusque viget
Ista domi. nec parua foris pro legibus et pro
Libertate Scholis, sollicitudo tibi
Myskouius turbare domos mentesque togatas
Infamique ausu dum violare Scholas
Attentat, minique mouet cum Pallade bellum
Ad Cathedrasque Sophum castra pudenda locat
Totius Academici Tu propugnator honoris
Urges magnanimo pectore Vindicias
Inque Senatorum facie, procerumque corona
Rem zelosus agis non prius officio
Desistens donec Lechici Capita alta Senatus
Judicio postquam rem didicere graui
Myskouio tanti poenam inflixere furoris
Quos tamen elusit vota animosque Sophum.
Irrita sic faciunt legum decreta potentes
Pulchra quidem statuit iustaque Lex Thomidis
Si Sanctis decretis rigor servaret honestus
Si excreperet nullos debita poena gradus.
Tu tamen eximiae laudem Geruire laboris
Aeternum a docta posteritate feres
Debita quantumuis legum observatio desit
Justitiaeque rigor sit licet exanimis
Viua Tua laus est semper virtutis honosque
Viuat virtuti qui cupit esse diu

M. Nicolaus Dobrzieski 1509

Dulce examen apum Magni quod in Ore Platonis
Sederat, in labris mellificasse Tuis
Ambrosiaeque Tuum Sacra replesse palatum
Crediderim potius; nam Tua Suada mihi
Non aliud de Te, Vir facundissimo dictat.
Non aliud Cathedrae Concio Sacra Tua
Aurea Chrysologos facundia, flammea Paulus
Mellea Bernardus exhibit; Eloquii
Sed quis norma Tui! Bona Dobrzieskia Suada
O Laudum satis est, si bona Suada Tibi

Si bona, Non aures mulcet, non verba coronat
Si bona, non palpat carmina nec simulat
Si bona pervellit pectus penetratq; medullas
Non parcit vitijs persequiturq; malum
Pungere corda solet non ungere, spicula torquet
Est bona Suada bonis sed mala Suada ma[lis]
Blanda Placentinis, non jactat [illegible] lingua
Esse Veronensis si bona Suada cupit
Has bonitatis opes hauis sensere cathedrae
Senserunt jaculis saucia corda tuis
Suada tibi dulcis; sed cor quoq; nectare totum
Replevit, imo merum mel erat atq; favus
Nunq; inopum Patrem, paupertatisq; levamen
Munificum dextra, compatientem animo
Grochoviana canunt te carmina, carmina cordis
Argumenta tui munificiq; manus:
Carmina quis quantus fueris Patronus egentum
Fors recreata suo nectare dulce canunt
Haec dulcedo tua est; sed te custodia legum
Inq; suo vigilans munere justitia
Fecerunt et sancte rigidum, justeq; severum
Quando Cathedrarum Censor et Argus eras
Utq; laborantes dulci complexus amore
Visus eras ulnis inseruisse tuis
Sic genus ignavum, solidoq; parcensq; labori
Ad rixas promptum, tardigradum ad cathed[ras]
Lentos Lenticulos, cessatoresq; molestos
Quaerentes varijs artibus effugia
Amplius aeternos ne bis prensare favores
Auderent per quos, à Statione [illegible]
Declinare vafris possint conatibus arcens
Stringebas rigidis legibus officij
Sicq; viam astutis praecludens artibus unam
Candoris monstrasti atq; laboris iter
Longius hoc iter est fateor, sed tutius; illud
Accelerat cives celsitatis gradus
Ergo bonum statuit Dobrowiesci Lex tua, Quid n[i]
Ferre bonum potuit, qui sonat ipse bon[um]
Auxerat hocce bonum Medicis Studiumq; Cathedras
Aurea Zemely dextera, qui geminos
Ditibus impensis Medicos censuq; perenni
Constituit Gracis Palladis in gremio;
Vim medicam herbarum primo dotesq; latentes
Atq; hunc Botanicum lingua Pelasga vocat
Corporis humani fabricam, seriemq; secundo
Qui proin est Graijs dictus Anatomicus.

Committens Studium hoc Lechicum florere per Orbem.
Tradiqꝫ omni sedulitate jubet
Aurea construens discentibꝫ, aureqꝫ ipse
Commoda et imperij pignora cara tui
Cynthius haud alias roseo fulgentior ore
Visus Academicas irradiasse domos
Præside Te nostro quam fulserat aureqꝫ Orbi
Quando Vladislai Principis in media
Phœbigenum regale jubar conspeximus aula
Dilectas Musis ejaculasse faces
Namqꝫ Sophiam geminâ dum forte Licentiâ laurꝫ
Conferter Princeps Laurigeri ipse breui
Moschorum Victor, Thracum terrorqꝫ futurꝫ
Laurigerum voluit fautor adisse virum
Spectanti palam virtutis dona togatæ
Bellica cui Martis dona parabat amor
Quo cum Pontificis veniens Legatꝫ Athenas
Suspexit Lechicas germina tota Sophum
Exemplumqꝫ dedit memorabile cum Tibi Primum
Rectori cessit privatqꝫ ipse locum
Quem post Craciaeqꝫ Consul consedit, et omnis
Sarmatiæ Procerum, flos, numerusqꝫ Patrum:

M. Joannes Muscenius S. T. D. et C.

Mystarum Crucis Russni gemma Cathedris
Norma Senectutis, flosqꝫ decusqꝫ Patrum
Florida Te primum Floriani Martyris ædes
Expositum insigni cum pietate tulit
Pauelli posthac celsissima limina templi
Illustres inter Te asseruere Patres
Nempe virum tantis dignissimum honoribꝫ, à quo
Ipse aliquid decoris sumeret alter honor
Viderat hoc in Te Regni pupilla Poloni
Almae Parens doctæ Craciæ Musa togæ
Viderat et crebris decorans tua limina sceptris
Muneribꝫ summis censuit esse parem
Summa tibi prima fuit dum sceptra prehendis
Cura iuventutis, maxima Cannonicæ
Quo dum Curiæ venit robustaqꝫ passim
Crimina perpetrans nomen Academicum
Infamare palam maculis prægrandibꝫ audet
Insuper et ferrum stringere non dubitans
Polluit innocuo scelestas sanguine dextras
Tot curis lacrymis anxia Corda Sophum
L

Seu malè corruptum membrum foedeq; putrescens
Ne sis pestiferi serperet aura mali
Palladis à toto Physicum corpore justo
Tollitur edicto MAXIMIXiaq; domo
Pellitur, ut pacis domus et virtutis alumna
Non fieret scelerum Sanguinolenta domus
Munera VOLSCIADAE Gracis donata Lycaeo
Pulcra etiam Stephani sunt monumenta sui
Pars quoq; curarum non ultima, nempe referta
Autorum varijs Bibliotheca libris
Quam demum intulerat Maiori, pijsq; amoris
Nominis eximium DVXIXeiq; decus.
Forte Zamosciadis tum condebantur Athenae
Sua nova Roxiaco conspiciendae solo
Grande quidem Magni munimenq; decusq; Zamoscij
Verè Heroicum opus, quo tamen imminuta
Cracoviae Studij res florentissima visa est
Tu primo in Summo pervigil officio
Impugnare novi molimina cepta Lycei
Aggressus, tanto mox tamen auspicijs
Et tanti Herois meritis ingentibus, omnem
Donasti litem dissidiumq; fori
Scilicet hoc Magnus meruit Zamoscius in quo
Ut gemini steterat Summus honoris apex
Palladis et rigidi surgens fastigia Martis
Condere sic Studium promeruisse novum
Virtutum summis poterat fulgoribus: at non
Hoc quoduncunq; sibi Musa licere putet
Nam Cathedris Cathedras opponere rostraq; rostris
Et turbare novis prisca Lycaea Scholis
Hoc equidem est belli flammam nutrire togati
Doctaq; continuis urere corda rogis
His facibus quoties subsellia nostra petuntur
Oppositisq; ruit noxia flamma Scholis
Musaeonia similes Heroas Numinis alti
Ô utinam nobis Caelica dona ferant.

b. Rector. 1595 et 1600. M. Valentinus Vidavius 1600 Rect.

Cynthius ut roseo superaminet astra nitore
Prodi alijs vultu Splendidiore micat
Sic artes inter Theologia fulgurat omnes
Insolitumq; jubar quo decoratur habet
Caetera quidquid habent subsellia luminis ipsius
Haud purum est, Terrae particulamq; refert
Sed facris Sacri purissima dogmatis, Omnes
Quippe venustates, totius illa habet
Quod si humana viris reddit Sapientia Claros
Lumine quid faciet Theologia Sacra

Hinc Tua Vidani Clarissime, gloria tanto
Principio lucis quod decq omne ferat
Claret inextincto Ceu tua splendore perennis
Cui etiam calami Tua noua juncta Tui est
Namq Theologici Study Sacra pulpita quidquid
Hactenus eternis sumere ab eloquijs
Atq Sacras inter poterant concludere gazas
Dum vigili studio mens Tua consequitur
Noluit hoc imis tantum latuisse medullis
Sed fidei cupiens consuluisse bono
Christiadum quid sit summi indulgentia Patris
Quantaq sit veniae gratia quisve valor
Quod scelerata negant Lutherana dogmata secta
Totaq de Stygio secta oriunda lacu
Igne sacro ferveus, calamo mea vindice monstrat
Temporibus nemq hanc usq ab Apostolicis
Dimanasse docet tutis vigilisq Seclis
Usq quam Christi plebs veneranda probet
Hic amor est fidei sed amor quoq Palladis in Te
Mirq Communis sollicitudo boni
Floruit: Hinc Procerum Musis spectante Corona
Publica dum regni Commoda Sarmatici
Consilys grauibus perpendit Curia Lechi
Tu quoq pro summo Praesidis officio
Doctorumq Satis Communem prouidus in rem
Sollicite egisti, praemia docta Sophiae
Hactenus angustis haerentia censibus et vix
Tanta laborantum, taedia totq Curae;
Marcida exiguo solantia pondere possent
Tandem augmenti aliquod sumere; sed grauibus
Dum premitur Curis Res Lechica distulit omnem
Phoebigenum Curam, pauperiemq Sophiae.
Sic modico censu Sudamus et aere pusillo
Succrescantq suis omnia cum precys.
Sola Sophiae precia haud possunt succrescere, prisca
Hic rerum facies pauperiesq placet.
Exiguum in terris quod nos solatur habemus
Immensum in Coelis quo recreemur erit.

M. Valentinus Fontanus Md. 1597.

Bina togatorum de Te subsellia certant
Certantq Sui Te jubar esse chori
Illa nitent summi medico splendore Galeni
Ista Mathematico lumine clara micant
Amborum Fontane decq sublime fuisti
Deliciumq vocat Te schola bina suum

Claudicat Archimedis Medicq sine dogmate; quippe
Aetherias sequitur Corporis ordo vices
Ars tua sed geminis stetevat firmata Columnis
Hinc multae tibi nomen ubiq dedit
Utq tibi placuit solidi doctrina laboris
Qudq tibi curis ars tua mille stetit
Publica sic etiam multorum commoda spectans;
Res Medicas lapsu dum graviore ruunt
A lapsu prohibens atq impendente ruina
Sprenio fidam consociante manum
Ad priscum renovas studij ferventis honorem
Et Machaonis opq nobile restituis
Unde igitur medicos subsellia docta palaestras
Qus sunt jam doctis plenius aucta viris
Et juvenum mentes quos haec capit inclyta Pallas
Quidquid profectq uberioris habent
Fontani petunt de fontibq atq Syrenj
Manavit quorum dexteritate pari
Hyppocratis Gracias resflorvit inter Athenas
Quod labi studium coeperat et minui
Mos est floriferis fontem redimire coronis
Quod vitrei laticis munera grata ferunt
Continuo liquida quodq exundantia gazd
Incrementa suis uvida stillet aquis
Et tibi rerumtur opq est fontane coronas
Gracia ceu fonti det Medicina suo
Jure lavrata debent tibi secula laudes
Quando perennantis fons et origo boni
A Scephis manasse tuis cognoscitur et nunc
Desinit in Medicis pulpita docta Scholis
Sed quid ego vanis mortalia dona corono
Atq breves rureo quod tibi veris opes
Quando tibi quod stelu fecerat quod nesciat alla
Temporis ⁊ omni posteritate vires
Intulit Empyreis quod Colica dexteram fastis
Victuri semper nominis eximium
Condideras pietatis opq quod eruniter ipsa
Gnaidis in sinu, prima ubi Lechiadu
Lechiadumq jubar, vestigia fixerat olim
Praesul Adalbertq verbaq Apostolici
Teserat eloquq divini plena valoris
Quod gratq memori Sarmata mente colit
Iter domq at populi conspectum incurrit in om
Ad qs Dei cultum, seu pia corda movet;
Sic monumenta tuis extent clarissima famis
Quandoquidem Cineris bustum habet ille
Ut iam vota Deo nemo hic fuit nuncupet
Coelum animae rvarat prohq ille Tu
M. Andreas Schönbus.
Illibata tui

Illibata Tui Vir candide lilia cordis
Et sancti niveus simplicitatis amor
Mirum, quam nostris Te dulcem mentibus, et quam
Eximium insigni Te probitate virum
Effecere, Tuas at cum Tibi dicere laudes
Incipiam pectus gestiit omne mihi
Venaque melliflus laticem dulcedinis à Te.
Concipiat quoties Tu mea plectra moves
Dulce esset privatis Tuos decora, optima vitae
Atque boni raras interioris opes
Ad vitae memorare decus, speculumque togatis
Ad Citharam sceptri publica gesta Tui
Ni magis urgerent, Quid enim nisi nobile gestum est
Imperii quidquid gesserat Ordo Tui
Regia Te toties Maiestas Ipsa Poloni
Dulce salutantem viderat, atque Sacri
Purpurei Patres fastigia summa Galeri
Audierant suadae verba diserta Tuae
Egregiasque animi nivea de fronte mirantes
Non poterant dotes non adamasse Tuas
At licet innocuo fueris mansuetior agno
Ingentes animos publica causa Tibi
Magnanimi pectusque dedit roburque leonis
Dum Jagellonias fama sinistra Scholas
Infamare cupit foedo conamine labis
Pacificos tribuens Moschica bella togae
Demetriique breves falsa sub imagine fastes
Tota male sortis ludicra totque iocos
E gremio nostro jactans Suasque Minervae
Emanasse: sed haec fabula tota brevi
Judicio discussa Tuo subsedit, et Almae
Palladis innocuae comparuêre nives
Nec minor eminuit Magnae prudentia mentis
Dum iuvenum obturbat seditiosa cohors
Seditique palam Cracoviis irata Camenis
Dum nimio pubes fervida ab igne calet;
Hic Tua mansueti suavissima pectoris ô quam
Dulcedo eluxit, miraque consilii
Dexteritas Carumque Patris, dulceque nomen
Dum juvenile tibi paruit obsequium
Fraenaque suscepit paulo ferventior aetas
Dulcibus estque tibi conciliata modis
Postea etiam rediviva sui ornamenta Lycaei
Et commissa novis pulpita prisca Sophis
Imò animam quodam debet tibi dona togatis
Scorumque novi primitiasque status
Nam Tua sollicitis nexas publica commoda curis
Prospiciens coeperunt mox stimulare animos
Et generosa equitum non destitit ore diserto
Pectora ad eximios commoditatis opus
Summaque Romanae petiit subsellia Sedis
Posset Academiae ut renovare decor

Posnanienses que iterum Musas, veterisque Cathedrae
Respexere decus, juraque prima Scholae
Haec Tua sollicitis Patriis te Cura fefellit
Respondit votis, Roma Lechusque Tuis
Sic Posnan Musis iterum Phoeboque dicasti
Jamque operum plenus praemiisque satur
Tot Tibi victura, quamvis clarissima fama
Nomina respiciant perpetuumque decus;
Docta tamen Cracis melius Tibi Corda Lycei
Devincire novo foedere praecupiens
Cum dilecta Tibi prae multis lingua Pelasga
Seu sapientum fons primaque origo foret
Has quoque Lechiadum natis ad maxima gentes
Et juvenum dociles excoluisse animos
Dum satagis, Seclisque cupis prodesse futuris
Perpetuo censu, quem labor atque rei
Usus Academicus, modicus collegerat, unum
Insignem Argolici dogmatis arte virum
Constituis librisque juvas Ostankby et rei
Tanta juventuti commoda plura daret
Et certe insignes dedit hactenus arte Tua fructus
Plura daturum bonum si studiosa cohors
Nosse suum vellet, linguae si principis usum
Altius imbiberet, diligeretque magis
Consumata sibi si fors doctrina placeret
Ditior in venis quae latet Argolicis
Quas Tua quod Lechicis reseravit dextera pubi
Non est quod Graijs amplius Aonios
Invideat fontes, non ferrea quippe sed aurea
Elicuit fontes Magne Sebonde Tuos

M. Sebastianus Krupka D. Ph.

Pulchra licet fuerint, sacri incrementa decoris
Et nova Mystarum germina Tiliacis
Praesulea plantata manu, Cracisque Cathedrae
Addita splendoris Leviticoque choro
Insigni decorant molimine, germina tanta
Ecquid enim melius Pontificalis opera
Sacraque munificus plantasset gratia dextrae!
Ecquis ager poterat fructificare magis
Quam qui seminibus tantis tantoque labore
Consiterat, donec haec quam bene [illegible]
Mystarum plantis disciplinae sacratis
Ordinis et magnis usibus Ecclesiae
Consecranda Tuo, consecrabatur honori
Optime Tyliciis pectoribusque piis!
Non aliam poscebat opus pro nobile mentem
Prima sacerdotum germina non alio
Cultu succrescere magis quam regula morum
Normaque perfectos qui pietatis amat

Nec poterat magni pietas sanctorum Tylicij
Primitus Sacris seminibusque domus
Nonnisi constantem insigni pietate magistrum
Conficere o numen plebis Academicae
Illibati enim speculum castique decoris
Virgineum florem flammiloquumque Sacro
Seraphinum Cathedrae Nucerinum cuius et ipsa
Persephonae exuvias corporis innocui
Dente sepulchrali dum non violavit, abunde est
Contestata pij. Caelica dona viri
Hic primus tam Sancto operi messisque futurae
Agricola incubuit. Conditibusque loci
Exhibuit curae specimen, Sanctisque Tylicij
Respondit votis, nec minus ipse Sacer
Sed quam Sacra domus Nucerino Conside felix
Primitus Magni tam fuit Halicij
Consulis immortale decus nova Suada Tylicij
Gemma Cathedrarum Sarmaticique parens
Eloquij Tullij decus, torrensque perennis
Percelebris: quis enim vestra beata neget
Tam Sancto commissa viro, possederat omnes
Cui pietas animum, Suadaque cui fuerat
Eloquij Summi fons lympidus, Emporiumque
Grande Demosthenei, nectaris et Latij
Summus apex Cathedrae, Tullij dulcedo merumque
Corculum et Ambrosiae, flos merus atque lutea
O quam addicta suis fuerunt caelestia curis
Optime Tylici quam tuo Sceptra Dij
Omnia blandisono zephyris provexerat aure
Respondere pio quam bona vota animo
Dum geminos geminos Cathedrae Tibi laude togata
Concessere viros et pietate pares
Nucerino quid enim Sanctum magis Haliciique
Quid mage dulciloquum nectareumque magis!
Quam Sacer in Sacris fuerat Nucerinus Cathedris
Tam Sacer in nostris fudit Academicis.
Orator Caeli gratissimus, aureus ore
Cedere sed totus gemmeus ipsaque nix
Atque ebur innocuum Halicij quem dicere versu
Non opis est nostrae, Caelica Sola viro
Caelesti par est dulcedo breviique superna
Suada revelabit Suada quod inferior
Imparibus celebrare modis revereatur at alto
Laus Solida Halicium Sorsque beata canet.
Hoc Tibi debemus geminum decus Optime Krupi
Haec sunt imperij Sydera bina Tui
Quid Sceptris gemmas pretiosaque lumina quaeris
Tanta virum pietas Sat Tibi nonne micat.

M. Adamus Falęcki S.T.D.

Heroas inter genuit quos Cracia Pallas
    Prima Tibi sors est Magne Falęciades
Alcidas non sola parit Bellona Gradivo
    Invictos etiam parturit alma Ceres
Alcidas Phoebo, quorum fortissima Virtus
    Pacificis etiam Cernitur in Studijs
Quippe suis etiam jactatur saepe procellis
    Et patitur Studij Cymba togata suos
Materiemq; Viris praebet constantibus amplam
    Exploratq; animos, intrepidosq; probat
Virtutis robur solidum, mentesq; pusillas
    Quas de proposito dejicit aura levis
Hoc Tibi Certamen docti Theatra laboris
    Eximiae laudis materiemq; dedit
Magne Falęciades nova Consulis aura Tylici
    Aura togatorum perniciosa bonis,
Cum reformandi tractatum quem forte Lycei
    Coeperat et doctos sollicitudo virós.
Jamq; potestatem Romanae Curia Sedis
    Fecerat edicto, Pontificisq; suum
Tilicius, firmabat opq;, cum protinus altas
    Dum proprius curas excitat, in Solidam
Marmoris impingit, ferri triplicisq; columnam
    Allisitq; Tui pectoris ad Scopulos
Infestam Musis Censuram: quippe virum Te
    Praestiteras qualem grande poposcit opus
Et licet urgeret tanti reverentia Patris
    Tantaq; Tylicij gratia tantus amor!
Pace tamen tanti Musarum tamq; faventis
    Pastoris, Fasces plus valuere Tui
Summaq; Doctorum concordia, sicq; procella
    Transijt et nivei Sic rediere dies:
Quippe reformandis, Regni, Regisq; Cathedris,
    Deerat Consensus, Resq; Polona pares
Ordinibus meritisq; virum depromere ~~[illegible]~~ Sumptus
    Haud poterat tantam pauperiemq; Sophum
Grandibus incurvare jugis onerareq; vastis
    Jejunas cathedras ponderibus, modicum
Incrementum proptereq; bonum, decreverat unquam
    Quis precor? aut juris regula quid docuit?
O quid nostra alijs meruere collata Lyceis
    O quoties lucrat iter nisi sola Sophos!
O quoties fallunt, primoq; in limine cessant
    Regni Census. Cum labor ipse suam
Indefessus agat seriem semperq; rotetur
    Orbis Palladius Sedula cumq; suis
Excubat in Cathedris vigilantia Stetq; vetustis
    Legibus integritas, priscaq; norma Scholis

Haec Tibi magnanimum pectus mentemque Palecki
Servat invictam, propositumque tenax
Rebus Academicis, ut murus aheneus esset.
Quod si alijs alio laudis honore places
Mi certè Herculeo placuisti robore mentis
Atridam quis Te, Palladis esse neget?

M. Jacobus Janidlowius JUD

Altius ô Utinam mea mi facundia rerum
Cresceret ô faciem si indueretque novam
Nil foret et nostro sublimius arte Tuisque
Nil meritis maius Magne Jacobe foret:
At licet ex nostris assurgere viribus impar
Laudibus inferior sitque Camoena Tuis;
Tu tamen imbellem potis es firmare Poetam
Nomine Maiestas, nam veneranda Tuo.
Clauditur, augustumque aliquid dignumque perenni
Carmine designat, venaque sicca licet
Ad laudes facunda Tuas, consurgit inestque
Quae vegetet Cytharam, gratia mira Tibi
Et quod enim Themidis nomen mage claret in aula
Atque inter Cathedras Justiniane Tuas
Juris alumnorum manibus quid saepius! et quod
Utilius teritur, quam Tua norma sacri
Processusque fori, scriptum et nobile cuius
Latè per Cathedras, per fora perque domos
Justitiae, Sellasque Patrum diffunditur usque
Ut Janidlowij nomine non aliud
Lechiadum jam sit clarum mage nomen in orbe
Jureque Consulti quod mage nomen ament.
Nec minus est quod STOA Tibi Lubranscia debet
Consumata Tuis STOA sub auspicijs
Cui Pater et Vindex fueras, et Legifer idem
Utque novum solido robore staret opus
Ordine Consilijs illud, Librisque virisque
Firmasti, donec Cresceret in nitidam
Qua nunc clarescit speciem, ferveтque coruscum
Germen Academicis palladis atque jubar.
Has Tua longinquis dum curas versat in oris
Sedulaque Posnensis dum redivivae Scholis.
Vindicat antiquis Cracidum vigilantia Musis
En propè Palladios maxima cura Lares
Exoritur posuitque animum res ardua fortem
Namque sacro JESU nomine relligio
Insignita Patrum Sismundi Regia nuper
Quam manus extulerit, magnificumque cui

Basilis fundant opus, tentare latentes
Coeperat artesque primaque tenifici
Fundamenta mali, et proferre infausta sequentur
Semina discordum castraque belligeris
Expugnanda Togis longosque arsura per annos
Forteque iam tantis semina prima rei
Susceptura diuque designabatur, At in Te
Judicij tanti Consiliique virum
Excelsique animi heroem, molimina tanta
Dum forte impingunt, dissiliere brevi
Votaque destituere Patres in limine mostro
Seminibusque novis non patuere lares
Quippe Cathedralis templi Mysticique Patresque
Urgentur monitis quando Jacobo Duce
Decreuere Patrum noua semina, cedere Priscis
Sic demum incepti conticuere lares
Seque licet nostris rebus sociare Lycei
Percuperet Patrum relligiosa cohors
Et Jagiellonijs Unire vellet Athenis
Et firmare nouis foedus amicitijs
Mens Tua sed tales exhorruit ilico nexus
Oppositis admittens foedera nulla Scholis
Nam quis dissimiles complectitur unio partes
Membraque quis nullis jungere possit amor
Unio tam certa est flammis quam foedus et undis
Rebus ab hoc nostris foedere nulla salus
Summus honos Benedicte Tibi laus summa sed inde
Magne Togatorum Praeses amorque Sophiae
Quod cecidere tuo molimina prima sub ictu
Cedat ab hinc sceptris laurea prima tuis

M. Basilius Golinius S.T.D.

Viuit adhuc loquiturque typis tua Suada Golini
Viuit et Angelico nectare manat adhuc
Tullius haud alio fuerat splendore decorus
Rostraque non alios obstupuere sonos
Tam felix, tam vena Tuae mysteria Suadae
Exsuperansque Tui gratia tanta Styli
Quae cum post cineres et post sua fata triumphat
Monstrat adhuc vitae vim superesse Tuae
O si tam dulcis mutae facundia chartae!
O si tam viuax posthuma Suada tibi
Obruat et sublatos animos rapiatque legentum
Quanta prius viuae gratia vocis erat!
Quantaque maiestas oris? quae copia fandi?
Quis feruorque tui Spiritus eloquij
Et meritis Coelis sic dispensantibus istic
Temporibusque istis emicuere Tui

Cum pandebatur locus Oratoribus ingens
Lureque donandi maxima causa Styli
Damque Patrum tacitè, nunc tandem clareque artes
Erupêre palam, primaque tela animum
Confixêre Tuum; Sed vivacissima primos
Hervire ictus, mens Tua sustinuit
Fractaque succubuit mordacis machina pennae
Scommataque in proprium mox rediêre caput.
Forte Patrum crescente malo, crescentibus inter
Consilys, dum Tu Epsidis in specula
Litigeras instaurare acies Suasque procellas
Conspicit, Ad regni protinus auxilium
Sarmatiaeque Caput, Procerum illustremque Coronam.
Confugiens primusque in limine terrificas
Occurrens jaculis qualem res tanta poposcit
Eloquio summo, judicioque pari
Ad Regni Proceres conscribis Epistolam et urges
Ne Cathedrae Cathedris neu Scola Dusta novis
Publica Musarum neu pax violetur et urbis
Litibus immensum ne pateatque mare.
Cum subitò expediunt Zakrzevius C. Reg. et Borussus C.C.
Mordaces calamos plaustraque Scommatibus
Horrificis onerant; Suerus hic: Lechus ille Saevique
Ordinis è numero, mente profanus erat,
Capellanus et Bibliothecarius Sedis Regi ~~Sig. III~~ Scriptisque modestior alter.
Fronte carens, calamo turbidus alter erat
Borastum à Calamo, propensio Regia servat
Fundos Zakrzevius servat ipse suo
Sed non Davidicos lapides cecidisse fuisse putat
Ictibus Arabs jaculis. Nam Clypeata palam
Prodierat Pallas fundasque irrisit inanes
Et lapidum fragiles Egide tecta minas
Vindiciasque dedit queis fundam excussit et ictu
Pectora transfixit Zakrzewiana gravi
Ut renovare gradum, Saxoque imponere fundam
Debuerit saxis obrutus ipse fuit
Ut iam funda jocus fiat, populique cachinnus;
Funda jocus pueris seu puerile decus!
Haec sunt Gothici Scephi certamina prima
Omina, Successusque ulterioris erant
A funda ad tormenta dein gladiosque globosque
Ad Caedes venum denique; Sed lapidum
Grando, acies, Cunei, tormenta gladyque globique
Heroas tandem deseruêre Tuos
In tenuesque auras abyt densissima Craci
Tempestas, Causae justitiamque Dei
Sed velut ignita excoctum fornace metallum
Orbis ad aspectum judiciumque dedit

Tanto Cum fueris Causæ pars magna Golini
Intrepido tuleris primaq; tela animo
Posseq; monstraris contraria fulmina vinci
Ajunium Causæ quod dederisq; bono
Inter Academiæ Summos doctiq; Senatus
Conservatores, Tu quoq; Summus eris

M. Jacobus Turboyski S.T.D.

Iliacos inter ignes flammasq; latentes
Excepturu breui dum grauiora solent
Impensis concessa Tuis tranquillior aura
Unda procellosi detumuitq; maris
Cessaruntq; Noti dormitaruntq; Charybdes
Restauranda nouis proelia consiliis
Armaq; Gravatus dum designantur ad ictus
Sceptra Turboyski tum micuere Tua
At non Patricii sibit oriens alta SEBASTI
Sarmaticè docuit qui Venusina loqui
Carmina Mistelamq; dedit Stygyimq; Polonis
Nam cum Lechiacæ grandia gesta Rei
Ingentes Gratiis Phœbi Curasq; videret
Actaq; longævo tempore digna tegi
Historicum Jagiellonijs prouidit Athenis
Inventum magni nobile judicii
Annua perpetui assignans stipendia Census
Qui Calamum et doctæ fecit longa noua
Dulce fatigatum Solaretur laborem
Nam labor est verè magnus in Historia
Emunctæ naris, virum Sensuq; profundum
Acrem judicio, posset et absq; nota
Affectus, dictisq; grauem Verisq; tenacem
Centimanumq; manu, Centoculumq; animo
Nec tamen hæc voluit populo Secreta patere
Nec vulganda typis, nec referenda palam
Nescia sed pompæ, laribus seruanda modestis
Inter Academiæ pignora constituit
Ut veri Scaturire latex, Synceraq; posset
Gestorum integritas, tutior esse domi.
Sit Tibi pro tanto vir maxime gratia donis
Sitq; Tuus nostra Primus in Historia
Hominis Innocenti natus, Cygnus merus ΙΝΝΟΚ
Certius ipse latex melles ipse fauum
Ipsaq; maiestas Suadæ, Liuii Taciti
Sallustiiq; merum Corculum et omnis amor
Qui DEMETRI miras acies Sortemq; Stipendam
Infandasq; vices, præcipitesq; rotas
Collaq; Moschorum populi Calcata Superbi
Zolkievias clades, fataq; Cecorea.

Videtur mihi falli ~~[illegible]~~ Credideris omnino non Sebastianum sed Joannem Innocentium voluisse eum hic loci nominare. Qui rapsodiam Historicam Anni 1620 conscripserat et Szyszkowo Eppo dedicaverat, imò et amplius quo Historiographus Universitati fundam suscepit. Sebastianus sic dictus Joannes Innocentius Doctor et Professor Sexti Regnanti Stephano circa 1583, non procul à Joanne vixit, sed Historica scripta illius non contigit mihi videre. Abrahami in libro cui Tit: Dzieie Kościoła Polskiego kuklo lat pierwsze opisane na Gryph Polski [illegible] ~~[illegible]~~. Sub Stephano Regno de Sebastiano Anno 1583. In Codicem de Joanne sub Sigismundo III anno 1620. in Rubricis tit: Uczeni; innuit. Et posterior opinio à [illegible] videtur, nisi in eo aberravit à nobis videatur quod Joannem Anno 1620 mortuum adnotaverit, ut sit extra omne dubium ni mis ~~[illegible]~~ [illegible] ! mea culpa, ea ulterius [illegible] non ~~Radymiński~~ sed [illegible]. Non enim loquitur de Sebastiano tanquam inscripto et ad tanquam fundatore Historiae, quam primo suscipiendo filius ejus Joannes Innocentius suscepit

Dederas Osmanni CHOTIMensem̄ pudorem,
Vladislaj palmam Principis, atq; decus.
In fastos retulit Scripto cultissimus, Sequè ac
Judicio magnus, Primitiasq; dedit
Commisitq; typis, sic decernente Senatu
Palladis, eximium ac latuisset opus.
Porrò decennales magni moliminis actus
Et Jagiellonidis bella togata Scholis
Kaymaniq; Ducis victricia signa recondit
Instar mellifluii gignoris alma Parens
O Patris ô tanti clarissima nomina prolis!
O Pilsnense jubar PETRICIAdq; fares
Viuite jam coelo felices, viuite Seclis
Mortales nunquam viuite Academicis
Insignis fastis qui viuere prisca futuris
Tempora fecistis gestaq; temporibus.
Hac quoq; vita Tibi Turoboisky lausq; perennis
Debetur Senij candidioris olor
Aurea qui firmare Tuis molimina scriptis
Dignatus, calamum jus Tibi in Hystoricum
Jam quoddam, laudesq; Tibi firmasse videris
O igitur Scripti sorte fruare Tui!

M. Jacobus Kayman J.V.D. CC

Eloquar? an sileam? Stupeamne? ignoro, canamne?
Ardua Cura loqui, grande tacere nefas
Quod mens grata loqui, Tenuis quod Musa tacere,
Illa jubet modulis dulcibus, ista vetat.
Quid faciam? tantumne decus sine laude manebit
Dedecus infantis dum mea Musa timet
Sicine dum modicum refugit, mea Suada pudorem
Ingratae ex numero posteritatis erit.
O potius pia damna feram, mala mille subibo!
Torqueat o potius me Cruciet rubor
Succumbamq; oneri potius, quam dicere tanti
Palladis Atlantem Scipiadamq; meo
Non quamquam chely attentem, plectroq; sonanti
Opprimar à tanto pondere forsq; cadam
Pro pietate meis decus est succumbere Musis
Dulceq; pro Patris Patris, honore, premi.
Ergo operi da Musa manum, quid respicis? aut quid
De tabula pavidam subtrahis vltro manum?
Si indiore virum nequeas effingere dextra
Mole gravi tanti teq; fatigat opus
Ardua Protogenis molimina, votaq; mitte
Velum Thymantis pinge, Tabella suos
Sic melius monstrabit opes, maiusq; latere
Tanta sub specie quisq; putabit opus

Ecquis enim Solem, nisi nube togatum
  Spectavit? Velum temperat omne jubar
Succumbit nimiis pupilla nitoribus, astra
  Ne noceant longè splendidiora micant
Hac ego nube Tuam Sol fulgentissime lucem
  Hac ego splendores Magne Jacobe Tuos
Ante togam, partemque Tui, velamine condam
  Totus enim nulla dicier arte potes.
Propitium fuisse sibi Schola Graia Numen
  Non alias sensit nobiliore modo;
Quam cum litigeris sonitus belliq. togati
  Fulmina per Cathedras trepuêre personuêre Sophiae
Scipiadasque novos, nova cum Carthago vocaret
  Cumque suas Cannas, Thrasimenumque suum
Cerneret et latè fumantia pulpita circum
  Oppugnata novis, STOA vetusta Scholis:
Tunc etenim Caelo veluti demissus ab alto
  Summus amor Themidis, Scipio Academicus
Palladis Heroum Nayman fortissimus Heros
  Robore qui tandem pectoris Herculei
Rebus Academicis posset succurrere lapsis
  Mole sub immensa par quoque staret Atlas
Sederat Phoebi imperium fascesque prehendit
  Arbitrioque tulit jura togata suo:
Venerat ad summum tum forte licentia Patrum.
  Qui à Sacro JESU Nomine nomen habent
Bellorumque atrox series erupèrat olim
  Nunquam Centenis exsatiata malis;
Ut belli signum dederat pars Sacula portis
  Suspensum Pastor Maxime JESTRE Tuis
Vexillum chartisque levis, sed grande pependit
  Ingentis belli Symbolon atque tuba.
Janus ab hinc portis nunquam conclusus apertis
  Dissectis pacis, tristia signa dedit.
Quis credat Saevi tristissima bella Gradivi?
  Quis credat doctos inter atroces ossa
Sanguineasque acies, funestaque praelia Martis
  Et tamen haec vidit Saecula nostra gemis
Spectavère togas interdum saeva mirabant
  Heu dolor armatis Siculi militis!
Te duce sed justae cessit victoria causae
  O decus ô nostrae Sydus Academiae
Flos Jacobe virûm Tecum pugnavimus omnes
  Tecum consiliis vicimus Jo Tuis
Candere nam veritas simul ac Pontificis Athenas
  Pars adversa Scholis Aemula Academiae
Protinus ad Tantae consurgere Classica pugnae
  Primus in adversas irruit ipse acie[s]

Infaustas prohibens Cathedras, inimicaq; Musis
 Pulpita Academicis, Aluarosq; Curues
Soaryq; togos, Sanchos anasq; cohortes
 Impugnans Lunæ Cornua prima nouæ.
O quantis sudata Tibi sunt tempora cultis!
 Cumulum quantis studiis acta Tui est
Inconcussa animi virtus, quantasq; seuaris
 Consilij venas, quasq; refudit opes!
Romanas petijt dum Causa grauissima sedes
 Pontificisq; Sacro dum est agitata foro
Consilijs suffulta Tuis, propiorq; triumpho;
 Expugnata auro ni Armeniana fides
Corrupisset opij, tacitas corrupta per artes:
 Nec tamen hoc ictu concidis, imo gradum
Fortius atq; animi fortissima pectora figis
 Imo nouam Ordinis restituisq; aciem
Consilio in fraudes pugnans, Virtuteq; vincens
 Romanam Themidem Sarmatiamq; pari
Sustentans animo geminos dexteramq; armis
 Et tandem gemino Victor ab orbe redis
Tentauêre quidem Sismundi Regis amica
 Consilia in fœdus pacis, vtramq; simul
Conciliasse Scholam; Sed Tu fortissimus obstas
 Suspecta renuens fœdus amicitiis
Bellaq; aperta tibi, fidas quam nomina pacis
 Complacuêre magis, tutaq; visa magis
Peruigilis Curæ excubijs, Virtute labore
 Consilio ingenio, Sumptibus arte Stylo
Pugnasti; vanos Strepitus tonitruq; minarum
 Spreuisti, blandis mollior aura Tuam
Nec Zephyris flexit mentem, nec terruit vlla
 Turbo procellosæ grandinis; alta Ducum
Et procerum capita, et Summi fastigia Regis
 Ad mentis robur non valuêre Tuæ.
Quassandum Surdasq; prius maris vnda furentis
 Mouisset cautes, quam Tua celsa gradu
Vel minimi puncto solidæ Acroceraunia mentis
 Nutarit quamuis machina tota Tuis.
Atq; Orbis totus procumberet vsq; iacentis
 Tu tamen impositis, non premerere polo
Optassesq; Tuam largo cum sanguine vitam
 Optassesq; Tui viscera tota animi
Delectæ Matris lapsis impendere rebus
 Dulce est illiq; et pro integritate mori
Concordes animos per Te seruauimus omnes
 Consilio nobis mens fuit vna Tuo

Totq́ Divûm numerq́ seu Dux erat Unicus Ejus
Quando Sigalorum corda ligabat amor
Tres inter queis Summa rei commissa potestas
Servandiq́ datur muniq́ Academiis
Tu Summus Tu primus eras, Vindexq́ parensq́
Tu Caput, Os, Oculus, cor, manus, auris eras
Palladis, Adversis parte terrorq́ Stuporq́
Anteq́ murale, et gloria Summa Sophiae
Quotquot Verba Tuis, tot erant oracula Suadae
Dixissem pelagus, Vastiq́ consilii
Aequora in internis animi latuisse medullis
Gratia Suadendi tam Tibi dives erat
Inde triumphatae Cartaginis illa Stipendia
Gloria quam tandem post numerosa tuges
Praelia millenasq́ acies Sevosq́ tumultus
Post Sigismundi funera maesta Patris
Laeta coronatae dederant primordia prolis.
debebatur enim laurea laurigeri
Principis auspiciis Vladislai Pacis Amici
Sceptra imperatas, pacificare Scholas
Debuerant Sic ipsa Tuis Victoria Victa est
Consiliis; Sic quod viderat ante Tui
Interior pupilla Oculi; praedixerat et quod
Esuli Oborsciads (nempe quod alterq́
Insigni fuerat cum damno, justitiaeq́
Legibus adversum non potuisse diu
Artibus injustis nixum consistere) Tandem
Res docuit causae palmaq́ Academicae
Tanta tota Tibi debetur adorea palmae
Iste Tui fructus nempe laboris erat
Et licuit gaudere bonis sudore paratis
Et licuit victo cernere Clarytha Sch
Adversamq́ aciem fusam Phebumq́ pudendis
Vinctum compedibus perpetuisq́ dolis
Carceribus Musas injusta sede morantes
Et licuit cordis non sine deliciis
Tempora dilectae lauro redimita Parentis
Laetaq́ festivae eloria videre togae
Atq́ utinam florente Tibi licuisset in aula
Palladis optatae pacis honore frui
Longius o nostris licuisset busta Tuellis
Impedisse Tua, ah Stamina nostra Tela
Supplissent utinam longissima Stamina Tela
O Conservatae Vitae salusq́ togae
Sed rapuit meliora poli, Sanctiq́ Stipendia
Atlantem Crucis succubuisse Scholae

Prædixit; molem decuit nutare relictam
Dum vivere doctis firma columna domus
Sic Sol occubuit, sic Heros maximus eheu!
Sic cecidit capitis pulchra corona tui
O regum soboles! O divum Academia Mater
Sic manas lachrymis hadonq[ue] uda tuis
Vir absq[ue] exemplo summus quod concidit: illum
At quis sydereis coelitibus invideat?
Tu magnam saltem transmitte nepotibus umbram
Sitq[ue] secuturæ posteritatis amor
Effigies augusta viri, quam fronte Lycæi
Sedeq[ue] quam poteris nobiliore loca,
Ut ventura legant, imitentur sæcula amentq[ue]
Summaq[ue] sit summo laus brevis ista viro.
Palladis Heroum HAYMAN fortissimus Heros.
Mille viri, unus vir, summus et unus Atlas.

M. Daniel Sigonius S.T.D. C.C.

Insignem Medicæ dederant tum sceptra Cathedræ
Ingenio, meritis, consilioq[ue] virum
Rebus Academicis, quam jam mar fata parabant
Ingens difficili tempore, præsidium
Hic ille est urbis Cracoviæ gemmaq[ue] decusq[ue]
Ochocki à forti nomine Gabrielis.
Pectoris infracti, verè fortissimus Heros
Ardua qui invicto robore multa tulit.
Hic Sophiis post geminam laurum, culmen honoris
Dum medico in studio scandere forte cupit
Moribus antiquis Cracoviæ sub Palladis umbra
Doctorale decus sumere constituit.
Ergo Mariano sub nomine maxima sedes
Hic ubi se geminis conspicienda tulit
Visendam præbet Cracoviæ velut urbis in ipso
Corde sita augustum, Maximi Ivonis opus
Postquam sacra Patrum doctiq[ue] corona senatus
Illusq[ue] urbis Cracoviæ, gensq[ue] togata Sophum
Consedit; perdulce oculis animisq[ue] tuentium
Spectaculum præbens quantaq[ue] Academicis
Maiestas quantumq[ue] decus splendoribus insit
Luce palam monstrans cordaq[ue] vincta habens
Tunc Medicæ Laurus insignia publica, magno
Applausu populi, lætitiaq[ue] Sophum
Ingenti collata viro clarissima urbis
Atq[ue] Podalirius quem meritis alta Scholis
Ante coronarant; sic magnus Doctor honori
Reddidit antiquum lumen honore suo
Sarmaticæ primi maiestatemq[ue] Lycæi
Maiestate atq[ue] restituisse sui
Visus erat tum, quando novas ad Sydera sedes
Adversa voluit tollere Musa Scholis.

Excepere hilares horas lugubria poſthac
Tempora, Romulei Curia quando fori
(Armenij nutante fide, fulviq; metalli
Pondere compreſſa; grandis enim ſteterat
Aurei in lingua Bos, concluſitq; loquelam
Mutavitq; animum compoſuitq; dolos)
Adverſæ parti conceſſit jura docendi
Indulsitq; brevis ludicra gaudioli.
Tunc etenim Cauſæ ratio juſtiſſima noſtræ
Non proſtrata suis concidit illa malis;
Sed Suecici Martis Lechiæ vicina, Bohemi
Silesij Moravi Teutoniciq; Soli
Cæsarei Sceptriq; per inclyta Regna furentis
Horrifico ſtrepitu, Cauſidiciq; fide
Heu nimium infida, obrisiq; nitoribus auri
Ad modicum cecidit; nobiliore tamen
Surrectura brevi, et melius plauſura triumpho
Quem Pax alma sequi debuit atq; fides quid
Accidit hæc nubes, quo proxima gratior esset
Pulchra triumphantis, hincq; diesq; Scholæ
Ecquid enim gratum, nisi quod de triſtibus ortum eſt?
Poſt nubes roseum videt Apollo magis
Nil equidem solidum nisi quod durescit ab ictu
Certior eſt multo parta labore quies.
Clarior at virtus, animiq; induſtria, sese
Ut præclara tui proderet inde magis
Ictibus his solidas mentes tentare Sophorum
Auſpicijs voluit sors inimica Tuis;
Sed confuſa abijt, rabidum nec figere dentem
Nec ſævus potuit morsibus invidiæ
Parte aliqua populi famam lacerare togati
Ex obliquo alijs ſit licet uſa dolis.
Nam tum forte THOMAS ZAMOSCIUS inſtituit, Ordo
Ut Stephani Regis poſſet Academicus
Inſtituti Cathedras inter, seriemq; Sophorum;
Sed Tibi tum Magni mens Danielis erat
Et vere invictum pectus, subſcribere quando
Urgenti renuens Cunctis Zamoscianis
Irrita fecisti molimina priscaq; Magno
Servaſti Cracijs pectore Iura Scholis
Tu verus Daniel, Vindexq; acerrimus æqui
Antiqui moris propoſitiq; tenax.
Acceſſere alijs, iuvenum quoq; turbida Curis
Ingenia ad motus heu nimis apta novos
Judaicaq; malum perplexaq; Causa tumultus
Quæ tulit Summi torſerat Officij
Sollicitos faſces, quos Te quoq; Præſide Cedem
Carperis ob geminam sollicite alta Tui

Torserat imperij fastigia quando Lucronis
    Innocui nulla est ultio facta gravis
Sola sed indicta est oblivio partibus; eheu
    Quam vili constat vita iniqua pretio
Iudaicos propter vitulos et numina propter
    Aurea Christiadum funditur heu quoties
Innocuus sanguis, scelerum portenta quot eheu
    Lechiades propter turpia lucra, animo
Dissimulant pariter scelerata! jure proinde
    Lechia, (quod toto spargitur orbe palam)
Iudaicae gentis paradysus dicitur, in qua
    Exibit quamvis audeat omne nefas
Impius et fallax modo sit nummosus Apella;
    A flagris gladio, funibus, igne, rota,
Si modo solvat abit liberiusque Idq; Contemnens
    Iam lucratis Iudis, cedit et ipsa fides,
Sed quorsum haec? nempe ut maculas bona Lechia cernat
    Emaculetque suas, sitque severa magis
Iudaici vindex sceleris sapiatque malorum
    Docta tot exemplis, tot spoliata bonis
Quae etiam transfixa manu videntis Apellae
    Carnifices tolerans quos alit ipsa suos.
At Tibi pro vigili cura pro corde paterno
    Proque tot excubijs Magne Sigonides
Totque inter clades interque asperrima rerum
    Pro solido magni pectore Danielis
Immortale decus Cracis Respublica STOAE
    Debebit, nam quod Te moderante scholas
Victores inter steterunt sine caede Leones
    Magnanimi virtus haec Danielis erat.

M. Christophorus Kaÿman M.d.

Aurea saecla tulit. Ianum qui clausit apertum
    Quique triumphales scandere dignus erat.
Christophorus palmas fortunatissimus olim
    Victor at in fatis, flebilis ipse fuit.
Ô rerum mundique vices! ô ludicra sortis!
    O nimium infidam praecipitemque rotam!
Quid magis augustum, vel magnificentius unquam?
    Horce Magistratu splendidiusque fuit?
Casibus his equid felicius? et tamen omnis
    Heu quo tandem abijt gloria? nempe dolor
Dedecus et labes, sortem excepere beatam:
    Tristia sed quorsum? Dulcia Phoebus amat.

Musa triumphantem potius laurumque decoram
    Suspice, Victorum concine dulce melos.
Armenij postquam cecidit res nostra dolosis
    Artibus atque atri fulmine tacta grauem
Excepit subito casum Sedis Vaticanae
    Decreto aduersae, succubuitque Scholis
Nil animi tamen est, curae vigilisque remissum
    Instaurata nouis sunt noua bella modis
Binaque sunt admota nouis tormenta Cathedris
    Arma Iouis Pallas protulit arma domi
Per Latium Lechiamque simul feruentius vrgent
    Certamen ductu consilioque Tuo
Christophore, et Magni Fratris felicibus ausis
    Votaque successu non caruere suo.
Nam cum Pontificis Summi nutaret in aula
    Res Iagiellonicae Palladis ipsa etiam
Externi spes auxilij tamen nihil et nil
    Adferret solidum. (Louaniensis enim
Venerat extremis Belgarum littera ab oris
    Verba tamen Celebris nominis Academiae
Effectu viduata tulit, retulitque vicissim)
    Tota igitur nobis cura relicta domi.
Solaque Sarmatiae procerum protectio quam nil
    In tanto rerum turbine totque malis
Tutius et propius fuerat; nec inane profecto
    Consilium: Lechicae nobilitatis ope
Namque triumphantes, victi superuenimque hostes
    Lechiadum Regni dum diadema vacat
Eligitur namque Patriae Pater atque Poloni
    Arbiter Imperij VLADslaus Orbis amor
Tum Tua Germanique Tui Prudentia virtus
    Dexteritas, pietas, sollicitudo, fides,
Enituit quando primum conamine toto
    Ne Breue Romanum pars inimica suis
Conciliare Scholis posset, pugnasti et acri
    Iudicio nec non sedulitate pari
Rem Summe Gratijs, infestam tollere nisis
    Tentasti, mox et pubis Academicae
Difficilem causam quando vi irrupit in sedes
    Aduersae partis pectore magnanimo
Ad Sacri Latiale fori Regnique tribunal
    Ingenti cura milleque consilijs
Insultus inter varios litisque procellas
    Defendisti at o quis tua tum referat
Magno Tzaturum Praeses numerosa laborum
    Gesta, tremerentorum quando sub auspicijs.

Lechiadum Magni Scipionis Maximi Achillis
Vladislaj Regum luminis, atq Oculi
Rem Cracus Stos (sic decernentibus almo
Lechiadis Ordinibus, Rudzouiumq locos
Et Themidis Sublime decus gemmamq Sophorum
Legato Magni Regis ad Ausonias
Gentes Pastoremq Orbis Summumq Parentem
Urbanum Magno Principi in Ossolino
Commendasti auibusq bonis et numine summo
Propitio tandem rebus Academicis.
Hactenus ahuerat curas, laceratque mille
Pectora vulneribus, nubiferosq dies
Infestasq auis Martisq delenda Togati
Prælia, certantum litigerasq vices
Vidimq heu dubij, suspensiq Ora tenentes
Audijmus: nunc iam nostis opera fugant
Gaudia mille hilaresq animos in carmina possunt
Nunc vatem ad nubes mollior aura rapit
Io. Sequor Tua Scepha Sequor tolloreq superne
Teq triumphantem Cerno redire ducem
Palladis ô nostis fortunatissime Victor
Christophore atq bonis gratulor esse Tuis:
I celer et Sacrum lætum quod mittitur vrbe
Excipe Decretum, milleq vota cane.
Iam niueis Pax alma redit subuecta quadrigis
Iam Tibi Romuleo laurea nata solo
Venit et aduersis funesta silentia tandem
Imponit Cathedris; mellea Barberinis
Iam Tibi Sicli apibus conduntur, currere ab isto
Debuit hoc nectar scilicet alueolo
Nec decuit Lechis dum pace lingua paratur
Fortuna Magni Regis et auspicijs
Vt non Lechiacas etiam pax dulcis Athenas
Litigeris subeat molliter acta rotis.
O diuum soboles rerum dulcissima salue
Pax Jagiellonijs hactenus à Cathedris
Heu nimis exilio longum semota moroso
Incipe jam lætos ô Dea læta dies
Sis nobis fœcunda parens, sis optima Ciuis
Pelleq de Cathedris bella togata procul.
At Tu Palladij Moderator Maxime Scephi
Christophore æterni Numinis ante pedes
Cum Jagiellonidum docta procumbe Corona
Victori grates Votaq redde Deo

Vladislaoq dein Regi solennia redde
Debita grati animi, Sarmatiaq Tuo
Inq coronato Vaueli vertice montis
Dum victis tandem pars inimica Scholis
Ad solum Regis nutum se cedere dicit
Obtestare palam. Quod faciunt Socij
Id victor facere, et jussis parere coactos
Romanae Sedis. Vincere nam decuit
Justitiis Causam melioris, Vanaq tandem
Consilia in laqueis sunt male capta suis.
Africa sic tandem siluit, Carthagoq victa
Ipsa malis visa est illacrymasse suis
Horq boni peperit nobis quod plura Sophorum
Ingenia exaruit, quantaq Academiae
Vis calamo, quantumq animis concordibq insit
Roboris et quantos proferat alma viros
Doctorum Genetrix Academia certius ex nunc
Exitio didicit pars inimica suo
Hec Stephani fortuna Tui; Sed fascibq eheu
Surrexit fatis Sors inimica Tuis:
Post virides Lauros, Cupressus pallet acerba
Metaq principio non fuit aequa suo.
Mordaces calamos res heu vilissima nummq
Movit ad odium fervidq ipse suum
Internumq malum Gracias commisit Athenas
Quam externum gravius Kaymaniamq dom
Heu dolor! evenit! Sed lamentabile fatum
Dulcisonis Cytharis jungere nolo modis
Nolo triumphantem gemitu concludere Musam
Hoc alys linquo. Mi satis in solio
Suspexisse viri victricia Stephani Togam
His meritis poterunt ultima fata tegi

M. Albertus Borovius S. T. D. 1620

Dum premimur Sortisq malo exercemur iniquo
Ancipitemq fovent anxia corda metum;
Fulciri dum Causa petit, propioriq ruinae
Nutat in ancipiti non bene fulta solo
Ut Lechicae saltem sustentaculum ab Orbe
Utq aliquod Regum Filia Sarmatici
Praesidium ferret Regni Proceremq juvamen
Imploratumq nobilitatis opem
Ad Consultantis Lechis subsellia moestae
Missi Orator sumq Academis;
Sed quamvis insigni opera vigiliq labore
Ardua curasset muneris acta Tui

Res tamen optatis caruit successibus; Alma
Quod nondum roseo Daa remeare polo
Palladis ad Cracis mostas decreuerat aedes
Vt desiderium cresceret inde sui
Hostaq de solidis veniens Victoria Causis
Post longas posset latior esse moras
Vt minq hic nobis respondit Curia Regni:
Sic Zebrydowis quo data Summa domus
Ensifero Regni, respondit sorte sinistrâ
Soluere dum renuit praemia Certa Sophis.
Parta tot excubiis et tot sudoribus eheu.
Tot delusa modis, totq negata viris.
Successor Stirpis Generosae haeresq bonorum
Sed jam sic passim viuitur in Lechia
Crebrius haud quidquam est, quam festinare citatis
Si nummi apparent, imo volare rotis
Milleq promissis oneratam sumere Summam;
Annua via tandem labitur inde dies
Grande Supercilium monstrare petentibus, et mox
Innumeras lites nectere. Soluere nil.
Vestra Sophos quos sic defraudat pavete LECHI
Spirat adhuc veterem Lechia barbariem.
Sed nec Iudaei tibi respondêre tumultus
Magne Borouiades: nam bonitate Tua
Imperioq nimis facili scelerata quod ea haec
Ingenti Cuncis Commoditate Scholae
Gens voluit praestare luens Vlticia justi
Debita Supplicii, Rem bene compositam
Lenibus abrupisti animis, mansuetior ipse
Et blandi Patris munere, quam rigidi
Iudicis Officio melior, Sed nobile tandem
Sceptrum bonum nobis exhibuêre Tua
Praesule Zadzicio studiosae pubis ad Vsum
Hierosolymitam respiciente domum.
Korabitisq novi Census insigne juuamen
Verè munifica constituente manu,
Dilectoq Patri nostro suffragia cuiq
Decumbens morbo senserat ipse graui
Et sui protractos reserebat stamina vitae
Persoluente animi debita grata sui
Grandia nimirum denis ter millia nummum
Ocyus ad Diui Patris Apotheosin
Solenni ritu celebrandam, bustaq nobis
Magnifico Sumptu constituenda noua.

O Korabitarum Sydus Jasonq Polone.
Aurea qui patrio vellera navigio
Argonautarum Fortunatissime Zadzik
Felici vexit remige, Academico
Palladis in portu coelo plaudente stetisti
Pro tanto Empyreum munere littus habe
Cantiadesq Tui Consortia sume beata
Aeternum nostris stet tua litteribus
ARCA corruscantes portus ditissima merces
Totaq sit lauru, totaq cincta rosis
Zadziciq ferat magnum per saecula nomen
Nomen Academicis dulce fauensq Scholis
Praesulis hoc magni pietas rarissima multum
Commendat faces irradiatq Tuos
O Pater o Senij Speculum venerande Borovi!
Quem Pater et nostrae quem Patriarcha Scholae
CANTIUS elegit per quem donaria tanta
Susciperet. merito nec caret ista suo
Sors Sceptri pretiosa Tui; nam sedibus altis
Quod Coelo pietas Zadziciana dedit
Ante pedes Sanctiq DS: lectissimus offers
Cantiadesq Tui Cernis apotheosin.
Quam nobis utinam accelerent pia Sydera tandem
Cantiades ut toto fulgeat Orbe jubar.

Al. Adamus Opatovius S.T.D. C.C.

Si Tibi promeritas nequeam depromere laudes
Aut si Te Suada balbutiente canam
Vir omni eloquio, atq omni sublimior arte
Vir longe meritis clarior ipse Tuis
Quam calami splendore alieni, non mea quaeso
Pectora non Cytharae fila canora meae
Criminis id subeant. Sed quod celsissima Divus
Laudibus exsuperet maxima quaeq suis
Ingenia et nequeant meritorum gesta tuorum
Angusto vatis pectore cuncta capi.
Nam Tua seu virtus: seu me doctrina fatiget
Seu vitae integritas, seu pietatis honos
Sive Tui fasces fortunatissima Sceptri
Undiq me grandi sentio mole premi.
Vita Tibi fuerat Speculum Probitatis, et ipsa
Non aliud probitas vellet habere decus
Si Cerni posset, quam quod Tibi maxima virtus
Et solidae dederat relligionis amor

Nil nisi divinum facies spirabat amorem
Nil nisi Caelestes meus agitare Tua
Visa fuit curas, totus Virtutis amore
Flagrabat toto pectore fixus erat
Aethereas inter mentes Christiq sub umbra
In roseo Cordis vulnere totus erat
Inde Tuis etiam benedictio Caelica sceptris
Admiranda fuit tantaq post gemitus
Postq procellosa lugubria tempora litis
Postq tot adversas continuasq vires
Rebus Academicis, solatia reddidit aether
Ut jam praeteriti temporis omne malum
Absorbere sua posset dulcedine; nempe
Hoc meruit vitae gratia rara Tuae
Cum Magistratus fuerat Tibi maxima primi
Dum partes jactat pars inimica suas
Insultatq palam nobis, et buccinat Orbi
Exiguas laurus deliciasq breves
Cumq triumphanti similis per publica late
Pulpita devictos clamat Academicos
Contra insultantis tumidos vanosq triumphos
Ad summos Fasces Sedis Apostolicae
Rem refers Soliumq petis sublimius ipsi
Romulidum Summo Christiaduumq Patri
URBANO justa referendo gravamina Causae
Aversisq minus pulpita justa Scholae
Restitui iterum ut posset propiusq videri
Oppressae expostens perdita Causa rei.
Ast dum Laurigero tandem Victoria Curru
Gaudia mille trahens, totq opulenta boni
Spectat Academicos jam jam subitura penates
Dumq Coronatae frontis honore micat
Surrexere Tuis ingentia commoda Phoebo
Auspiciis; quando Sisiniana novas
Erexit primum studiosis mentibus Aedes
Dextera et eximio munere sufficiens
Providit vitae genus, ad Sapientiae amorem
Invitans pubem, quam tulit alta ferax.
Judiciis Regni Petricovia nobilis. Inde
Magna VLadislaui, dignaq mille Sedis
Illuxere Scholis Gratijs monimenta, quorum
Hoc minima effectus vix habuere suos.

Nam mens illa Viri Cœlo dignissima grandem
Dilectos in gremium Matris Academicos
Ad varios doctrinæ usus effundere Summam
Et pronè Regificis Sumptibus Aonijs
Eximium quiddam voluit spectare Camœnis
Tanta Viri virtus tamq opulentus amor
Si modo vel Parcæ non tam sensisset iniquæ
Crudeli ferro quo secuere Viri
Magnanimi vitam Summæ communibus aptam
Addictamq bonis: post sua fata pares
Vel si saltem animos habuissent, Cura peculij
Quod desiderijs vouerat ille pijs
Velletq Supremum quorum nutuq fideq
Stabat, purpureo delinitusq sinu.
At Tua quo Cœlo notissima vota fuere
Magne Vladislaui, non caruere suo
Æthereas inter mentes pretioq bonoq
Velle Deo solum sufficit, et paribus
Cum facto Certat meritis similiq corona
Et nobis dos est maxima Magnus amor
Candida tunc charæ Musarum condita Sedes.
Ortaq Bialensis pulpita prima Scholæ
Densaq Curarum dum nos Caligo fatigat
Parte alia niueis lætus Apollo rotis
Inuehitur gaudetq nouam consurgere molem
Et nouà Podlachiro Crescere dona solo
Quò tanto ut possint sublimius ire magisq
Moribus ad Summum surgere Academicis
Rosczenij primum lapidem sumpsere basimq
Eximiò ingenio judicioq Viri
Qui super hoc niuei Sedes pulcherrima Phœbi
Ordinis et Studij nobiliore modo
Praeclare distincta stetit, Seriemq Sophorum
Per longas recipit continuatq vices
Post STOAM Bialæ niueam, Vidania rursum
Parnassum Musis constituisse nouum
Atq nouam juuenum voluit fecitq palæstram
Fonteq de nostro riuulus iste suas
Ut gemini Doctoris ope deduceret undas
Constituit. Domina sic mala nostra bonis
Optatisq rei nostræ successibus; in Te
Inq bono Scepti restituente Tui

Ô Consumatæ Speculum Virtutis Adame!
    O jubar! o Vitæ norma decusq; piæ!
Iste pietas teneris juvenum quoq mentibus æstud
    Sacratum primis nectar ab unguiculis
Instillare volens, decreta pyssima fecit;
    Perpetuis statuens legibus, ut juvenes
Quos Xounodwousi Cathedræ tenuêre minores
    Ad Calcem Studÿ quotidiana Sacri
Missarum Officÿ audirent solemnia sicq;
    Imbiberent mores cum pietate probos
Hoc Studium Cultumq Sacræ pietatis abundè
    Gemma Virûm, Cleri Magnus apex Craci
Foxius insigni promovit munere; quando
    Sacra juventuti dogmata Academicos
Primoq; Catechistadum fidei documenta per omnes
    Sacratos Domino Coelitibusq; dies
Tanti ut Commodius tradi, meliusq; valerent
    Larga constituit munificaq; manu
Consilio nimium felici atq; ubere fructu
    Ne quod Academicus sæpius ante Scholas
Mordebat linguasq; hominum solvebat iniquas
    Doctrina solum non pietate Scholas
Ornari nostras, divinaq; languida nobis
    Obsequia, Doxox nunc inimica hominum
Audeat objicere et Sacræ pietatis amore
    Diligat illustres Suspiciatq; Scholas
Iste Pietas Augusta sibi palatia possens
    Insigniq; videns eminuisse loco
Prima Vladislausi dum fundamenta Lycæi
    Tum fortè impensis surgere magnificis
Conspexit venies Coelo delapsa per auras
    Et Jagiellonÿs proxima finibus jugis
Salve inquit dilecta domus mea Curia Salve
    Salue Lechiadum Cracoviaduq; jubar
Musarum Sedes Phœbi sublime cacumen
    Ara Togatorum Coelicumq; decor
Palladis et Virtutis amor, Conclaveq; Sanctum;
    Te mihi post Triados templa rosasq; sacras
Et post Carmeli mundissima Lilia Certam
    Eligo dilectam constituoq; domum
Tu mihi Conceptæ quondam sub nomine Matris
    Enixa est Summum quæ sine labe Deum.

Primaq; sui maculam non sensit in ortu
Aemula Virgineae pectora casta nivis
Innumerasq; dabis juvenumq; virumq; phalanges
Tu Suadae ser docta palaestra Sacrae
Ingenysq; Sophiae praeclaris grande theatrum
Quasq; Sacer Caetus Magne Philippe Tuus
Possedit pietatis opes de munere Sumani
Praesidio Ecclesiae has et loci iste feret
Florebitq; pijs Sacer hortulus iste rosetis
Atq; melos Magnae Virginis Angelicum
Alternis resonando choris gratissima caelo
Cantica praedulces instituetq; modos
Ut rerum post his fuctes augusta [illegible]
Maiestasq; domus Mundicitesq; meae
Invidiae diros oculos animumq; malignam
Perstringat linguas conficiatq; truces
Sic ait, et niveam tollens ad Sydera dextram
Inceptum Sacrum seu Opus signat opus
Mox q; suis viciva polo se nubibus infert
Imo Tuum pectus visa subire mihi
O Patroni, pietatis amor, dilectaq; sedes
Atq; animam Diva hoc involuisse Tuam
Teq; suum Consulem sibi fecisse volebat
Atq; suam gazam divitiasq; suas
Credidit ut miseris tanti succurrere posset
Promptius, hinc toties Panibus alta Tuis
Sustentata inopum conspeximus agmina, totq;
De nummis semper millia pasta Tuis
Hinc Tibi tot linguae, tot facundissima Suadae
Corcula sunt quotquot pauperioris erant
Donata populi turmae: Tua gloria linguis
Altius his Cytharam quam modulante meam
Surget, et empyreos ad usq; penetrabit honores
In caelis pietas, dextraq; munifica
Gratiaq; vox inopum calamo descripta perenni
In terris laudes Theologia Tuas
Dicet. Sic pietas, Calamq; Sapientia Virtus
Aeternum plectro Te meliore canent

M. Matthias Wonieyski M.D.

Quidquid in insigni Medico qua publica possit
Artis et ingeny prodiga quidquid opus
Natura bonitas, et Suadæ gratia cultu
Fudit in eximy pectora docta Viri
Vidimus id lucem radys misisse serenis
In Te Hyppocraticum Palladiumq jubar
Doctrina ingenio Suada praeclare Woniejski
Nil consumata laudis et artis erat
Nil studio magnum quod non suspeximus in Te
Hinc Te principibus complacuisse viris
Tantuq in pretio tantuq in honore fuisse
Non equidem mirum est. Orpheus Euridicen
E Phlegentontelis poterat haesisse catenis
Barbita pulsando trigeminiq canis
Latratum Cypliren et saevas compescuit iras
Fregit Arcuralis saxea corda ducis
Dulcisonum cantando melos: quod fecit in Orco
Threyius vates, Hoc super innumeras
Morborum Tua dextra vires, morbiq procellas
Obsequitur jussis dum Libithina Tuis
Fecit; at hoc de Te jam publica fama sonaret
Corpora languentum Te posuisse Tua
Vel sola tantum Suadæ dulcedine prisces
Viribus et vitae restituisse novae
Nec minus in Sceptris summa cum laude regendis
Tractandisq Sophum mentibus atq Scholis
Elucet spectata Tuae prudentia mentis
Resq Togatorum creverat auspicys
Egregie promota Tuis, dum maximus Heros
Armorum Princeps Sarmaticusq Leges
Grande Koniecpolius columen, Brodensia dum
Palladis ad nutum surgere tecta Tuum
Jusserat ingentiq Spei nutrimina coeptis
Orsus magnificis nobile Academicis
Augmentum rebus, nova Roxianisq fluenta
Constituit Musis; sed recidere boni
Germina consily, fatali Lechia bello
Ensiq dum Scythico Cosaricoq cadit

Sanguine dum rubuit niveus Permessidos unda
Defecitq lutea Palladiiq nimis
Exigui Census dum respondere labori
Nec poterant doctos praemia parva viros
Solari: Sic spes cecidit sic messis in herba
Sublata est. Phoebus dum mala bina fugit
Esuriem mortemq simul. Non parcite grossi
Sumptibus o quibus est, docta virenta bono
Communi plantare animus! Sit prodiga vobis
Mala manus (quamquam hic prodiga nulla manu)
Quam succincta nimis parvoq inglorius sumptu
Illa Sophos cibus congregat, ista fugat.
Sed Patris communo malum dum cuncta ruinae
Parnassi exceptas noluit esse deas
Aoniamq suo concussit turbine rupem
Involuitq suis docta Lyrea malis
Tu tamen o Tracij sydus columenq Lyrei
O jubar o Medicae gloria prima Scholae!
Pauperis ut turbae lassis succurrere posses
Corporibus medicam de tumuloq manum
Porrigere afflictis, extremo in margine vitae
Millia bina dari, post Tua fata, jubes
Queis inopum Medicina bono fundata perennet
Ut seris prosint posthuma dona malis
Non poteras famaq Tuae, miserumq Saluti
Et nummis melius consuluisse Tuis
Quam cum post Cineres et post Tua fata mederi
Pauperibus vitam de tumuloq novam
Reddere perpetuis voluisti censibus; ipse
Nam tibi vitae stamina rupta Tuae
Nominis ingenti reparas cum laude fugasq
Mortem, post mortem non potes ipse mori

M. Stanislaus Pudlowski I.V.D.

Lechia sancte Te Issea et Attica tellus
Calliope, Uranis, Suada Sophia, Themis
Contendunt dubium est quis Te sibi vendicet, et quis
In laudes possit Magne dare Tuas
Lechia Te, Patriae Carum sub nomine poscet
Sed linguam tellus vult Solymaea tuam

Os quoque Graia Tuum facundia poſsidet et TE
Nutritum Argolicis prædicat eſse sonis:
Calliope plectrum, Uraniæ Tibi Sydera donat
Suada Tibi eloquium, Judiciumque Themis
Cum Sophiæ et Chymiæ donis sublimibus offert
Tanta habuit pectus lumina totque Tuum.
Lingua Pelasga tamen Solymæaque celsius omnes
Anteijt illustres. Uraniæque Deas
Uraniæ dilecta Tibi, dulcedoque Cordis
Parsque animi nimium deliciosa Tui:
Hæc Te Diva solo rapuit, secumque frequenter
Inter Sydereas abstulit ipsa faces
Perque Sinus Cœli varios, vastosque per Orbes
Duxit in offenso lucida virgo pede.
Nec contenta Tibi vulgares pandere doctæ
Matheseos portas, interiora Tibi
Admirandi operis reserans arcana, penetral
Archimedis voluit Te subyſse sacrum
Quod paucis subyſse datum est: hinc illa profundi
Dogmata judicij, nectareusque latex
Tanta Mathematicis de rebus tumque diserta
Oris doctiloqui copia; ut ore Tuo
Gratius haud quidquam vulgo et sapientius esset.
Doctorum fueras Doctor, amorque simul
Hoc animo tantique boni communis ob usum
Doctibus ornatus Publica Craciacis
Palladis admissus tractare negotia Romam
Ossolinj iussus Principis ire comes
URBani decerpta manu Vernantia laurus
Signa reportasti, pacificumque Scholis
Tempus Academicis, Cathedrisque perenne novellis
Furis et excidium, dignior haud equidem
Ullus erat per quem nobis Pax optima rerum
Pulsa per adversis tristia bella Scholis
Ausonijs tandem exoptata rediret ab oris
Quique triumphali cingeret Orbe caput
Palladis in prisco jam respirantis honore
Exorsæque hilares post mala fata dies
Ergone Sceptra Tibi meritis tot debita Phœbus
Resque togatorum publica totque Sophiæ
Tantus amor Pallasque Tibi dilecta negaret?
Cui pridem causæ crediderat ante suæ
Absit. Sed majore cum plausu Sceptra togati
Detulit officij suppositusque suos
Scandenti supremi Tibi fastigia totus
Cracidis Aonius brachia docta chorus

Dignus enim imperio gravis et suavissimus idem
Ore merum nectar, pectore Cygnus erat
Ut primum doctam Tiaram, Sellamque Curulem
Dictator summus Palladis in Solio
Sumpsisti Hesperijs: mox sedibus adfuit Almis
Europæ summas inter Academias
Matris et antiqui Studij, Latiique Camenæ
Altricis summæ nominis eximij
STOAE Bononiensis Epistola nempe Lycæi
Consilium nostræ Palladis atque modum
Exposcens, Socios quæ dum bella togata
Instaurant versus Bononiæque Scholis
Molini incipiunt, Academica jura frangunt
Arcendi procul et dexteritate pari
Vincendi qua nos horrendam vicimus ante
Turbarum seriem litigeras que atros:
Tantus igitur Matri Studiorum justa petenti
Nomine totius Rector Academiæ
Rescribis, ditesque Tui reserando fodinas
Consilij docto: pectore pandis opem
Vincendique modum adversæ molimina partis
Arcendique nova turbida bella Scholæ
Prima Tuis etiam debent exordia sceptris
Roxiaræ pubis grandibus orta bonis
Ampla STARNGELIS Columnique munera doctæ
Quæ primum auspicijs insonuere Tuis
Donaque sunt tota gratissima facta Lycæo
Communi per Te suntque recepta sinu
Post firmanda magis studiosæ pubis in usum
Ordine mox tandem distribuenda suo
Quod factum; sed Te Cælum prius abstulit Orbi
Atque beatorum condidit alta domus
Ah præmaturo nimium Vir maxime fato!
Ah nimis occasu Vir pretiose Citu
Raptus es et tantæ Clarissima fulgura lucis
Deserere brevi! Sic meliora polus
Carpit et æthereos passim transplantat in hortos
Sic magnis magis est invida Parca viris.
Vixisset utinam PUDLOVI(?) nobile Columen
Sydus Apollinei posteritatis amor!
Nec Tua per varias misere discerpta volasset
Bibliotheca Manus nec perijsset opus
Illud opus quod Tu scriptis insignibus Orbi
Monstraturus eras quodque Mathematicis
Artibus et nostris peperisset lumen Athenis;
Sed Scriptis hoc est nobile Academicis.

Hieronymus Pinocci sumptu proprio volebat posthuma eius opera Typis mandare. obstitit Jacobus Gorski Executor post Cuius mortem perierunt etiam Libri beato viri Pudlowiano(?)

Atq Vetus fatum, Calamo communeq nostro
Et solenne malum, Maxima Scripta Sophûm
Post Cineres subitò pereunt, aut fortè vagantur
Sed paucos inter Carceribusq suis.
Aeternum conclusa jacent, nec pascitur illis
Qui tenet et Communi invidet illa bono
At licet à Scriptis veniens Te nesciat Etas
Maxime Ludovici: Tu tamen omne decus
Scriptorum Celsumq jubar, nomenq mereris
Immortale, nec est gratior ulla viri
Mentio quam de Te, quoties jucunda Sophorum
Mentio fit Exemplo hec munera Summaq amor
Et virtus poterat doctrinaq Summa mereri
Hec Tibi Sera dabunt Secula forte parem

Ad Jacobũ Ostiensis S. T. D. Episcopũ S. Thomae — *Mortuus in Rectoratu ao 1649.*

Nominis et Magno Summam virtutis ad augen
Roma magistra Tibi Roma palestra fuit
Orbis in hac facie et tantis in Splendoribus urbis
Orator Causis factus Academicis
In Summum Crevisse virum Cracoviaq Lycaei
In tantum Culmen Presidiumq Togae
Debueras equidem cunctas decus omne Senectae
Magnorum Princeps Magne Jacobe Sophûm
Nam Sophis mystes inter licet alter esses
Atq Stagyrita summus in arte Sophus
Lumen ob ingenij Sublimeq mentis acumen
Votaq iam de Te nonnisi magna dares
Te tamen ad Summum nostris res ardua causa
Tantaq cum adversis bella agitata Scholis
Romanisq fori longum Certamen et atrox
Evexit quando pectore magnanimo
Pugnasti cum vi, numeroq auroq doloq
Cessisti solitis nec prius auxilijs
Donec in antiquum res desperata vigorem
Tandem in faciem visa redire novam.
Hec ego judicij pensilani doctibus atq
Exculto Studijs quos Peripathus habet
Excelsae mentis genio adscribenda putarem
Tamq penetranti maxima quaeq animo.
Prima Vladislavis nam fundamenta Cathedrae — *Vladislaa Cum imm Theologiae Ptle ao 1631.*
Tu primus plausu non sine doctisono
Jecisti, primusq Sophum Studiosumq ingens
Rascentis cursus currere jussisti iter

Primus ... ut lucem publicam videat

Omine felici magni certaminis altum
Ceu Sophiæ princeps orsq́ es auspicium.
Moxq́ Theologicum dum sublimaris in Orbem
Et inter Rerum Sceptra togata geris
Nominis ob famam, et Sophiæ præstantis honorem
Ardua solvendi perfacilemq́ modum
Inq́ Theologico Studio sensuq́ Scholarum
Ob magnas magnæ sedulitatis opes
VLADISLAI arbitrio Regis Thorunense vocaris
Ad sacrum fidei grandeq́ colloquium
Calvini quo magna acies, pluresq́ phalanges
Lutheri, hæreticæ facq́ suprema scholis
Venerat in sacro disceptatura Senatu
De rebus fidei, sed male sana cohors
Errorumq́ parens, errorum mansit in imo
Litibus elusit. Votaq́ sancta pij
Regis et auriculas vero ceu dira negavit
Ipse et in proprijs sordibus usq́ jacet.
Inde revertentem complexu Lechica Pallas
Excepitq́ suo de Schola tota sinu
Imperiumq́ tibi rursus fascesq́ togatos
Detulit et magni Martyris ad tumulum
Emeritis concessa viris tibi munera magni
Præpositi et senij vota suprema dedit;
Proxima supremis sed mox conclusaq́ fatis
Atq́ brevi tumulo constituenda suo
Namq́ Casimiri Polonica regia quarti
Urbem dum in Cracam Lechia tota ruit
Auspiciumq́ novis dum Pallas Cracia sceptris
Gratatur regi cunctaq́ fausta suo
Te Cygnum comitata suum summumq́ parentem
Extulerat manibus turba togata suis
Nempe propinquantem jam iam fatalibus undis
Amotum vitis marginibusq́ suæ;
Sicq́ salutati post principis, ultima fati
Ultima te varijs fata tulere scholis;
Dumq́ coronatum veneratur Lechia Regem
Rege suo sedes Palladis orba dolet
E solio in cœlum migras Rex magne togati
Ordinis et misces gaudia funeribus
Interrupta tuis, o Phœnix unice Patrum!
O flos o nostræ gloria tota togæ
Et tecum miueis abijt Pax vera quadrigis
Et dilecta Sophis candidis alta quies

Densaq; turbarum caligo noxq; profunda
Successit grauibq Cymbaq; nostra malis
Jactata est, dum Te Pax formosissima coeli
Excepit, dum Te condidit alta quies
Te tamen haud totum rapuerunt Sydera nobis
In Patriis donis pauperibusq; Tuis
Viuis propositum proprijs quies sumptibq Tris
Fundasti: laudes USTIA docta Tuas
Et cursus monumenta Tui iam proxima prelo
Ad summum totu posteritate ferent
Deq; Tui cursus lacteo et torrente perenni
Curret inexhausto gloria fonte Tibi

M. Jacobus Vitellius S.T.D. C.C.

Tres Cytharas plectrumq; triplex, Tua gloria poscit
Argolicum, Latium, Jessiacumq; melos
Tergeminus Vates dicat Tua facta necesse est
Tergeminis sonuit nam Tua lingua modis
Magnus es et paribus nemo Te passibq aequat
Magnus es et totum non capit Una chelys;
Nec mihi Vir Unq tantum, Sed Summa videris
Copia Summorum Magne Jacobe Virum
Rostra, Lyra, Cathedra, Peripathus, Graecia, Roma,
Cumq; Solymaeo Theologia sono
Te Summum fecere Virum multisq; capaci
Conclusere Viris pectore: nam cytharam
Tangere si placuit, Cythara nil dulcius ista;
Si Suadae passu liberiore frui
Tullius haud alia cum maiestate tonasset
Nullaq; par Suadae Suada reperta Tuae;
Ardua si Stagyrae doctae, placuere duella?
Respondit pariter, docta Stagyra Tibi
Obstupuitq; Sophq fidibus cantata sonoris
Tam perplexa artis Vinclaq; Sensa Sua
Nexibus Aonijs dum carmine Quaestio Scripta
Prodijt ingenij nobilioris opus;
Si Latium peteres, nil hoc augustius ore;
Si Graium Genio nil erat eximius;
Abdita Jessei Sermonis pandere nemo
Doctior et triplici promptior ore loqui
Deniq; si Summum Voluit Theologia Mystam
Laudauit Mystam Theologia Suum:
Magnorum fueras collectio tota Virorum
Ingens totius Metropolisq; togae.
Post tantos igitur Calami Cathedraeq; labores
Post Suadae et Cytharae grandia Scripta Tuae

Palladiis fastos iam fascibus altior ipsis
Et docti Soli culmina summa capis
Conservata Tuis Academica gloria scriptis
Sceptrumque decusque Sceptra legata Tibi
Tantum Patri meritum detulit o quam!
Iure suo. Quis enim dignior imperio?
Quam Rector tanta clarissimus undique fama
Qui fuerat Sceptri pulchra Corona sui.
Prima Staringely carmen exordia Manes
Sumpserunt. Magni nominis ad Cineres
Arcessit primum Pallas gratissima tecum
Funereumque illis Te dicente decus
Perpetuosque Sacri obsequij decrevit honores
Et Suadae pariter grata tributa piae
Nempe viri laudes vir laudatissimus orbi
Debuit et magnis mentibus in speculum
Exemplarque illustre satis proponere. Sed Te
Roxiadum lumen Laurigerumque decus
Laurenti quo Suada pari splendore loquetur!
Quod sudare tibi par erit eloquium
Nam Tibi vel solo de nomine laurea maior
Consurgit quam sit Nestoris ulla honos
Nectareusque latex Cynei [illegible] Periclis;
Tantus amor dextrae, tantaque dona Tuae
Ingentes quamvis iam insauere Suadas
Particulam laudis non rettulere Tuae
Vivet amore magis, quam laudibus inclyta nostris
Laus Tua Laurenti maxime, vivet amor
Et Jagellonij dilectio tanta Lycei
Cui dederas Cordis posthuma dona Tui
Post decreta pro Cineri suffragia. Rursus
Excepit magnum Te pietatis opus;
Nempe Torunensis celebris conventio, quam Rex
VLADISLAUS ad Sceptri Saecla beata sui
Exornanda magis propagandumque fidei
Romanae cultum Sarmatidique decus
Ingenti studio binis indixerat annis
Haereticos invitans culmina prima Scholae
Errorumque Patres huius Proceresque cathedrae
Ad veri lumen dogmatis et fidei
Ad Petram summique Sacrum Pastoris ovile.
Tanti oneris cuius pars quoque magna Tuae
Demandata fuit Graij sermonis ob ingens
Hebraicique decus quod Tibi grande ubique
Romanae et [illegible] laudis monumenta parant
Et linguae triplicis fecerat esse penu

Publica post fidei susceptae negotia, quanquam
Viribus invalidi corporis exiguis
Surrexere domi privata negotia rerum
Palladis arbitrio, constituenda tuo,
Nempe rerum ex orta Tuis firmataque sceptris
Non sine Academiae commoditate boni
Augmentisque novis, Dudum Oeconomia tibi
Opportuna scholis fructificansque Sophis.
His manibus commissa Tuis curisque fideli
O nivei speculum pectoris! o Sophiis
Atque Stagyrae fax aurea, primaque Stoae
Magnorum Cracidis pulcher ocelle Sophum
Virtutis solidae exemplar, solidique laboris
Et prisci Patrum Vir probitatis amans
Tranquilli sydus cordis Specimenque PJOTROWSKJ
Quam pro candore et simplicitate Tua
Rebus Academicis dum consulturque amoris
Fraterni plenus suscipis ipse Tui
Consumptus bonitate alijs dum lumina praebes
Deficis et lampas proque labore gravem
Pressuram sentis nostris tamen usibus haud Te
Desinis offerre et viscera tota Tua
Communi nunquam cessas impendere causae
Ut prosis cunctis maxima cum tibi
Quam si mortalis tibi deerit gratia: reddet
Gratia caelestis sydereumque decus.
At tibi curarum series dum sceptra fatigat
Dumque catenato foederis multa simul
Extremos fasces supremaque munera turbant
Accelerant fatum Magne Jacobe tuum
Hic ubi vindex sceleris studiosa juventus
Namque solitis motus dum ciet urbe Craci
Dumque fit e numero diurnum lachrymabile funus
Nec parvis sacris vis malesana locis,
Lubomirij funus miscet loca sacra prophanis
Seraphici visitat templaque sancta Patris
Insuper afflictas atrox commotio Musas
Dum terret grandes prosequiturque minas
Officij pro parte Tui pro corde paterno
Non poteras tantis non doluisse malis
Rexque tui cordis perrupit ad usque profundum
Oppressitque dolor maximus exiguos
Quidquid adhuc vitae restabat, et ultima clausit
Lumina; mox maestis dextraque Academiae.
Sic inter gemitus populi lacrymasque togati
Inque majestatis culmine Palladij

Inter Sceptrorum decora et clarissima magni
Lumina virtutis, partaq tot meritis
Et tam foecundo calamo victura laborum
Praemia dilectos Palladis è manibus
Optimus ipse Pater, patrum stellata penetri
Limina et Empyreo lucida tecta domo
O nunquam paribus numeris cantande Vitelli
O nunquam Suadae concelebrande pari!
Quid minimi vatum Suadae, minimiq clientum
Nitimur in laudes solvere plectra tuas.
Alternaturos Tibi iam praevidit honores
Eloquij gemina Summus in arte Styli
Tantaq maiestas calami dulcedoq plectri
Tantaq Scriptorum copia tantus honos
Ut vel sola operum Series numerusq Tuorum
Grande saeculis vatibus esset opus.

M. Laurentius Smieskowicz M.D.

Risisti roseis cur mea Musa labellis!
Cur Tibi festivus ludit in ore lepos?
Unde coronati capitis decus? Unde venustas
Praecinxit subito laurea docta comas?
Tota hilaris tota exultans cultissima tota
Tota nitens violis totaq cincta rosis.
Quid solito splendore magis formosa coruscas?
Nilq nisi Cytharas nil nisi plectra sapis!
Praedulces vatum dulcissimus inter olores
An tibi mellifluo carmine plaudit olor!
An Sylvas rapturus adest, Erebumq subintrans
Threicius vates Tartara cuncta movens?
Maxima num redeunt veteris miracula Suadae
Ausoniiq iterum prodit ab axe jubar?
Arpinumq novos Ciceronas parturit Orbi?
Annuis ingenuo Musa quid ore mihi!
Ecce serenata ratio iussissima frontis
Ecce (inquis) serti florida causa mei
Laurea Musarum Laurentius: omnia dixi
Cum dixi vatum principis atq togae
Laurigerum nomen; Quid si Smieskovius addam
Omnia solitis dixero signa modo
Hoc ego prae cunctis nomen volo vatibus illud
Prae cunctis vates nam mihi lurus habet
Cui nihil haud similem post hoc Parnassia rupes
Sed nec longa ferent saecula forte parem
Idq Placentini blando sine melle favoris
Quippe probat meum calculus omnis idem

Annribat. O fateor justas mea Musa serens
 Frontis habes justus lethiseq; modos
Nil maius Brzezineast solum hilit hadenus et nil
 Nestoreo peperit dignius ore cani
Quo-Te-cunq; tulit Szmierzkoni maxime, Magni
 Vis animi et Suadæ gloria, Summus eras,
Sive Konodnovsky laus sublimanda canendo
 Dulcisono vates Carmine Summus eras.
Svada VLADISLAI seu conservanda triumphis,
 Tullius eloquij nectare Summus eras;
VRBani supremus apex seu forte canendus
 Urbano Vatum judice Summus eras;
Rustica villanas seu Tibia posceret artes
 Bucolico LILLÆ Carmine Summus eras.
Nam quid Tylicii clarissima pulpita Suadæ
 Aut referam Medicæ dogmata summa Scholæ
Unde Tibi pretium Summum, dilectio summa
 Tantaq; magnatum gratia tantus honos
Illaq; maiestas rebus dignissima summis
 Illeq; in excelsa conditione modus
Grataq; præclaris sapientum mentibus, atq;
 Ornandis Cathedris provida dexteritas
Qua Tibi Sceptrorum decora et suprema togatæ
 Culmina destulerat præsidiumq; rei
Quis digne referat quantis cum plausibus et quam
 Ad gustum Cracii, votaq; summa Scholæ
Quantis cum studijs quam concordante lapillo
 Vota Sophûm summo Te statuêre loco
Nec decerunt subito menti ad sublimia natæ
 Ingentes curæ sollicitumq; Tibi
Imperium fortuna dedit plenumq; negotij
 Quippe Uladislao Rege petente sacrum
Zadzicij munus, Cælo gratissima dona
 Ad procurandam condita Apotheosin
CANTIADÆ, Gemmæ nostræ, nostriq; Bevilli
 Doctoris summi, mellifluiq; Patris
Confirmante simul Gracij concordis Lycæi
 Assensu, gaza paupere prolulevas
Plebis Academicæ regalibus ossibus illa
 Concedens sumpto pignore quod pretij
Inferioris erat, torsitq; paterna deinde
 Quod Tibi tormentis viscera continuis
Afflixitq; animum communia damna timentem
 Et nimium teneri publicum amore bonum
Doctaq; dilectæ incrementa parentis amantem;
 Vulnus atrox animo delituit tuo
Mordaxq; dolor Curæ lugubria summum
 Donec fata tibi constituêre diem.

Nimirum cessare nequit qui publica spectat
Sollicitus magni pectoris hospes Amor
Cuius vis ingens semper flagrauerat in Te
Priuati studium perdideratq boni.
Sarmatus sceptra sic dum Ludovica prehendit
Galliacaq in Lechicum Lilia fasciculum
Auspicys transfert miseris longinquaq quando
Littera Academiæ Parisiensis adest
Commendans Mysten qui nouerat intima cordis
Regiaq Pater Spiritualis erat

M. Franciscus de Fleuri is erat a confessionibus Reginæ, Sorbonæ Theologus.

Rebus ut in cunctis nostri argumenta fauoris
Sentiret grauis subsidiumq Scholæ
Hunc Tu magnifici cultus splendore decenti
Exceptum grato dulcis in alloquio
Non sine Academiæ famæ maiore per oras
Accessu externas Parisiosq lares
Tractasti magnumq Tuæ virtutis amorem
Accendisse eius pectore visus erat.
Quid ni? cum docto torrens suauissimus ore
Manaret passim defflueretq Tibi
Per sacra qui toties Academi pulpita magna
Visus eras Suadæ dulcibus ire modis
Cuius Academico postquam decurrerat orbe
Clarum mellifluis γνοτι σε αυτον agunt
Te quoque supremum mox vitæ littus olorem
Mellifluum excepit postq Stauigelis
Constituenda domus primordia, multaq de re
Palladis in facie consiliuq Sophum
Consilio summo decreta suprema deinde
Te decreta poli præripuere Scholæ
Ingenti desiderio luctuq togatæ
Plebis Musarum Cum genitrice graui
Pyndaricæ dominiq Lyræ Suadæq ruinam
Nam quantum pretium quantus amorq Tui
Tantum etiam nostri fuerat mensura doloris
Posthuma virtutis gloria tanta Tuæ
O quam visceribus Tua nostris hæsit imago!
O quam possedit corda profundus amor
Transyt in pectus nostrum Tua vitæ perennes
Actum in serum posteritate dies
Quam Tibi tot meritis benefactis totq ligasti
In gremio Matris dum Tua Teq simul
Totum quantus eras sudoreq pariter fideli
Feliciq artis dexteritate Tuæ
Dona reliquisti magnumq sequentibus olim
Exemplar Scholis subsidiumq Scholis
Phœbum constituens hæredem ex asse dedisti
O absq exemplo vir, amor absq pari

Tunc mori poteris, nec vivacissimus ibis
Inter Academicæ lumina prima Scholæ?
Ecce Tibi surgit ventura gloria sæcli
Laurentii Phœbi Smieszkoviana domus.
Brzeziny's credita tuis dilectaq Musis
Magnificis per Te sumptibq atq bonis
Eximiè dotata tuis, exemplar amoris
Deliciumq tui Laurigerumq decus
Laurigeri hic totus Laurenti maxime vives
In viridi juvenum floridus ipse choro
Festivumq melos de Te cantabitur olim
O nimium grati nominis alme Laurens
Pubis Academicæ de Te suavissimè egistum
Patrone et Phœnix unice Brzeziny
Taxq conversa soli grandis seriesq nepotum
GELanys olim Te manet ex laribq
Mors Lillæ sobolis spem quamvis sustulit omnem
Pro Lillaq Tibi Lilia mille feret
Innocuæ pubis flos formosissimus horto
Succrevisse Parens quem videt alma Tuo
Pyramides alÿs Celoq minantia surgant
Mausolæa; tibi splendida Gelaniæ
Mausolæa domus, lauro redimita virenti
Constituent plusquam pyramidale decus
Quo super æternum Craciæ per sæcula stos
Vivet Laurentii gloria Smieskovÿ

M. Paulus Hercius S.T.D. C.C. 1648 mortuus

India mittit ebur, fulvum Peruana metallum;
Attica terra Sophos; Martia Sparta viros;
Lechia Magnificos profert. Masovia fortes
Prussia frugales, RUSSIA magnanimos
Samboritana Lyram; Pallas Leoburgica Suadam;
Ustia Peripatum diligit atq Sophos
Intima terrarum renuens; coeloq propinquans
Hospes syderei lucida facta poli.
Uraniam complexa suo Crrelovia Pallas
Excepit roseo detinuitq sinu
Archimedasq novos, Erathosthenas, atq Tychones
Euclidasq orbi fudit Academico.
Quos inter radÿs nuper fulsere coruscis
Bina Mathematicæ lumina prima Scholæ Brosius 13
Brosciüs ille fui Sol et fax aurea sæcli
Ætatis princeps deliciæmq suæ
Vrunisq inter Proceres summosq magistros
Ingens Magnorum Bibliotheca Sophûm

Doctrinæ Pater, perplexorumque supremus
Arbiter à Calamo notior ipse suo
Tu quoque quem Cytharâ mens nobis dicere nostra
Paule Curelovij gloria magna soli
Uraniæque decus, doctæ columenque Stagyræ
Ingens Sarmaticæ nobilitatis amor
Ornavere tuam clarissima lumina mentem
Doctrinæ variæ dona fuere Tibi.
Vis ingens animi, solidi patiensque laboris
Mirus amor studij, miraque sedulitas
Continuique sitis profectus Curaque tripla.
Lectio multa frequens, alta profunda quies
Tantaque dulcedo studij, favorque legendi
Ut naturæ etiam debita sæpe Tibi
Eriperet, dulcique cibo dum pascitur intus
Mens tua, corporeos negligit ipsaque cibos,
Inque suis epulis dum delectata quiescit
Externos surdâ præterit aure sonos.
Crebra fatigati sic murmura corporis alto
Despiciens animo, factus es ipse Tui
Immemor, et tanto forsan consumptus ab æstu
Et tanti studij fractus es artubus.
Namque Tuâ quid erat, quoque sublimius arte?
Quid mage perfectum, quidve Mathematico
Nobilius studio secretorumque profundo
Uraniæ clarum cognitione magis?
Quam calamo linguaque simul testatus es Orbi
Sarmatiæ summi quam stupuere viri
Atque in Te nostras ornavere Camœnas
Auctus honos fuerat noster honore tuo
Seu numeros, seu certa poli convexa, seu Te
Aethereæ volvit lucida sphæra rotæ;
Seu mare seu tellus, seu Te latissima mundi
Machina, seu vastum posceret Orbis opus;
Hos inter numeros, hos inter pondera rerum,
Inter terrestres sydereasque vires
Nil magis perfectum, nil Te sublimius et nil
Plenius exactæ dexteritatis erat.
Audymus, totiesque jubar suspeximus ingens
Inter Academicas emicuisse Scholas.
Ore Tuo quoties Cœli convexa percurrens
Et rapidas nobis præcipitesque vias
Demonstrans, Solisque rotas Lunæque labores
Visus eras nobis cœlica sensa loqui.

Post Sophiæ Vraniæq decus, Theologia tandem
Intulerat capiti laurea serta Tuo
Diademaq Sacrum postquam Te Sede locavit
Mystarum Sanis Te dein Ordinibus
Altus honos inscripsit et inter lumina prima
Cracoviæ Cathedræ, Te jubar eximium
Consilii Sacrique dein Regniq legati
Supremum solium Sceptraq docta dedit
Tanta Coronati decoris fastigia, tamq
Propitiæ Sortis munera tuna Tibi
Vnius dederat Series felicior anni
Annua quod rursus sustulit orbe suo
Sors inimica Tibi, fatisq exercita nostris
Et toties lachrymis ebria funereis
Assiduisq Patrum depascens cladibus Almæ
Matris et affligens Viscera Sarmatiæ
Sic Doctor, Mystes, Cracius, Rectorq Citato
Ad metam Cursu deproperasse Tuam
Visus et et brevibus momentis gaudia nostra
Occasu pariter procubuere Tuo,
Imperioq brevi sed quamvis præpete Cursu
Venerat ad Calcem Cursus honorq Tuus
Consummata tamen fuerat tua gloria; quippe
Jam punctum tulerat omne. satisq Tuis
Annosus meritis fueras. Subduxit Olympus
Te nobis. Cresceret inde magis
Vt desiderium, tanti pretiumq Parentis
Vt fieret semper mente grata Tui
Ignoratur enim Magnorum sæpe Virorum
Dum vivunt pretium nec nisi dum fugiunt
Ludvuntur, fatisq suis illustria debent
Nomina, sic Sol dum mergitur Oceano
Carior est pretiumq sui dum perditur auget
Sic bona tum demum sunt bona quando cadunt.

M. Stanislaus Rozycki J.V.D. C.C.

Floridus in Cytharam subito mihi decidit imber
Cornuaq puniceis plectra decora rosis
Vndiq Pæstanis Cingor pingorq rosetis
Delicijs mergor totus in Hesperijs;
Hybleos dulcis fragrantia spirat odores
Nec sapiunt aliud barbyta nec resonant.
Pro tuo punicei floris laudesq decusq
Mente rosam meditor Carmine dico rosam

O me purpureos vatem mentisque lyraeque!
O mea tum gratis plectra beata usis!
Argumenta tuae nimirum laudis in ipso
Nomine Pieridum deliciasque geris
Rozicki Cracij nimium Rosa grata roseti
Plenum dulcioris nomen et ambrosiae
Doctorum vernans Rosa nomen amabile Musis
Horti nativus Cracoviensis honos
Gratus eras cunctis, res est gratissima de te
Ludere splendoris divitiasque tui
Mirari, tantum est doctorum corda ligare
Et carum fieri nectareumque Sophis.
Hoc tibi viventi summos extorsit amores;
Hoc te sublatum vivere pectoribus
Infixum nostris fecit suavissima de te
Cantio ut existat posteritatis amor
Quid? pectus candidum illud, nive purius illeque aperti
Sol animi linguae nectareusque latex
Index melliflui cordis, simulareque frontem
Nescius et tacitis gratia fumentis.
Intima doctorum praecordia dulciter ordo
Constringens nodo principibusque placens
Nonne animis paribus meruit redamarier olim?
Nunc etiam laudum nonne meretur opus?
Diva Themis postquam doctorum vertice celso
Te statuit votis judicioque patrum
Mox doctis signum habens fascesque prehendis
Palladijs roseis floridus auspicijs
Rebus Academicis exinde salubria Rector
Decreta instituis consilijque penu
Veritatum reseras, sed dum violenta deinde
Praesulis insurgunt fulmina Gembicij
Concussere tibi nutantia pectora civium
Pectus enim robur defuit, estque triplex
Ad defendendas constanti pectore Musas
Juraque maiorum Palladijque vetus
Decretum studij, Regumque edicta potentum
Et quas auspicijs constituisse tuis
Communis patrum voluit sententia leges.
Acta magistratus condiderantque tui
Namque Rosis dum sceptra tuis vernantia florent
Dumque tui nobis spirat honoris odor
Hoc inter Zephyros, hoc inter dulcia Tempe
Ecce repentinis horrida nox tenebris

Tedaq tempestas circumdedit alma Phoebi
Jucundos nobis eripuitq dies
Omnia permiscens rixarum turbine, longis
Involuensq pias litibus Aonides
O quantis mersus tenebris quantisq procellis
Jactatas tuleris! Quando Gregoriani
Vis, decreta Patrum voluit convellere, Solo
Nempe Senedubi nomine Iracondis
Eripiens justum quem decernebat honorem
Illi pars maior, normaq justitiae
Legibus, et regum decretis mixta vetustis
Verior et facie Solis aperta magis
Hoc de fonte malum salijt, quod Palladis omnes
Pervasit sedes flammivomasq faces
Hos scintilla dedit, quibus heu! flagravimus omnes
Damnaq longaevo non reparanda die
Pertulimus, dum Praesulco subnixa favore
Causa, Vaticani culminis usq sacrum
Appellare ausa forum, vix mille per idq
Perq vires tantas, perq tot horribilis
Damna mali partis debellatasq potentis
Conatus tandem Martis ad imperium
(Justitia virtute tamen) cessavit honosq
Jurkovij satis debitus et meritis
Fluctivagos tandem nactis superavit et alto
Cui debebatur constitit usq loco
At mihi tam longo seriem portentaq litis
Famosam tantis Iliademq malis
Pro Sophocleo dignam Cythara gemente
Moesti narrandam flebilibusq modis
Polline festiuo minus et cantare decorum
Tantas Historicum nobile tradet opus
Describatq vices rerum seriatq siphonum
A sera quondam posteritate legi
At Tua Rozycki Clarissime scripta quierunt
In tanto rerum turbine tota mali
Non habuere diu nam rursus sorte dolenda
Erupere novi grandia damna mali
Cum dure Ryssouio pubes studiosa malignam
Calvini sedem Lutheranamq domum
Haeretici nidum sceleris subruerit et amplam
Turbarum sedem lucidis urbe dedit
Quod Tua corda dein Matrisq affixerat almo
Viscera, dum juvenes vincula dira premunt

Jamq́ unum Seus damnat sententia mortis
Judicy summo ni deia arbitrio
Succursum Causæ Te procurante fuisset
Præstassetq́ Regni nię Tribunal opem
Curarum post tot perplexa volumina, post tot
Solliciti motus nubilaq́ impery
Eminitum summi dum scandere culmen honoris
Inq́ sacro Patrum vis regaiesse choro
Quos Cracis Cathedes, ternum diadema coronat
Vaneleiq́ facit lumina prima ingi
Quod Jagiellony suffragia cuncta Lycæi
Jam Tibi detulerant, Præsule Gembicio
Obnitente Tibi, votis seroq́ favore
Respondente Tuis, atq́ trahente moras
Internas animi mox depascente medullas
Vulnere mæroris tristitiaq́ gravi
Ægra dolore animi vis morbi corripit ingens
Corpora, fatales accelerantq́ Tibi
Occasus, carpq́ serat Tibi stamina vitæ
Vernantemq́ sacro tollit honore rosam.
Decerpens Cracy teterrima dona Lycæi
Et summo Themidis vertice grande decus.
Sic flos Palladius fragrantissima [illegible]
Expirat in summo dum foliola gradu
Dumq́ venustatis summam contendis ad augem
Occidit et manibq́ trucq́ Lybitina huic
Pestifero vastat dum Lechica regna furore
Heu Tibi decerpta est! Scilicet empyreis
Ut tanto melius consumaretur in hortis
Æternum fragrans nobiliore loco.

M. Gabriel Ochorty M.D.

Ardua magnanimum poscebant tempora pectus
Inuicti solidum marmor, et æra, viri
Atridasq́ humeros Athlanteosq́ lacertos
Quando Magistratus fortia sceptra Tui
Nominis ex ipso Gabriel fortissime ducta
Auspicio Cracys numine propitio
Affulsère Scholis, nec maius sydera certe
Nobilius nobis nec potuère bonum
Inter tantorum sæuissima monstra malorum
Inter Academias mille pericla Scholas
Demisisse polo quam dum Tua pectora nobis
Cordatiq́ animi dona dedere bono

96
116

Palladis ingenti; Nam tum fervebat iniquus
Litis opus, Summi pontificisque foro
Inter Romanos Themidis subsellia sacra
Cladibus heu nostris, milleque nota malis
Illa togatorum labes, inimicaque pacis
Causa habebatur quis nova seu veterum
Troia decennalis relevat propè jurgia belli
Totque Lateranae Sedere damna dedit
Praesuleis dum rixa favoribus, omnia possens
Nititur in vetitum, dumque negata cupit.
Vis Gygiriowy Senio venerabilis: at non
Justa petens: melior justitiaque potens
Iurkowy, Cui jure suo dum causa resistit
Nascitur ingentis Saeva procella mali
Ad scopulos allisa tuos Clarissime Ochocki
Fractaque Consilii saepius arte Tui
Gembicii ingentes tu contra praesulis iras
Intrepidus steteras, diraque terrifico
Grandinis et rigidi spreuisti fulmina dextra
Occultasque artes blandiloquosque dolos
Armatasque minas et tot discrimina rerum
Nec vi nec pravis artibus a solido
Proposito mentis dimotus, multaque passus
Multa tamen miram dexteritate animi
Fecisti telisque palam tua pectora tradis
Opponens Matris viscera quod petiit
Tu proprio ferrum mallebas pectore condi
Ferreque communis vulnera suasit amor;
Tu tamen his fueras vivacior ictibus et mox
Fortius ad tanti proelia longa rei
Surgebas nubesque licet densissima crebris
Obrueret jaculis cor animumque Tibi
Tu contra insultus varios audentior ibas;
Seu Doctoralis culmina summa loci
Propugnanda Tibi fuerant: Responsio nempe
Doctorum quod sit Iuris Academici
Tota, nec in partem quod Cancellarius istam
Usurpare sibi jus aliquod valeat;
Sive Reformandis qui non successerat ante
Praesulibus Cracis Vanus Academiis
Conatus sterilisque labor plenusque pericli
Consiliis summis impediendus erat.
Gembicius Censoris opus ne praesul obiret
Area rigido posset cuncta supercilio
Invisens Musas Phoebumque tedia notare
Pervigil hos studiis nam satis egregie

Rectoris praestare velet Sedemq Supremam
        Iussaq Pontificum tale requirit opus.
Deniq Censurae seu Causa novissima nostrae
        Iusq togatorum quod super omne genus
Scriptorum, quaecunq typis mandantur, habere
        Orbis eos voluit totius arbitrium
Prisaq Pontificum Regum decreta Ducumq
        Hoc jus tam solidum, tam vetus atq sacrum
Iustitiae clarum dictamine, fortiter alto
        Seu defendendum pectore Praesulsam
Contra vim fuerat, docti Censuraq scholi
        Palladis in nostrae constituendae manu
Omnibus in Causis nil TE constantius, et nil
        Consilio summo promptius extiterat
Nutantesq alios Violentaq jura timentes
        Et toties fractos propositiq bono
Exigui propter vanissima lucra favoris
        Et modicae propter ludicra vota spei
Cedentes facile et constanti pectore motos
        Tu virtute tua Cordeq magnanimo
Firmasti, cogens incendia publica junctis
        Viribus et Socii foederis auxilio
Communisq boni studio restinguere; nec Te
        Grande malum sectae movit Academiae
Balsama quin semper discerptis undiq membris
        Afferres medicam vulneribusq manum
Sed fessis tandem post multa proelia litis
        Artibus, ad dextrae foedera pacificae
Concordesq animos ventum est urgente JOANNE
        Gembicio Cui nunc PLOCIA praesules
Ornamenta mitrae Pastoralisq labores
        Debitis officii quod tibi Palladi
Ductus amore boni, rebus tandemq togatis
        Tranquillos cupiens conciliare dies.
Tu quoq Communi Doctorum voce probasti
        Rem fieri ex animo Candidus ipse putans
Jamq Catenatae steterant Concordia nexu
        Visaq pax niveis jam redisse rotis
Artes cum subito Pacis sub honore latentes
        Erumpunt, lites flamma rapaxq novas
Accendit bellum deinde recrudruit ingens
        Anxia nox justes Corda doloreq tibi
Transfixit veteresq animos in proelia sumis
        Cantior et Pacis nomina sicca timens.

Est igitur Senior Tibi quod Veatura Sophorum
Debeat et longae posteritatis amor
Rebus servata Tuis, tuaque labore
Ingenti quamvis, pondere pressa diu
Quod nostra steterit res Palladis, atque Vetusti
Integritas juris; Scisque quod ipsas
Non tamen extremi tulerit discrimina damni
Inter et fluctus constiterit que sibi
Cymba togatorum Te praeside, Teque regente
Et tandem scopulos Vicerit ipsa graves
Ibis in aeternas Gabriel fortissime sedes
Et secum Sceptri gloria magna Tui
Exemplarque feret insignis pectoris olim
Ad quod se forment pectora celsa Sophum
Viventique Tibi si tantum nominis o quam
Ingens est quod Te post Tua fata manet!

M. Jacobus Gorskj . V. D. C.

Dilectum Themidi numen, Iurisque Sacerdos
Inclyte cuius amor IVSTINIANus erat
Instruxitque Tibi pectus dictamine legum
Et Magni Venâ divite judicij
Et Cracios inter mystas, interque Vavelli
Te fecit summos eminuisse Patres
Iustinianeae propter celeberrima Sedis
Dogmata prius multis cognita nempe Tibi:
Hinc Tibi judicij sacrum patuisse Tribunal
Et Te Consulem saepe obijsse Vices
Vidimus et toties perplexa negotia Civis
Demandata Tuis consilioque gravi
Tristia sed fuerant rebus Tua Sceptra togatis
Aurea libertas ingemuitque Sophum
Fulminibus contusa Tuis totiesque gravata
Imperij relevans heu juga dura Tui
Praesuleis totum nam cum Te partibus olim
Donasses, Causam Grygierijque Tuis
Consilijs multum firmasses, Iurkowianis
Partibus infensus, nunc etiam impetij
Praevalidus summi officio: Sic cuncta trahebas
Praesulis in partes, Palladiasque domos
Miscebas, animosque Sophum nimis ore severo
Cogebas quaedam non tolleranda pati
Plus aequo rigidus servitutemque togatis
Mentibus imponens; sed brevis officij

Dictatura Tui fuerat, celoque receptus
Solvisti Musas jam graviore metu.
Nam Stephani Regis quod regia dona dicarunt
Maiori domui prisraque vota Patrum.
Nempe Sacrum Divi Floriani Martyris Eden
Pingue cui floret Præpositura bonum.
Iuris Consultis fuerat Tibi mens quoque iniqua
Iungere et alternas obtinuisse vices
Quod tamen haud voluit Superum Pater atque hominum Rex
Caelitum niveo teque locare choro
Maluit afflictis nova praelia rursus Athenis
Ne nascerentur dissidiumque tori.
Sed TE. munificos laudabunt maxima dextros
Posthuma quos divis munera caelitibus
Contuleras quorum Sacrati nominis Eden
Ornasti Empyreo quo Tibi tecta domus
Tanto magis Sacrumque Dei conclave pateret.
O magnum Themidis Magne Jacobe decus

M. Sigismundus Grygierowicz S.T.D.

Pestis atrox Cracia dum fors grassatur in urbe
Divinae incutiens justa flagella manus
Post occultati velamina tristia Solis
Post Iubilaei festa beata Sacri
Palladis orbatos fusces, post funera Gorscij
Deposuit gremio Cracia Sua Tuo
Grygierowi Senio Patrum venerabile nomen
Quem Sophia et Princeps Theologia fuit
Imbuerant Studijs. Vladislavia pulpita namque
Spectarunt Cursus nobile dogma Tui
Sacraque Doctorem Te pagina fecerat, alto
Emeritum Patrem constituitque loco
Denique Te Sacram Praesul Nicolaus ad Edem
Aurea Praepositi dona ferendo Tibi
Pastorem populi voluit Patremque vocari
Explesti postquam grandia Solliciti
Muneris Officia, et Procuratoris honores
Curarum plenos, atque utinam nivei
Canitiem Senij fessamque laboribus illam
Aetatis partem, quae propiore gradu
Ad tumulum vergit tranquillae Pacis in umbra
Finisses! verum bella togata malo

Ingenti damnoque Tuo, nostroque dolore
Nunquam cepisses suavio aura Tuo
Aeterno in portu fors vitae vela stetisset.
Mordaces Curas nec tot aculeolis
Cor Tibi fixissent rerumque asperrima nunquam
Sensisses, quo te sumpsere Tibi,
Et lacrymas nostris, geminumque dedere lamentis;
Cessarunt Musis nam Tua Scepha brevi
Speratum proferre iubar, pestisque furorem
Dum fugiens villae liberiora petis
Servandaeque magis quaeris loca commoda vitae
Damna subis vitae non reparanda Tuae
Sublatus terris, Coelo donatus, ab alto
Sollicitis Cordis turbine ad Oceanum
Laetus pacisque domum et Coelestia Tempe
Translatus post tot nubila postque Curas
Quas Tibi funesto dederunt Certamina litis
Iam nunc perpetuo luis honore miras.
Excepere Tuos post haec duo lumina fasces
Insignes meritis et probitate Patres
Broscius. Uranis dilectum nomen et omni
Elogio maior Vir, calamusque suo
Europae notissimus; abstulit illum
Sed mox Palladys invida Parca bonis:
Laurigeraque dein manibus collata Kavinscij
Scepha Togatorum non tenuere diu:
Excussit Lybitina ferox viduatibusque annis
Laurentij fasces grandaeque Iuridicae
Inflixit vulnus domui Clarissima Crebris
Funeribus tollens lumina de Cathedris
Iustiniano Tuis nostri lacrymasque doloris
Continuans anni Curriculoque propo
De Scephis vario ludens: Sic mortis in Orbe
Omnia sunt ludus, fabula, bulla, iocus

M. Gregorius Mudlinski S.Th. D. Praepositus ad S. Annae

Te probitas candorque animi morisque vetusti
Mirus amor, solida cum pietate micans
Ornavere suis dulcisque modestia donis
Et recti speculum constituere Viri
Cui tales justas tribuit Sacra pagina laudes
Immenso carum quem Canit esse Deo

Broscius

Hominibus magni Solida virtute Gregori
Respondens. Pacis Cultor et autor eras
Litibus infensus mitissima pectora servans
Cuncta petens meritis, ambitione nihil
Multa quidem fuerant Vir laudatissime menti
Ornamenta Tuae dignaque Praecipuo
Laudis honore coli qualis solidissima nempe
Et Sophiae et Sacri dogmatis et variae
Cognitio praestans doctrinae, sedulitasque
Ingens lux animi, Judiciique vigor
Affectusque carens oleo tranquillior, alti
Integritas animi gratusque Coelibis
Divini Cultus dilectio, cuius in ipso
Ingressu Summi nobilis aula Dei
Ad Sacras Aedes Divae cognoverat Annis
Pervigiles Curas, munditiemque Sacram;
His tamen antestat cunctis Celsissimus ille
Magni animi vertex incola pacifici
Pectoris et nullis mens constantissima cedens
Ictibus et nimium Sortis amans propriae;
Quando tot impulsus vicisti robore firmo
Queis ad Maioris tecta redire domus
Post tantam annorum seriem, egressumque priorem
Impellebaris Praesule Gembicio
Instante, et multis tacite suadentibus ut qui
Tum Craccae Cathedrae forte vacabat honos
Post obitum Magni et lugubria fata Cyrusci
Et Suadae Magni Syderis, et Cytharae
In Te conferri pedeuntem posset; at istud
Attentare animi noluit alta Tui
Et nimis excellens virtus contentaque parvo
Spreverat invisas ambitionis opes
Aeternamque Tibi laudem, vitaeque quietem
In Domino peperit tempora tota Tibi
Maior animo tanto Medlini maior et ex his
Excelsae mentis dotibus imperii
Quam splendore Tui populi sceptrisque togatis
Quae dederat meritis dextra Minerva Tibi
O utinam similes Heroas pectoris alti
Victoresque sui Cracia magnanimos,
Saepius aula ferat doctae Sacrata Minervae!
O magnorum utinam pectora Celsa Sophiae

Dediscant ambire modis sublimia pravis
Et modulo discant vivere posse suo
Quam rapere alterius panem raptumq deinde
Posse frui nunquam, morsibus absq animi
Internis poenaq gravi latrantis ubiq
Peccati, quo nil tetrius esse potest.
Tu vero Seny vixisti tempus amoenum
Contentus meritis et probitate Tua
Et placido mortis somno dein optima vitae
Tempora finisti, Coelitumq choro
Queis mansueti animi nimium virtute placebas
Adiunctus Patri cuius amator eras
Delicys fruens: contemptum propter honorem
Iam Te nunc laudus coeli ambit honos.

M. Matthaeus Krasnicky

Si Cytharae dulcedo meae Musaeq Canentis
Pectoris aequaret mellea dona Tui
Et tantae bonitatis opes Cordisq paterni
Viscera quae nostram melfuevantq meum;
Mellitus efficerer mirae dulcedinis Orpheus
Ambrosioq chelyn mergeret unda meam.
Nimirum tam suavis eras tam dignus amari
Tam Cygno similis Candidiorq nive
Innocuum propter Candorem mentis apertae
Innubemq animum nec simulare scium
Nequid enim saivo de pectore deq paternis
Visceribus magni Cordeq Opatovy
Hausisses aliud? Cuius Te Cura fidelis
Olim formabat, Cuius imago Tibi
Vitaq Continuos fuerat perspecta per usus:
Hausisses inquam quid nisi perpetuum
Virtutis gustum, et solidae pietatis amorem?
Quid nisi Cor purum ~~labe~~ doloq carens
Munificamq manum spargentem munera Crebro
Per turbam inopum Palladiasq domos
Viderat haec in Te quondam Tuchoba dotes
Quas nunc eximia non sine laude colit
Nomq Magistery dum fungebaris honore
Pestiferoq luis, grande fameq malum
Conficeret plebem miseram Tu quidquid habebas
Exigui Census atq pecuniolae

Pauperibus totum insigni pietate dedisti [icasti]
Aegris si posses ipsa etiam cupiens
Viscera largiri; vita totaq deinceps
Curriculo hic Turbae pauperioris amor
In Te vivebat; sed nec minor inclyta mentis
Mansuetudo Tuae, Pacis amorq fuit;
Dum bis jure Tuo cessisti debita linquens
Omnia communis victus amore boni
Mystarum Cracis Cathedrae consortia summa
Postponens, litis ne noua causa foret;
Hoc ipso quovis Vir maxime maior honore
Et cunctis fueras clarior eloqijs
O mirum mentis parem! omnissima cordis
Symbola tranquilli dignaq Apollineis
Fascibus et summo Rectorum culmine quo Te
Dignata est Pallas nostra Sophiumq cohors
Agnovitq in Te legum Jurisq togati
Insignem curam Justitiaeq libram
Artibus haud ullis recti de tramite motam
Juratisq semel legibus Herculeo
Pectore adhaerentem; sed gaudia nostra citatis
Subduxere brevi fata inimica rotis
Funereamq Tibi pro sceptris saeua cupressum
In Patria tristi funere Parca dedit
Nam dum foedifragus Lechiam Septentrio gentem
Invasit Suecica vique doloq potens
Gustavus fatale genus dum Carolus urbem
Obsessurq adest praesidiumq Craci
Vastaqi jam triuibq damnata suburbia flammis
Horrendas fumant eiaculata faces
Te quoq tum rigidum, tum lamentabile fatum
Affixum lecto, littoribusq prope
Admotum aeternis Nicolaj praesulis aedem
Vix tandem sacrum linquere compulerat
Et Cracias inter turres et moenia, vitae
Servare exiguam (quantulacunq fuit)
Particulam, quam mox violenti fulmina Martis
Obsessaeq urbis mille pericula minis
Armata horrificis, singuli de corpore nodo,
Expressere graui reddiderunt Deo.
O quam Maiestas tecum divina benigne
Egit, qui ab afflicta dum regione Lechi

Te voluit tantisq. dein subducere captis
Urbis Cracigenum Sarmatiq. malis
Ad Pacis Regnum rutiliq. palatia Cœli
Ad fontem lucis perpetuumq. jubar.
Tempore laborantis fieret ut numiq. almo
Mahis in insueto Suecigenumq. jugo
Auxilium rebus miseris cœleste petentis
Cantiadoq. pias sollicitare preces
Inciperes quorum suffragia clara deinceps
Sensimus in tanto turbine totiq. malis
Servati mira vi numinis atq. favore
Præcipuo, quem quod publica vota probant
Patribus empyrea debemus sede receptis
Quos Tutelares jure vocare decet.
Cætera si desint miracula, sufficit istud
Quod nostro palpant suspiciuntq. manus
Miraculum eximia semper pietate colendum
Servatis Cœlo vindice Academis

M. Adamj Roszewicz J.U.D. Cracov.

Urbs Cracidum Suecicis dum cingitur undiq. castris
Hostiliq. jugo libera colla parat
Vandalico tandem servire coacta Leoni
Cogitat afflictos deditionis opus
Orbatos fasces Krusnici funere tantos
Inter terrores sanguineasq. acies
Mœsta parens ad Te consensu detulit omnium
Quos tunc Pallady detinuêre lares
Roszeuj Themidis Mystes Cracidq. Cathedræ
Juridicæq. domus Phœbigenumq. caput.
Prima salutandi fuerat tibi cura Caroli
Suecia cui fasces et sua regna dedit;
Hunc post Lechiaco lugubria fata coronæ
Captaq. post Cracidis mœnia Sceptigero
Invito quamvis justi plenoq. doloris
Corde salutasti tota Sophumq. cohors
Regis Hyperborei dextram venerata benignam
Clementis retulit larga Patrocinij
Promissa, et Jagiellonio parsum Lycæo
Semper Vandalico fulmina militis.
Successit post hæc curarum grande volumen;
Indicti moles tempore stipendia lytri.

Quo cogebamur paupersima limina Phœbi
Atq inopum fatis heu dona pusilla Sophûm
Ingenti precio hosti subducere dextrâ
O quantis igitur constitit istud opus!
O quam continuis sudoribq excubysq!
Donec Paupertas nostra patere Suecis
Cœpit in antiquo Te demonstrante libello
Solamen nostræ Palladis exiguum
Remq togatorum tenuem et stipendia macra
Marcorum, prisca simplicitatis opes;
Quarum pauperiem stupuerunt Martia corda
Suecorum, ingentis grande malumq tibi
Exigere à Stua cessarunt paupere sicq
Laudis perpetuæ promeruere decus
Sed nihil afflictas gravius concussit Athenas;
Quam jurament formula summus apex
Servitij nodusq triplex fulmenq trisulcum
Quod Craudis Clerum Phœbigenasq simul
Attonuit, torsitq diu; Nam Suecica postquam
Sors cecidit fuso Rege Tumbinys
Raxiadum campis, pulsoq fervcibq armis
Prussorum latebras inter et Insulois
Fluctibq elapso Circumq sonante Polono
Fama militiæ Marteq Sarmatico
Urbi Craudum gravius propiusq minante;
Et primum Regis justa flagella sub
Virtzius antiquum Martis pergrandeq nomen
Præsidy summum Craciaciq caput
Vidit et à Lechis cingendam protinus Urbem
Obsidione gravi sensit, ad illicitum
Jurandi formam Clerumq Sophosq minari
Cogere mox cœpit victum animosq huic
Ast in nostrarum tanto discrimine rerum
Publica sunt per Te vota rogata Sophûm
Consilio tantis de rebq jure coacto
Et placuit totam solvere Academiam
Dilectæq pati potius dispendia vitæ
Et caros Phœbi deseruisse lares;
Quam minimam læsæ maculam tolerare fidei
Et vel tantillo relligiosa Patrum

Non calcare gradu vestigia: jamq paratum
Magnanimum cunctis pectus, iterq fuit
Hi toties tentata Sophum fortissima Virtus
Pectora miratur. Vix doloq nihil
Proficeret rigido flexisset marmore mentis
Vinci se passus Victor at exiguo
Dodoum Cphi; Sed quis tam grande canendo
Complectatur opus? quis generosa duo
Pectora Phoebigenum Ossoliński Radyminiq
Ad Cytharam referet dexteritate pari?
O quantum populi pro libertate togati
Hi duo sudarunt! pervigiliq animo
Quot Curas rerumq vices sortemq tulerunt
Adversam! quantis restiterunt modis
Saepius urgenti promissaq nuda petenti
Virtute et optanti pectoris exiguum
Jurati Signum, quod nullis artibus unquam
Blanditys nullis terrificisq minis
Extorsit! quantis jactati saepe procellis
Maioris steterunt pro integritate domus
Idq boni semper nimio Communis amore
Cuiq mensuram novit is interius
Cui patet humani Cordis conclave supremus
Arbiter et veri regula summa Deus
Sit satis Eternis, quod sint hoc condita fastis
Humani quidquid sentiat ingeny
Judicyq nimis rigidum praecepsq tribunal
A quo damnari vir probus haud metuit.
At postquam Victrice manu nimiumq secundis
Auspicys ductus Rex Casimire Tui
Austriacisq domus coniunctis viribus urbem
Suecicis incurvo nobilis ungue Leo
Diruisset Craciam secum turmasq rapaces
Eduxat, agmen diminutumq trahens
Antiquas petyt terras Pomeraniae latebras
Jamq triumphatis fulsit in urbe Craci
Maiestas Aquilaeq jubar splendorq Poloni
Venit et ad Patrios turba fugata lares
Rege salutato Reginaq ore diserto
Tandem Palladias ut remeare sophi

Possint ad Cathedras dilectaq limina Phoebi
Officij mandas pro ratione Tui
Edictoq palam decernis Remq togatam
Auspicio rursq nobiliore regis:
Hoc ipso felix quod conservata sub aevo
Tempore concessum restituisse Tibi
Palladis intactos Sacraria rursq in almo
Matris florentem pacificumq Sinum.
Sceptrumq decus Patris sociare trophaeis
Ter prius imperij ponere jura Tui
Quam Regina auiae Custos Vindexq Poloni
Et Regni simul et juris Academia
Fronte triumphalis gestare insignia laurj
Ad nidum redijt florida tota suum
Recuperaty 3 1660 Sed repetitis honos Viribus dum Sceptra secundis
Ad Te concordi Voce redire facit
Excessere graves, hostilia tempora luctus
Atq pacificum bellica vicit onus
Cessavere acies, imiraq castra Borussis
Finibus optatae, pacis amica dies
Foedere perpetuo trans littora Balthidis egit
Sors bona cum Svecum Rege cadente cadit
Non tamen internis Mavors cessavit ab armis
Et nova turbavit pax quoque monstra dedit
Et quam Sanguineis nec dum temeraverat Vndis
Cracopolim gladij Vindicis ira furens
Caedibus implevit Civilis dextera partes
Haereticas quando Judaicasq fovet
Dedecus ô aeternum Vrbis maculamq fidelis
O grandem populi Christiadumq notam
Numinis aeterni contemptum probraq Cleri
Heu quam parva nimis quamq pusilla mali
Palladij coetus juvenum dum vindicat et se
Proq fide intrepido pectore, proq Deo
Blasphemos contra, crudeli Sanguinis ausus
Opponit visus Sacrilegosq domat
Caeditur in facie truculentos populiq juventus
Inspectante cadit, terra cruore rubens
Innocuo Coeli proclamat Vindicis iras
Dum stupet horrescens Vrbs scelus ipsa

Robinius nuper Rector, Doctorque Lycei
Tempore in hoc Urbis munere Consul erat.
Perfida quo Lutheri et Calvini secta solebat
Urbis conspectum fugere ac Isaicidæ
Catholicos propter ritus et Religionis honorem et
Plena Maiestatis mystica Sacra Dei:
Ille ut consteret cunctis pax publica totum
Armato complet milite Prætorium
Ne quid in Hæreticos nutu delinqueret ullus
Pignora Academiæ fecerat ante rapi
Impetrataverant Regis de Curia forte
Curarat sibis quas impia perfidia
diplomatum
Patentium subnixus ope. Ergo turba fremente
Mistaque Musarum conglomerata pubes
Vocibus et testis dum Foro pellit Apellas;
Mittite Sclopporum fulmina Consul ait
O mea fida cohors peditum, date tela manuque
Impavidi gladios stringite quantocyus
Tros Rutulusque fuat nullo discrimine pergant.
Sentiat imperium parvula turba meum.
Victima Sendorovii juvenis civilibus armis
Prima cadit jaculo et vulnere fessus inops.
Transfixere alios bombardæ fulmina, moxque
Sunt data funereo corpora terna rogo.
Sendorovii corpus raptum, trans mœnia jussit
Robinskj fœdo contumulare loco
Quod canibus medijs humus ægre sordida tegit
Id latuisse tamen noluit ipse Deus
Sed cognosse locum juvenes et tollere fecit
Tristes nudati corporis exuvias
Pompa sepulchralis, mox dum tumulusque negatur
Turbatæ pubis fervida corda cieti
Dirique movisset repetiti bella tumultus
Ni rursus Sacri gratia facta loci
Flucdinagus mentes placasset. Splendida corpus
Funera, mox tumulant, queis ~~nulla~~ nihil alma Cracii
Viderat Urbs, illustre magis memorique per ævum
Nomine quo recolet. posteritatis honos
Nec mora fatales iterum res ardua casus
Inter tot curas [illegible] tua Scepthra tulit.

Mergitur Istuleis dum forte Zielenius undis
Oris blasphemi supplicium dedit
Territus! heu modicâ supremum nimium minitante caterva
Vectus equo rapidi fluminis ima petit
Nec famuli quidquam Comites valuere nec arma
Nec sonipes pernix: cum Deus ultor adest
Fluctibus haud magnis perijt, memorabile linquens
Exemplum quam sit Lex Lutherana Deo
Impietasque omnis, foedaque protervia linguae
Ex ora aeternum queis scatetque malis
Consumpsere minae pueriles, Martia quem non
Consumpsit moles, totque pericla Sagi
Nempe timoris proles tristissima mentis iniquae
Ipse satis cruciat persequiturque malos
Hos tamen innocui, turbavit culmen honoris
Sollicitumque tibi multiplicavit opus:
Cum geminae veniunt coniuncta negotia causae
Priscus Academiae queis violatus honos
Jusque queis convulsa Patrum, Sceptrique togati
Majestas, dum se jungere Zielenijs
Audet Rubinskij, sociae nec abhorruit ausus
Haeretici partes; quo graviore malo
Parvaque sua premeret. Patuit tamen inclyta virtus
Musarum oppressae, justitiaeque nitor
Enituit tandem, maculam nec repperit ullam
In Sceptri officio Lumina turba tui.
Hos inter fluctus Roszczewski cura Parentis
Soliciti nimium, non minor illa fuit
Amovere mali quidquid surrepserat intro
In Libros Calamis, Ordinis inque locum
Depositorum. Inde fuit vocata Sophorum
Concio tota simul, nosceret anno sua!
Hos essent, quocunque manu conscripta fuissent
Rubinij, an genio scripserant illa suo
Plurima sunt comperta fides queis nulla debetur
Plurima sunt alijs, tradita gesta modis
Ergo quod in vero procul, ô procul esse jubetur
E. Libris omnique autoritate Scholae
Laeserit et Patrem quod scripto Consul acerbo
Contra Academiam junxit et auxilia

Proq violatis Matris, tum Sanguine caeso
Juribus urgendus, Nomine Academiae
Dicitur ore pium, Justum Regniq Tribunal
Appellare juvat. Rector ille tamen
Auro suffultus multoq favore Senatus
Ad propriam rediit missus ab inde domum.

Altera. Suscepti per Te Pars Magna laboris
Tramite inoffenso prosperitatis iit
Thesauri qui Te neglectas sumere curas
Fecit et ambiguis, quos latuere diu
Interrupta modis, nullo discrimine rerum
Ordinis ad seriem, cuncta vocare suam
Clarisq dispositis jam tandem munera gazae
Magna Doctorum constituisse bono.
Qui labor in Lucem peperit fastidia mille
Ingentiq operis sedulitate stetit
Sic Tua venturo gratissima nomina saeclo
Efficiet Sceptri claraq gesta Tui
Non tamen a curis postremus vacuus abiq
Aut poteras pleno pacis honore frui
Litis adhuc durante malo nova rursus ab oris
Roxolanis cursu praepete fama volat
Conatus instare novos, nova surgere bella
Atq novos referens germen Academiae
Urbe Leonis eam moliri coeperat ingens
Cura Patrum. Regem dum propiore loco
Commoda Samboris retinet vicinia Sedis
Firma voluntatis signa; animumq parem
Reginaeq nacti, Laurus petere togatae
Doctorumq stirpes, Juraq Academiae
Quod facile Princeps animo concesserat, At non
Publica res Lechis, Litavisq virum
Insignes animis, quarum stetit inclytus et se
Pro Jagiellonicis opposuisse Scholis
Consessus voluit Cracis cum Nobilitate
Et cum Polonicy sanguinis eximio
Flore quod aeternis mansurum posthuma fastis
Gloria Doctorum grataq penna feret

Par quoque penna ferat vestri sublime laboris
Optime Zukovi Radzimiique decus
Ardua quod peperit vobis penitusque relicta
Causa, Togatorum tot mala totque vires
Impulsu graviore trahens. Nisi numinis alti
Gratia favisset. Canthadoque vigil
Cura laborasset quos vos delegerat inter
Tot Phoebi proceres consiliique parum
Vires et impavidos suggessit robora mentis
In facie Regni florisque Nobilium
Expectata salutem, spes tua suppressa furoris
Profuit haud quidquam sollicitusque labor
Mordaxque furor calami. Thus candida veri
Simplicitas junis conscia mensque sui
Aliis Jagiellonicae valuit reverentia stirpis
Cui sacras Phoebi Lechia debet opes.
Constitit hac serio curarum totque procellis
Cymba Magistratus est agitata tui
Te tamen invicto nec cedere fluctibus unquam
Nec viso dubiis succubuisse vadis
Aspera nempe viros non molli tramite ducta
Ostendit rerum, sors regimenque graves
Portinens curas, Tibi quod foecunda laborum
Tempora servarunt sollicitique dies;
Quo Tibi maiores, occasio maior ad Actus
Panderet accessu nobiliore viam.

M. Franciscus Rolinskj M.D.

A° 1657 ad festum Galli electus durauit tribus Comunitatibus

Principe Lechiadum postquam, Leo Svecicus urbe
Auspicijs pulsus Rex Casimire tuis
Egressus gelidi petijt spelaea Trionis
Iratum plenus, concutiensq jubar
Amissiq dolens sperati culmina Regni
Totq triumphali rapta trophaea manu.
Ut rerum facies patuit nova, Principe tandem
Culminis ingresso regia tecta sui
Cracoviae etiam redijt nova vita Camaenis
Membraq distentae mox rediere suis
Edicto cogente Scholas, doctaq virorum
Palladis ad Cathedras conveniente manu
Hoc inter plausus, haec inter publica Regni
Gaudia contemptus Suecigenumq minas
Collectis rursus post bellica fata Lycaei
Imperium et fasces plebs tibi docta dedit
Nempe Cathenarum postquam pondus ab urbe
Ablatum est, Martis conticuitq furor;
Visa renascentis species pulcherrima Craci
Vere novo festos exhilarasse dies
Inde venusta tui placuit rosa stemmatis, inter
Sceptrorum posset quod rubuisse decus.
Symbolum assiduis fortunatumq Camaenis
Terreq pacifici temporis augurium
Nec deerant bona signa tui Francisce regiminis
Ardens quippe animus, maturo visus erat
Nequaquam inferior longos aetasq per annos
Urbanis etiam fascibus aucta diu.
Hoc animos traxere virum, Medicaq facultas — Cl. D. Ochrek[i] [illegible]
Artis et Leo qui venit orbe nuper — R. D. Inckowski
Praefecere scholae te nostrae, cuncta favebant
Principio, eloquij prodiga vena tui
Quam laudavit olor Trzebicij Praesulis inter — Salutatio ingredientis Episcopi Crac.
Cracoviae veniens gaudia prima Mitrae.

Pontificem merito, dum per Te Pallas honore
Excepit Graculos, eloquiique Scholae
Totque virum grandes animo, tot lumina Stoae
Quos Doctoralis jam decorabat apex.
Plena tiarato Cathedrarum culmina Cypro
Inque facultatum laurea serta jugis
Ad numerum deducta suum, venerabile nomen
Phoebigenum ut possent proposuisse virum
Palladii Coetus per Te mens provida fecit
Imposuitque suis nomina digna locis
Speronio Theologus apex concessus, in auge
Prisca Patrum virtus continuusque labor
Sisteret ut tandem solidae doctrinaeque mentis
Totque animus studiis fessus, amansque boni
Par decretis honos Krzistavscij Dambrovij
Sublimi ingenio judicioque pari
Rosczewi placidum pectus, Consoque dicatum
Ossendovij decorans Zancurijque caput
Dilectum Musis suadae manansque fluentis
Pro studii veteris sollicitumque bono
His quoque Grabianovij pectore assensus ad ipsam
Accessit laurum, deproperante gradu
Mox et Zozacius Medicae suprema Cathedrae
Jura tenet niveos consequiturque Patres
Hac tanta serie Doctorum pulchra refulsit
Orbis Academici Gloria, pulcher honos
Illibatae fides hos fecit Suecica quando
Bellorum fremuit fulmina totque minas
Pectore constanti pro Rege et Religionis amore
Mille parata Cruces, milleque damna pati
Sic intacta simul, simul et faecunda virago
Servavitque fidem progenuitque viros
Inque coronatis Doctorum frontibus ipsa
Constantis Fidei laurea serta tulit
Quod sceptris FRANCISCE tuis servavit amica
Sors tibi. Magnorum sors nimira virum
Surgeret ut sub Te Mater jam proto beata
Vivere dum Lechis crederer illa minus

Sed Tua Semestri primo, Hæc præclara fuerunt,
Exitus Officij est, dispar ab initio
Dum consequenter Rectorem posthac egisti
Horreo dicta mihi: mens stupet acta alijs
Tum quidquid Montem contra jus fasq[ue] notasti
Et quo te Nemesis præcipitavit atrox
Tum quidquid contra Matrem Proconsul egisti
Et quod pro meritis præmia retuleris — Jesuitis
Harpocrati sed etenim per me isthæc tradita sunto
Ne qui Te suis eram lædere velle putor
Ut sileant omnes clamat tamen ipse voratus
Vindictam sanguis Numinis innocuus — 3 Studiosi occisi
Et Celsæ virtutis honos, laceratis iniquo
Quem strinxit libris impia dextra stylo — Liber Con[...] combustus
Si Tua quis Prudens Componeret ultima primis
Quot Medico direct, Tot Tibi sunt facies.

M. Stanislaus Iurkowski S. T. D.
Praepositus S. Floriani electus 4 Idus Maii 165[illegible]

Post mortem Petri Gembicki quo die [illegible] [illegible] patuit aditus

Ausoniis reducem terris Phoebeius inter
Doctorum cathedras Te decoravit apex.
Nempe Togatorum communia iura tot annis
Ante Vaticani publica rostra fori
Quod tanta virtute palam defenderis; et quod
Convulsum Lechicae Palladis imperium
Non tuleris, docti liberrima colla Senatus
Impatiens minimo posse subesse jugo.
Conservata tuis Musarum gloria curis
Munera debebat reddere grata tibi.
Itur igitur Sceptris, testari visa togatis
Phoebigenum voluit Te caput esse virum.
Nec Tibi consilium prudentia parta tot annis
Inferior tanto munere visa fuit.
Promptior in Te animus vivax, et natus ad omne
Palladis officium, sedulus atque vigil
Difficiles curas et ardua negotia solvens
Judicio magno dexteritate pari.
Pulchraque Sceptrorum Te gloria ferret in aevum
Eximium laudis ni temerasset opus
Turbarum quas nunquam alias graviore procella
Ivit in innocuos. Te moderante viros
Pacifici coetus discors totusque reducta
Tempestas sedibus non memoranda meis
Convulsas quid enim leges, decretaque Patrum
Et gravibus narrem jurgia facta malis!
In partesque geminas Scholam et in ardua scissam
Heu quam diversi Symbola consilii
O Sceptris melior aliis! o pacis amicum
Nomen et unius o bone cordis amor!
Palladias sedes et Jagellonidos almae
Unanimes quondam pacificasque domos
Incolite aeternum. Succedant aurea tandem
Saecula, conversis tempora laeta vices
Excipiant; rursusque animos regat unica prisci
Regula candoris, nec simulatus amor

Mens pia, Libraq Juſtitiæ: procul anxia cedent
Jurgia: ſi fuerit mens et avara procul
Sit manſura tui Princeps Academia Sceptri
Gloria perpetuus ſit tibi Stabit honor
At vos qui regitis Stoam, hinc non artibus illam
Diſcite; ſed Solâ Simplicitate regi.

Quod sub Deyhis palea [illegible] et quod
Commodum [illegible] Delladis [illegible]
[illegible]
Imponent [illegible] subetio jugo
Conservant hic [illegible]
[illegible] debebat [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

78
128

80
130

131
81

AVSPICIVM
IN
SOLENNI
Magnifici, Clariſſimi & Admodùm Reuerendi Domini,
D. M. ALBERTI ŁANCVCKI
I. V. D. & Profeſſoris, Eccleſiarum Collegiatæ SS. Omnium Cancellarij, S. Michaëlis in Arce Crac: Canonici, Decani Proſſouien. Parochi Luboricen, &c.

IN GENERALEM
Almæ Vniuerſitatis Cracouienſis
RECTOREM
RENVNTIATIONE
A
Gratulantibus Parnaſsi Academici Muſis eidem Vniuerſitati Celeberrimæ feliciter prædictũ
ET
Ex ſoliſtimis Pieridum tripudijs
PER
SEBASTIANVM PISKORSKI, Art: & Ph: B.
OBSERVATVM.

Anno Domini, M. DC. LXI. VI. Cal. Nouembris.
CRACOVIÆ,
In Officina Viduæ Lucæ Kupiſz, S. R. M. Typogr.

CRedetis? extra nil refero fidem.
O Craciaci Lumina Athenei!
Conſentientûm Vota quorum
Præſtitibus placuêre Diuis.
Vix dum Togati Sortibus Ordinis
Regale Pignus Lancvcio datum,
Vix apprecatum eſt vt perennes
Soſpes agat NeoRector annos!
Percuſſa Doctis oppidò ab exedris
Reſpondit Echo Viuat! & excijt
Audita Parnaſſo bicorni
Pierias Helicone Muſas.
Inuſitati protinus inſciæ
Rumoris illæ, proſiliunt cito
Omnes cothurno, dumq; crebras
Accipiunt reſonare Voces:
Intaminatis Lancvcivs regat
Stoam calendis! ilicet aureâ
In fronte factæ lætiores,
Purpureo rubuêre vultu.
Mox defluentes Virgineo lyras
Traxêre collo, grataq; dulcibus
Affabrè adaptauêre chordis
Barbita, ſetigeriſq; plectris
Ex arte doctos ludere pollices
Iuſſère, ſuaui pars citharam ſono
Exercet, ex argenteo pars
Nectareos parat ore cantus.
It clangor aſtris! iam vacuam propè
Tranſcendit æthram, Lancvcii nimis
Celebre Nomen. Fama circùm
Quod niueis reuehens quadrigis,
Lataſq; Regni Sarmatici plagas
Circumvolando, Pegaſeis ſuper
Deportat alis. inclytarum
Vndiq; concomitante ſummo
Splendore Laudum. quas lateri Themis
Adnixa dextro, miſcet honoribus
Ampliſſimis, Conſusq; læuo,
Laurigeris redimit coronis.
Ornata pennis verſicoloribus
Et Suada circum - Lancvcivm - volat
Eiuſq; latè fundit almum
Stentoreâ propè voce Nomen.
Hinc quas in oras illius aduenit
Caduceator, fœnore maximæ
Laudis recepto, currit vltra;
Siue Aquilæ Lechicæ vetuſtum
Nidum reuiſit: perpetuis ibi
Inſcripta Cedris tam celebris Viri
Momenta cernit; ſiue Poſnæ
Ille Scholam moderatur Vrbis:
Vbiq; floret, pronaq; Principum
In ſe Virorum lumina, maximis
Virtutibus trahens, per omnem
Sarmatiæ celebratur oram.

Nam quis diſerti munera Tullij
Doctaſq; fulgens Ingenij iubar
Inter cathedras? quis profundos
Conſiliorum in eo receſsûs
Non obſtupeſcat? Litibus Arbiter
Quocumq; prudens LANCVCIVS venit
Determinandis, vincit ille
Æacidas Minoëſq; iuſtos
Iuſtinianæ pœnè triarius
Antiſtes aulæ. Cracia teſtis eſt,
Teſtis Minor Maiorq; Lechi
Ampla Domus, memoriq; mente
Sublime Nomen LANCVCII tenet.
Qui Laureatis dum modò Faſcibus
Inauguratur Rector; haud iam
Sola Academia, verum & ipſe
Plaudit canoris vndiquè perſonans
Aër Camœnis! Viuat in vltimis
Auditur oris! Viuat JO!
Caſtaliæ geminando Nymphæ
Congratulantur LANCVCIO quidem
Faſces; at almis Patribus inclytum
Rectorem eorum. Quêis reciſis
AVSPICIVM cecinêre fibris:
Aurata digno Sceptra gubernio
Mandare vultis? non melioribus
Tractarier, quàm ſoliusmet
LANCVCII poterunt ab vlnis.
Immugientis, triſte Rutenici
Robur Leonis frangere & inuida
Deſideratis concupita
Conſilio cohibere veſtro?
Peracta res eſt! æthera perſonant
Viciſtis JO! gloria præſtiti
Latè triumphi, reſtitutis
LANCVCIVM manet iſta rebus.
Nam quî Paterno nunc Academiam
Fouere nolet pectore? quam ſuis
Iam iam labantem de nefaſto
Interitu velut alter Atlas
Portauit armis? Dicite Sueticum
Nè vulneraret res Academicas
Ecquis Leonem ſtrinxit, eiuſq;
Igniuomas cicurauit iras?
Vt ſacra Muſis ſtare Palatia
Tutò dediſſet. Nonnè cathemate
[Sic Hercules olim trifaucem
Perdomuit Barathri Moloſſum]
Compreſſit iſtud LANCVCIVS ſuo?
Quem præter Hoſti Virtzius inſitam
Tractauit indolem, profundas
Mentis opes veneratus eius.
Non retroactis promeritis ego
Canam trophæum. tranſiliam graues
[Quos Vniuerſitatis ille
Pro meliore Statu libenter

Tulit] labores, quà Generalibus
Terreſtribus quà ſæpe Comitijs.
Quis nam recenter excitatos
Hæreticâ feritate Motus,
Et detonantes vndiquè turbines
Sano repreſſit Conſilio? Tuo
O digne LANCVCI! labore,
Compoſitum, vigiliquè curâ,
Quidquid tumultûs Hæreſis impia
Contra Parentem ſtrinxerat Optimam:
Comitialis Ciuitas hoc,
Hoc celebris loquitur Vauellus.
Quòd ſi Sereno fulſit ab Eoo
Parens Apollo, certa ſerenitas
Speranda terræ eſt; nonnè Cordi
Spes parilis retinenda noſtro?
Dum iam Togati LANCVCIVS chori
Renuntiatur Rector & accipit
Faſces regendos; nonnè certa
Proſperitas venit ominanda?
Hic ipſe Matri quæ fuerant modò
Ab efferatis Spicula cornibus
Inflictâ, tollet: quiq; nuper
Æolijs abiêre clauſtris
Tempeſtuoſos AVSPICIO ſuo
Fugabit Euros, ille minacibus
Reſiſtet armis, ille claros
Reſtituet ſine nube Soles.
Faceſſe quiſquis dente Theonio
Armatus, Almæ vulnera figere
Matri minaris! inuidorum
Strangulat iſta Catena namq;
Os Zoilorum; quin potiùs pio
Precare Voto Neſtoreos agat
Vt RECTOR annos, inclytoſq;
LANCVCIVS regat ipſe Faſces.

In Stemma Academiæ.

Deſine Laurigeros diſſoluere Zoile Faſces,
Gloria nulla Tui crede Laboris erit.
Sis licet Herculeo ſuccinctus robore Cyclops,
Vana tricorporeo cum Geryone cupis.
Aurea LANCVCII ſtringit quodcumq; Catena,
Centimanus nequit hoc diſſolùiſſe Gyges.
Ioachimus Enguer, Stud. Eloq.

ALIVD.

Parce metu concuſſa malis Academia ventis,
Omen præſentis proſperitatis habes.
Amodò Seianum facias procul ire Caballum:
Nam Tua ſoſpitibus fata trahuntur equis.
Quod Torquatus erat Romanâ Victor in Vrbe
LANCVCIVS, præſens hoc Tibi Rector erit.
Nomine conueniunt. coluit pietate Parentem
Ille; nec hic Matrem non coluiſſe poteſt.
Ioannes Enguer, Stud. Eloq.

133
83

SCEPTRA RECTORALIA,

Magnifico, Perilluſtri, & Admodùm Reuerendo Domino,

D. M. ALBERTO PAPENKOWICZ,

S. TH. DOCTORI & PROFESSORI,
Eccleſiæ Collegiatæ S. FLORIANI
PRÆPOSITO,
Contubernij Staryngeliani Prouiſori,
Studij Almæ Vniuerſitatis Cracouienſis
Generali RECTORI;

dum A

Perilluſtri, & Admodùm Reuerendo Domino,

D. M. IOANNE RADZKI,

S. TH. DOCTORE, & PROFESSORE,
Eccleſiæ Cathedralis Cracouienſis Canonico,
Collegiatæ SS. Omnium Præpoſito,
Scholarum Vladiſlauianarũ, & Contubernij Siſiniani
Prouiſore,
Protonot. Apoſt. S. R. M. SECRETARIO,
in Rectorem Vniuerſitatis ritu Solenni
INAVGVRARETVR,
honorificè COLLATA,

& A

M. STANISLAO IOSEPHO BIEZANOWSKI Leopol.
Philoſophiæ Doctore, Collega Minore, Ordin: Pòëſeos Profeſſore,
applauſu gratulatorio

CELEBRATA.

Anno ſalutis 1679. Die 25 Menſis Octobr.

CRACOVIÆ, Typis VNIVERSITATIS.

SCEPTRA RECTORALIA.

Principem apud eruditos trabeam mereri,
res non promiſcui honoris,
cum ex animi pretio veniat, virtutis lydium lapidem habet.
Ad paludamenta, & faſces Regum,
etiam cunarum faſciolæ trahunt;
crediturq́; ſorti naſcentium, quod ſuffragia poſcit.
SCEPTRORVM in Regno Sapientiæ ius,
cenſuræ publicæ rigor, cum diſpenſet;
Epidaurio ſerpente cernit acutiùs, vt optimos legat.
Nimirum
proſtat vbiq; pumex, & alga; gemmæ ſub concha ſunt.
Plumbeæ animæ tollunt ad faſtigia manus,
aureas mentes ægrè cogas.
Hoc verò in re literaria, etiam Atlantibus formidandum.
Quanti lacerti illi!
quibus incumbunt tot erudita lumina, tot Orbes;
habentq́; ſuos exccentricos, vt motibus etiam contrariis eant.
Sapientum vt nihil liberius ſenſu, ita Sceptris nihil operoſius;
non eripies illis Senaculum animi ſui, & tripodem;
in eo, quod quiſq; ſapit aut ſentit, iuxta vetus edictum,
Domi ſuæ Rex eſt.
Aureâ ergo Herculis catenâ, lenibus nempe imperijs opus;
vt ſuauiter flectas, vt non inuitos teneas;
quæ Te nobis
Magnifice, ac Perilluſtris Domine
ALBERTE PAPENKOWICZ
S. Th. Doctor, & Profeſſor, Præpoſite S. Floriani,
Vniuerſitatis noſtræ Vigilantiſſime RECTOR,
miro animi Tui temperamento monſtrauit.
Pronum erat in Te, votis non reluctantibus ferri;
cum iam pridem egeris, vt affectus in Te noſter ſpontaneus eſſet.
Veniſti ad Sceptra hæc gradu ſuauiſſimo,
ante Pater animo quam faſcibus RECTOR.
Hoc eſt non humeris omnium, ſed etiam cordibus tolli;
quibus Te faſtigio RECTORALI impoſuit,

felix imperantium baiulus amor.
Diliximus in Te placidum illud animi tui,
quo halcyonia ſpiras;
vt aliquando res noſtras conciliet, turbida componens
leni moderamine tridens.
Meritorum quidem ratio, totum in ſuffragiis pondus;
ſed animus quoq; plenus meritis, ſimulq; cõpoſitus in ſe, & paternus,
votorum pro Te ſumma ratio,
nomen tibi apud eligentium trutinam fecit,
& carum, & magnum.
Quanquam vero Sceptrorum iſte honos
longæua merita Tua coronet;
non nouus tamen domi Tuæ, ſpectatiſſimo exemplo præceſſit,
in magno olim Patruo Tuo,
IACOBO VSTIENSE,
Præpoſito S. Flor:, Vniuerſitatis noſtræ toties RECTORE.
Virum hunc incomparabilem,
res noſtræ in arcto poſitæ, Romæ vindicem ſuum cum habuiſſent;
Philoſophum ſine pari ætas illa, & Peripatus vidit;
dignum ob ſummam animi ſpeculationem,
quem D. VLADISLAI IV. Auguſtum iudicium,
ad charitatiuum cum Hæreticis colloquium Torunenſe
Achilem eligeret.
Quidni ergo illi, faſces ſuos Sapientia inclinaret?
cui tantus in animis, & in Orbe erudito triumphus;
vt magnum illum ſpiritum, quo imperium ſapiens animabat,
non niſi in Sceptris RECTORALIBVS,
poſtquam Sereniſſimum olim IOANNEM CASIMIRVM,
ad Sceptra Regia deductum ſalutaſſet,
& ſenij noſtri, & literarum Princeps exhalaret.
Decus hoc ſanguinis tui, & magni animi exemplar,
ſecutus es tractu meritorum continuo;
donec eodem conſiſteres, & virtutis, & honoris in puncto.
Prodijſſe alio, ex re Vniuerſitatis ſi libuit;
felices in literis curas tuas probauit,
& Bialenſis Collegii regimen, & Principum Sanguis.
Quidquid in Curſu VLADISLAVIANO arduum,
Decanatu inter Philoſophos operoſum,
diuinum inter Theologos, & ſupra mentes humanas eleuatum,
cum ad intelligentiam tuam venit, reſoluit illud par ingenii
Claritas & acumen.

A Laurea Theologica Doctoratûs Romani,
ad emeritum inter Academiæ Doctores Theologos locum,
virtutis, & Sapientiæ Tuæ proceſſus,
voto publico, & honori ſuo cum reſpondiſſet;
Legatus Vniuerſitatis in maximis Comitijs,
quibus prodiit in Orbem Sereniſſimi olim MICHAELIS
in Regem Poloniæ electio ſtupor,
rerum noſtrarum momenta, etiam cum diſcrimine ſuſtinuiſti.
Poſt auguſtam hanc Orbis Poloni faciem,
non reſtabat vllum magnificentius Virtuti Tuæ;
quam Præpoſituræ S. Floriani theatrum.
Prælatura hæc, pro ſummis Viris ſeruata,
fuit in Te Academici Senij decus,
priſci candoris Ideam, moderationis animi Tempe,
viuum amoris in Profeſſores ſpiraculum;
quo paterne egeſti vt fieret
Decanatus Tuus Theologicus
Doctoribus fecundus.
Cum ergò animum Tuum, tot merita coronarent;
Sceptra illi RECTORALIA cur deeſſent?
Tu quidem ab eorum ambitu procul; ſed noſtrum erat,
pretium Tui noſſe, ex eoq; Tibi trabeam vſq; eruditam
ſumma omnia velle.
Habeat felix Inauguratio Tua,
hoc in auſpicijs ſuis maximum;
quod volupè nobis ſit, eò Te votis omnibus,
& animorum dulci gaudio ſequi;
quò Te intulit, arcana illa rerum in Orbe ſeries;
quæ Deo ſoli nota, à faſtis immortalibus pendet.
Damus animos, nutibus tuis faciles;
adolemuſq; thura cordium pro Te, eo igne ſuccenſa;
quo in honores tuos ſpōte inclinatis, & in bonitate de Te ſentiētibus
ſuauiſſimum eſt calere.
Sit cor Tuum in manu Dei, noſtrum in manibus tuis,
iamq; ab ipſa Gratia Cæleſti per IOANNEM Inaugutatus;
in mutua charitate, reſtituas nobis, & viuas,
plenum gratiæ ſeculum;
vt per Facultates & Collegia, viris ornatiſſimi,
animo coniunctiſſimi, inter hilaria noſtra cernamus;
quomodo ſub optimo Studiorum Parente,
etiam annoſa, germinauit vt lilium,
SAPIENTIÆ MATER.

135
88

COLUMEN ACADEMICVM,

ingentibus meritis fractum;
Sed in columnam æternæ gloriæ,

PERILLUSTRI olim, & REUERENDISSIMO DOMINO,

D. M. SIMONI STANISLAO MAKOWSKI,

SACRÆ TH: DOCTORI, & PROFESSORI,
Eccleſiæ Cathedralis Crac: CANONICO,
Collegiatæ SS. Omnium PRÆPOSITO,
Curatò Naſiechouicenſi, Contubernij Hieroſolymitani PROVISORI,
S. R. M. SECRETARIO,
Almæ Vniuerſitatis Cracouienſis
PROCANCELLARIO;

DVM

in Eccleſia Collegiata S. ANNÆ,
Iuſta ei Funebria, maximo omnium dolore perſoluerentur;

A

M. STANISLAO IOSEPHO BIEZANOWSKI Leopol:
in eadem Alma Uniuerſitate,
Philoſophiæ Doctore, Collega Minore, Ordinario Pòëſeos Profeſſore,

Monumento ſepulchrali

ERECTVM.

Anno Salutis 1683. *die* 12. *Menſis Ianuarij.*

CRACOVIÆ, Typis Uniuerſitatis.

COLVMEN ACADEMICUM.

Rebus ab ipſo cardine motis,
& cum Sacra Iouis cella, delubroq; veteris imperij,
literarum Capitolio tremente ;
Si adhuc Endymiones dormiunt, ſi non excutiunt lethargum
cicutam eos, aut lethæa pocula bibiſſe,
Muſarum, & ſui obliuio conuincit.
Eheu cordium ſopores ! eheu cauernæ mentium!
res non vno ictu agitur, nec ad vnam incudem Mulciber ſudat
& adhuc ſibilus vobis, non tonitru, non fragor!
Maurus Atlas,
ſi ſub immenſa concideret mole;
nonne Libya tòtis dehiſceret, terræ mariſq; fibris ?
an non cum Hectore totum Ilium ?
an non cum Achille, totus procubuit Helleſpontus ?
Si grandes machinæ, nec dum apud nos concidêre ?
ecce nouiſſima omnium;
ſed quæ corda, & ſecula omnia in ſtuporem agat,
celſiſſimæ gloriæ machina;
eademq́; ad cordolium noſtrum, immenſi doloris catapulta
Ex damno incomparabili,
Columen hoc æſtimandum eſt;
quod in ſummo, & incomparabili viro, *Peri*

Perilluſtri olim, & Reuerendiſſimo Domino,

SIMONE STANISLAO MAKOWSKI,

Sacræ Theologiæ Doctore, & Profeſſore,
Canonico Cracouienſi,
Almæ Vniuerſitatis noſtræ PROCANCELLARIO,
concidit eo ſonitu;
quo niſi marmora pectorum ſcinderentur;
neceſſe eſſet viſcera cordium,
in Rhodopen totam, & Hyrcanas rupes abiiſſe.
Date lachrymas, date gemitus,
etiam Zenones, etiam Stoicæ animorum columnæ;
hiſpidæ nubes in ſupercilio Catonis,
niſi dolentium guttis, nunc roridæ ſint;
Catonem ego ſtatuam, non hominem putem.
Sapientum quippe cor, ſi penetrabile vulneri?
cur non penetrabile dolori?
præſertim vbi parricida dolor, tranſiit vſq; ad medullam.
Euulſi tamen prope ab ipſo fundo,
cadimus quidem ſuper vrnam tanti Viri,
lachrymoſis oſculis, & extremo cinerum amplexu;
ſed non cadimus animo;
quia Columen hoc ingentibus meritis fractum,
diſſilijt quidem in fragmenta corporis;
ſed animi virtute, & robore gloriæ, auguſtiùs ibit,
in eminentiſſimam poſthumi nominis columnam.
Magnitudini tantæ ſeruijt in eo,
immenſa ſeries meritorum,
Per omne genus Cathedrarum, & per omnes ſapientiæ Delphos,
verè in vno homine, totus ſcientiarum orbis;
& in vno pectore microcoſmos;

 quando

quando ſolus omnibus, & præ omnibus fuit,
Profeſſor, Doctor, Eccleſiaſtes, Scriptor,
verè iuxta anagramma nominis ſui,
SIMON OMNIS.
qui vt in Columen Vniuerſitatis creſceret olim,
venit ad eam ætate, & profectu maturus, ac ſolidus;
ante Cathedras & laureas, totus in ſe coronatus,
totus animo, & calamo Doctor.
Poſt coronas Philoſophicas, corona illi maxima,
virtus operoſa; & hoc ſolum in lucro computans, quod egiſſet.
Inde robur animi ſolidiſſimum,
baſim habuit magnæ in Deo fiduciæ, & manus in opere ſemper.
Eccleſiæ Collegiatæ Diuæ ANNÆ annis cōpluribus,
Magnus Eccleſiaſtes,
hoc vnum dilexit, in celebri Cathedra;
quod poterat ſine dote, ſine ſolatio, fidere Deo, & mereri.
Hoc agentem inter ardua laborum,
ſacro honorum faſtigio dignum, vidit ſummitas Vauelana;
dum in Præfectura Seminarij Crac: conceſſit illi,
ceu in Diœceſis totius ſpecula,
vitæ, & ſapientiæ, ſpeculum fieri illibatum.
Hîc ille animum Heroem indutus,
rerum ingentium Atlas eſſe incœpit;
dum Cathedram Academicam, tot ſimul Cathedris iungens,
& in omnibus ad ſtuporem reſpondens,
impleuit loca omnia tanta magnitudine,
ceu hoc vnum egiſſet.
Duodecem labores Herculis, ſint licet veteris æui ſomnia;
hic certè & Antæum, & Diomedem, & Caci flammas,
& omnia ſimul triumphata,

non

non vno Leonis ſpolio, ſed tot ingentium operarum manubijs,
inuicta veritas conuincit;
cum & victor per Cathedras euaſit; & Leonem Suecicum
ſub tempus hoſtilitatis, verbo Dei non ſemel pupugit;
& hæreſim, ceu Buſiridis aras euertit,
zeloſus Concionator, & pro Deo, ac Eccleſia Alcides totus.
Ergone illi ſtatio Academica,
per vtrumq; Collegium, & per omnia Doctorum ſubſellia,
vſq; ad Rectorale faſtigium non auguſta?
Stare certè Iouem Olympium,
in Curſu Philoſophico, & Theologico putaſſes;
tam infractus, tam domi, foriſq; docendo, & diſputando inuictus;
cùm ardua omnia exhauſiſſet; adeò ſerenam frontem retulit;
ceu non inter Symplegadas nauigaſſet.
In rebus Philoſophicis, & Theologicis,
cùm vix non prodigiosè excelleret;
dulcorabat omnia mira facilitas, contegebat modeſtia,
& animus ſemper philautiæ hoſtis.
Faſcibus Academicis,
adhuc Theologiæ Profeſſorem propè inuadentibus,
adtulit parem animi magnitudinem;
ſed non ambitum, aut faſtum.
Rerum illa facies, quæ tum fuerat,
murum aheneum popoſcit, & inuenit.
in vno pectore, omnis armatura fortium;
& mille clypei obiecti,
excepêre miſſilia ſine vulnere, ſine clade.
Stetit Rector pro iuribus,
pro annoſæ Matris honore, pro aris, & focis literarum,
etiam ad victimam paratus;
vicitq; in eo, tot ſeculorum opera, tot aduerſorum ſtupenda,
robur, & inuictæ victrix conſtantia mentis.
Placuerat Sceptris Rectoralibus, magnanimus ille genius;
ad quem cum ſæpiùs redijſſent,

augu-

auguſtiora prodiêre,
in exemplum omnis æui, ad miraculum noſtri;
cùm non ſub vno pondere gemens, nec vno iam cinere ſepulta,
Virtus tandem, & innocentia literarum triumphaſſet.
An non & illud prodigii loco? quod inter tot æſtus negotiorum,
ſimul clauum, faſces, vela, remoſq; tenens;
ſimul & calamum in expedito habens;
ſic Orbi ſcripſerit, ſic volumina illi dederit;
ceu vaſtam Syriæ ſolitudinem, aut ſacra Thebaidos incolens ſpelæa,
non Sarmaticam Heliopolim rexiſſet, nec Principes regni Athenas.
Poſt Tomos Concionum, magnis ſudoribus emenſos,
verſæ ad Peripatum curæ;
datuſque luci publicæ Curſus Philoſophicus,
mentis clariſſimæ diaphanum oſtendit.
Supra tabulas quoq; mandatorum Dei lapideas,
aureum nomen exaratum,
explanatione Decalogi tam accurata, tam ſolida,
exegit monumentum ære perennius;
in quo eum, loquentur æternitati literæ, digito Dei ſcriptæ.
quin & vltima laborum eius, ſed ſuauiſſima portio;
quia ab animo, iam cæli gaudia prægustante profecta,
ſub rubentibus alto Sanguine Rozrazeviis Rosis,
prima parte Theologiæ, òrbis faciem non erubeſcet.
Sub hoc purpureo coronamento,
Doctorem Theologum cælos ſubire oportuit;
qui Regio vbique, & excelſo animo,
etiam inter aculeos difficultatum, metebat ex ſpinis roſas,
& meruit coronas;
illo ſupra omnes honorū vertices, Magnificentiſsimo animi faſtigio;
ex quo tot illicia maioris fortunæ,
tot pingues Prælaturarum aſcenſus,
ſolo deſcenſu eſt ſupergreſſus, quo aſcendere noluit.
Grande irritamentum, ſed non tantæ conſtantiæ,
Præpoſitura S. Floriani,
experimento ſæpius repetito docuit,

quam

quàm Columen hoc in ſeipſo ſteterit inconcuſſum;
& *quam fortuna nihil ſuper addere poßit, vbi virtus in ſummo.*
Heroicam quippe mentem, ſpes otij non attigit, non inflexit;
quæ negotiis agitata, ad eam ſui compagem iam venerat;
vt ſæpius eluſas, ridiculas haberet laborum & fluctuum vices.
Tam inſignis, tam opulenta,
ad malaciam, & reſpirium à laboribus occaſio, cum ſe offerret;
cordato literarum Heroi generoſiùs viſum,
ex acie non recedere; ſed aut vincere, aut tolli;
voto illo gemmis omnibus conſignando;
quo aliquando in prælectionibus publicis,
fractus iam ſenio, & in aſcenſu Cathedræ Theologicæ labaſcens,
ſuccurrentibus ſibi indignatus eſt;
quod rem glorioſiſſimam prohibuiſſent,
Doctorem in Cathedra mori.
Ergone inter gemmas coronæ triplicis,
Perauguſti Capituli Cracouienſis,
adamantem hunc pretioſiſſimum,
Diuina locari manu non decuit?
qui per tot auguſta probatus, non poterat honorificentiùs;
quàm in Auguſtiſſimo Epiſcoporum Seminario,
nimirum in gemmarum Orbis Poloni Dactylotheca ſeruari.
Ita Prælatorum votis expetitus,
Ordinum Academiæ centuriatis ſuffragiis lectus,
in coronide vitæ, ad æternitatis oſtia coronatus,
Canonicus Cracouienſis,
honorum titulos, & virtutum decora omnia;
hoc vno clauſit æternùm, & ſignauit;
nimirum ſeipſo, conſtantiſſimo in omnibus
Adamante.
Ab hoc robore, ipſa etiam mors,
tam heroicè excepta:
quàm vita piè, & innocenter exacta,
à columine rerum noſtrarum non ceſſauit;

 quam-

quanquam ſub ingentibus meritis procumbens,
exuit mortales Atlantis exuuias,
non virtutem.
Auguſta hæc, immota, perennis,
in columnam illi celſiſſimi nominis aſſurget,
nobis in adamantinum Columen,
magnitudine illâ geſtorum, & gloriæ;
quâ toties Atlanteus Rector,
quot ſuſtinuit rerum, & ponderum machinas;
vtinam tot PROCANCELLARIUS,
iam ſub tanta manu poliri, & coronari anhelantes,
expedito illo agendi, & incomparabili ſpiritu,
rei literariæ efformaſſet columnas!
ſed arcano Diuino tranſlatus,
firmabit res noſtras inde ſolidiùs;
vbi firmiſſimum in DEO *Columen noſtrum,*
D. Patriarcha CANTIUS triumphat;
pro cuius ille ſacris honoribus, ſolidè in terra laborauit;
vt vel ex hoc ſolo lapide adiutorij,
pro cadentibus Columnis noſtris, viui lapides naſcantur;
qui rem Vniuerſitatis conſolident;
inter gemitus maximos, hâc ingenti fiduciâ noſtrâ;
quia
ſi fractus illabatur Orbis;
ſtabit res Academica,
in CANTIO
LAPIDE ANGVLARI.

4

CARMEN SAECULARE

XX.

Pro exacto felicissime, Secundi Saeculi decursu post confir.
a S. Sede Aplica DEO TER OPTIMO MAX. Almae Univtis nrae.
Divisque Caelitibus
gratias agens
et
Ex optatissima tertii Saeculi initia imploratis Caele-
stibus suffragiis auspicatissime incipiens
Ad
Cytharam Phoebi Academici
M. Stanislai Bieżanowski decantatum
et
in Fastos Academiae huiusque inscriptum.

ODE Dicolos Tetrastrophos.

Altius nunc iam sonet eruditos
Musa concentus, geminetque votis
Vota centenis geminata bini
Gaudia saecli

Candidis quando rediere bigis
Quando bis centum velut uniones
Annos Pallas rutilante soles
Gestat amictu.

Melleos sitiet latices prioris
Gaudium saecli, liquidique puram
Fundere in nostras poterat medullas
Nectaris undam;

Quos favos vel quod mare suavitatum
Terminus saecli referet secundi!
Roscidis o quam super erudita
Pectora vatum

Depluet nimbis, pluet io caelum
Ostiis doctas recreando mentes!
Tu modo mecum Schola saeculares
Incipe plausus.

Quid siles? Bini modicamne censes
Gratiam saecli. Dubiis notantur
Quando momentis, fragilique nutant
Omnia casu.

Dente cui unquam rabido pepercit?
Integrum plene quid in universa
Hactenus rerum facie reliquit
Dira vetustas
Urbium vastae domuumq moles
Cumq miraculis cecidere septem
Et suum vidit quae sibi facta tandem
Roma sepulchrum
Magna pars urbis senium recusat
Multa natales rapiuntur inter
Et cadunt ipsos feretrumq cunis
Flebile mutant
Posse bis centum numerare soles
Cum per horarum data certa nobis
Portio ô quantas sibi posset isthaec
Gratia grates.
Flos senectutis geminumq nostrae
Palladis saeclum, seniesq rerum
Nunquam in alternis titubans procellis
Honor superni
Est opus dextrae, sapientiaeq
Pignusq aeternae? quis enim negatur
Artium molem solidare fusis
Aere columnis
Aut ita humana potuisset arte
Staret ut per tot generosa tractus
Plusq profectu meliore semper
Cresceret ultra
Totq dilectae sobolis sophorum
Posset illustres numerare plantas
Summa maiestas nisi sanctiorem
Coelitus auram
Dulce spirasset, niveusq coeli
Ordo favisset trepidosq civium
Palmites Christi nisi summa nostri
Cura parentis
Atq amor cantus vigil excubasset
Totq iam pulchris superum receptis
Sedibus mentes quibus alma dulce
Praebuit uber

Lechia Mater Studij, Sinusq[ue]
Jura materni viridesq[ue] lauros
Rebus aptassent sociata ni suf-
fragia nostris

Hoc tuum totum est Pater o supreme
Candor aeternae pelagusq[ue] lucis
O bonum summum! O Sapientiae abyssus
O Dei alme

Hoc tuum totum est proin ante culmen
Jure procumbit solij tremendi
Quando bis centum religata duris
Saecla catenis

Jure nobiscum tibi mancipamus
Mille pro donis tibi gratiarum
Reddimus gutta minus et pusilli
Munus honoris

Fac age o vastum mare suavitatum
Saeculorumq[ue] o Pater absq[ue] saeclis
Tertius status sit ut auspicatum
[illegible] saeclum

Arca coelestis Triadisq[ue] templum
Mater et sponsa et Patris aeterni
Filia, o coelum! o thalame! o superni
Lectule sponsi

Te sacrosanctae Triadis beato
Gratius nil est oculo proinde
Haec triax nobis venientis aevi
Fac bona lucrat:

Vos quoq[ue] o Divi proceres adeste
Et prece olim geminata fusas
Tertius laudes redit ergo opem con-
cedite ternam.

Quid? novum lucis jubar eruditus
Fallor! an coeli micuit sereno
Quid sibi fax haec rutilansq[ue] clodo
Sydus in axe

Quid sibi fragrans thymiama poscit
Totq[ue] odoratae nova suavitatis
Cynnama et Casti quid amoena poscunt
Balsama odoris.

Lucidos nobis nova spondet annos
Lux mirans sancti cineris sepulchro
Vota adoratis placuisse nostra
Flamine grato.

Approbat Coelum Cineris levatur
Dum revelati pretiosa ab umbris
Gaza terrenis Cracoviamque complet
CANTIUS urbem.

Aureum nostri jubar hoc Lycei
Auream nobis reserat futuri
Saeculi veram, Studijsque gradum
Spirat odorem.

Hoc Tui pignus meruere fasces
Magne Clepari, Theologi ac non
Jure sacratos cineres levaret
Theologorum.

Syderis Magni Cathedraeque Sacrae
Praesidis, Summi decuit professo
Hoc manu attolli nivei innocentis
Corporis artus.

Ergo iam rerum facies novamina
Candidis Io properet quadrigis
Rursus o fenix. vota Saeculares
Incipe cursus.

Omne perfectum Triadis sacratae
Clauditur quod si numero; beatum
Nunc ab aeterno licet ominari
Numine Saeclum.

Ponendum immediate post Renovationem M. Sebastiani à Clepart. Sublevatoris Cinerum Beati Patriarchae nri Joannis Cantij Rectoris 2.do A.o 1564. quo incidit finis secundi Saeculi.

✠

TOMUS III.
FASTI.
Illustrissimorum & Reverendissimorum
GENERALIS STUDII CRAC:
CANCELLARIORUM
Quorum
ELOGIA
Uno
continentur
LIBRO.
AUTHORE
M. MARTINO RADYMINSKI
COLLEGII MAIORIS PROFESSORE,
S. SEDIS APOSTOLICAE
PROTONOTARIO.

Elogium

Beato Joanni GROTH Episcopo Cracoviensi
Qui
Institutum Academiarum Gallis
in Poloniam
Casimiro II Magno Regi Poloniarum
cum Professoribus
Parisijs et Avenione
adduxit
Circa Annum Salutis reparatae
1338.

Lechia fulminei Sedes rigidissima Martis
Armorumque parens, deliciumque Sagi.
Bellaces animos, devotique corda Gradivo
Quod tandem Musis, flexanimisque Sophiae
Culturae dederit, Latiasque receperit artes
Quodque magis culto coepevit ore loqui
Maxima post Magni Casimiri munera totum
Id Cuius debet grata referre Tuis.
Pontificis Summi, nam cum Legatus in aula
Versaris, quae tunc Avenione fuit
Inter Sarmatici perplexa negotia Regni
Hoc quoque Curasti, Phoebus Hyperboreas
Musarumque cohors transire ut possit ad Oras
Lechiacas Pallas, diligeretque lares;
Gallorum Themidis mystas Sophiaeque Magistros
Adducens Tecum, Regis ad arbitrium.
Casimiri Magni qui tum de nomine Regis
Surgebat primum germen Academiis.

Surgere vidisti, doctrinæ non sine fructu
Ingenti, Cordis lætitiaq Tui
Natales igitur populi Cunasq togati
Debemus laudum primitiasq Tibi.
Roma Bruto quantum pro libertate rependit
Pro Musis tantum Lechia docta Tibi.

Illustrissimis Almæ Acad. Cracoviens.
Cancellarijs
ante Confirmationem sui à Sede Aplica obten.
Quorum
Nomina ad nos non peruenerunt.

Illustres animæ quarum Clarissima primum
Illuxêre Scholis lumina Craciacis,
Vos equidem nostri primordia grata laboris
Ad Cytharam decuit primo referre mea
Patronosq inter Mœcenatesq Sophorum
Emeritæ primum laudis habere decus,
Longa sed eximios Vobis inuidit honores
Annorum series Temporibusq suis
Et rerum vario successu fracta vetustas
Occasu inuoluit nomina vestra suo,
Nulla timenda tamen mentis Obliuio vestris
Immortalis enim condidit illa Cedrus
Humanos supplent æterna volumina fastos
Talibus inscribi gratia summa libris

Ioanni Decano Cracouien. Regni Can-
cellario Qui fuit vltimus Academiæ
nræ Cancellarius ante Confirmationem
Vrbani V. Summi Pontificis. Circa
Anno Christi
1365.

Pastbus Lechiaro postquam fundatur in Orbe
Sarmaticus didicit jam elevare nives
Jamq Togatorum Res — sese — Publica luce
Per Lechiam faustis sustulit auspicys.
Pontificis Summi Decreto Tanta priusquam
Confirmaretur res, Patriaq Salus
Postremus nostrum qui Cancellarius Orbem
Regni, firmares, munere dignus eras,
Argumenta Tua sunt haec clarissima laudis
Grande jubar nostro quod super orbe mices
Miraturq Pater, praecurras lumine; nomen
Praecursoris enim, dulce Joannis habes.

Ill.mo R.mo q Bodsante Janconio 28 Epo Cracow
Cancellario Acad.o Crac.

Urbanus Lechicas postquam firmavit Athenas
Hoc qui inter Papas nomine quintus erat
Decretoq stetit Res confirmata perenni
Palladis et radys Academia suis
Latius Ardorem, coepit fulgere per Orbem
Auroraq jubar vincere luce sua
Miratur Patrum numero Bodzanta Craciq
De Cathedra Musis primus Academicis
Antistes datus est et Cancellarius idem
Moxq Tiaratis Patibq ipse Viam
Cordq Patris primus monstravit et aurea Musis
Principy faustu Sydere Saeclu dedit.

Ill.mo et R.mo Floriano 29 Epo Cracow
Cancellario Academiis
nostris

Florida Sarmatici Viridaria forte Lycæi
Jam hinc Hesperijs æmula facta Scholis
Crescebant gratumq́ Rosæ fragrantis odorem
Spirabant quando Te Floriane Sophi
Suscepêre Patrem docti, Summumq́ Vireti
Florem cum Vernans gratia Regis erat.
Nam Tibi Casimiri Regis Suprema Voluntas
Crediderat fati posthuma dona sui.
Testamenta Tuæ committens ultima dextræ
Grande Tuæ Signum quod probitatis erat
Et Summum fidei Specimen, Cui pulpita docta
Et Caræ gratum, pignus Academiæ
Commisisse Pium, res vero proxima Regem
Inq́ Tuo Musas deposuisse sinu
O flos Vandalej Præsul Floriane roseti
Non potuêre sinu nobiliore frui
Sarmatides Musæ, quam quo pulcherrima Virtus
Relligioq́ suas deposuisset opes.

Ill.mo et R.mo Zawissæ Curosuanczo 3o Ep.o Cuiaviensi Academiæ Cancellario

Hunnica dum Solio Ludouicy Sceptra Polono
Jungit et alternas gaudet habere vices
Imperij Lechosq́ minus quam diligit Hunnos
Committitq́ Viris Regna Polona tribus
Tunc Patriæ moles, et pondera docta Lycæi
Incubuêre humeris Magne Zawissa Tuis
Nam ternos inter quos Rex præfecerat Orbi
Proreges Lechico Tu quoq́ præses eras
Sarmatiæq́ parens; sed tanta maxima Curæ
Pro Te ferre Viri pectus Academici
Munera jussisti de Rasiechowice Joannis
Cui totum Summi præsidis officium
Demandas

Mg.r Joannes de Rasiechowice loco Zawissæ Triumviratus gessit teste Dlugosso.

Demandans tantisq parem conatibq, et TE.
Maiorem cernens, Consilioq grauem
Non poteras nostras non promouisse Camenas
Et tantum propter non adamasse virum
Tum equidem patuit, quantum sapientis in omni
Munere sit pretium, commoda quanta togae
Principibus quantumq viris incumbat amicum.
Consilyq ferat pectus habere sophi
Quod probitas Virtusq regit, non aulica Syren
Nec fraus Tiberij, Machiauelliq dolus.

Ill.mo et R.mo Joanni Radlinio M.D. 31 Epo huius
Academiae Cancellario.

Non tam Praesules vultus splendore Tiarae
Artis quam Medicae Cognitione nites.
Corporibus pariter felix animisq medendis
Pravo Patriae Summq et Ecclesiae
Optimus antistes tum Cancellarius almae
Palladis in Lyceo, pondera bina sinu
Cum Regno Phoebumq geris Cathedrasq curuli
Jungis et ingenino maximq Urbe micas
Scilicet hunc animum Pallas firmaverat et Te
Mitratum Patrum jussit honore frui
Lechica nec poterat tanto sub Praesule Stua
Splendidius vadys non micuisse suis
Quando Tiaratus Medicus fulgebat honore
Coniungens Sacris laurea serta mitris
Terraq sustentans paribus momenta lacertis
Ecclesiae, Patriae, Palladis, Unq Athlas
Nempe Scholam Regni res augustissima priscis
Visa fuit Patriae consociare bono
Sceptraq doctorum Regni coniungere sceptris
Ut foret Regni et Palladis una Salus.

Ill.i P. PETRO WYSZ. Dei Gr. Epi Crac.
Academiae Cancellario

Doctorale Tibi Themidis decus, aurea cinxit
Lumina Mitrarum grandeq; delicium
Fecit Apollinei TE Praesul maxime Coetus
Aeternumq; ferent nostra Lycea Tibi.
Cracidis in Musas specimen praeclare favoris
Teq; Professorum pulpita docta canent.
Namq; Coronatam Craci Vladislaus in Urbem
IAGIELLO Phoebum, Phoebigenumq; Chorus
Transtulit auspicijs postquam felicibus alte
Et Cathedrarum vertice prima Tibi
Lectio Iuridicae, quae dogmata ponderet artis
Sarmatico coram principe lecta fuit
Sicq; tiarato rutilans splendore Professor
Exemplum seris nobile temporibus
Liquisti, suaveq; Tuo sudore laborem
Fecisti et nimium pulpita grata Sophis.
Quippe Tibi nostri dilectio tanta Lycei
Tam fervens studium, curaq; tanta fuit,
Legibus ut nostris quando renovantur adesses
Ceu mediam Phoebi de statione fores.
Heduigis sacrum pignus, regalia dona
Quae Cara moriens liquit Academiae
Insigni summaq; fide sunt reddita per Te
Supplet quando Tuas ISKERIANA vires
Nobilium domus Lechicae Prudentia pubi
Paupertas nomen cui studiosa dedit;
Sed juvenum Cracis numero ditissima Stoae
Tot foecunda viris, tot decorata Sophis
Maternum longaeva ferens per saecula nomen
Heduigis et Mitrae tempora clara Tuae.
O Phoebi praeclare jubar solidissima Petra
Petre, Legatorum Pontificumq; decus
Hierosolyma Tui vestigia sacra laboris
Vidit et eximiae Religionis opus
Conciliumq; Pisis collectum, Cracidis almae
Legatos tecum vidit Academicos

Quos illuc deduxit amor dulcedoq laudis
Summa Tui, nostri nimia Sibiq boni
Cuius per Gracias Cathedras memorabitur ingens
Fama suos Lechico donec in Orbe Themis
Musarumq feret, pulchrum Certamen honores
Istuloasq bibet Sarmata fortis aquas.

Ill.mo et R.mo Alberto Iastreberio 33 Epo Crac.
Academiae Cancellario
Sedis Aplicae Delegato.

Jagellonis amor quas nobis lege perenni
Donavit Sacras relligionis opes
Mystarumq piam dotem pretiumq laborum
Pontificum Rector. Ecclesiaeq caput
Has voluit per Te, certis firmare bonisq
Legibus: hinc munus Sedis Apostolicae
Martiniq Papae Quinti Sanctissima jussa
Delegatus obis, Cor animumq Patris
In Musas Cracyq gerens delubra Lycei
Dotesq de Sacri Palladis eximias
Judicio Summo Leges Decretaq condit
Nominis aeternus, queis Tibi surgit honos
Inq Sacro Vivet Mystarum pectore, donec
Sarmatis Pietas Vivet Academica.

Ill.mo et R.mo Sbigneo Olesnickj [illegible]
34 Epo Crac. Duci Severiae Almae
Academiae Cancellario.

Roma Tibi Sacri quod maxima dona Galeri
Pontificum dextra, judicioq Trium
Detulerit, Patrum quod non concesserat ulli
Summi Olesnicis, Sbignee gentis honos
Haud equidem stupeo, Tum cum celsissima facta
Contemplor fastis Credita Sarmaticis
Excessisse mihi Solum quodcunq videris
Nullaq maiestas, purpura nulla Tibi

Addere Splendorem poterat nam clarius omni
Quantumvis summo fulsit honore decus
Virtutis, Splendorq; Tuo; quippe optima sane
Fundamenta boni jacta fuere Tui
Musarum dum Serta Tibi laurusq; legatas
Acceptas Cracis Palladis e manibus
Permisisse mihi placuit, Sacroq; Galero
Grande futurum quod fuit auspicium
Atq; nimis fecunda velut semenlis honorum
Quo in Te Regum Pontificumq; manus
Largius effudit, Sed nec Tua dextera Musis
Uberiore magis prodiga dona sinu
Fundere neglexit, quorum mansura per aevum
Hierosolymes stant monumenta domus
Pubis Academicae Tua quam pro commodo et usu
Erexit pietas relligiosa modis
Commutata pijs, quo Sacri Dote Sepulchri
Et sumptus totos jussit Academicis
Consecrare bonis quo nil nobisq; Tibiq;
Gratius extiterat; nam Tibi tantus amor
Cracoviaeq; fuit reverentia tanta Lycei
Ut laus fieret nulla Tibi Academiae
Mentio, quin Regni Lumenq; decusq; Poloni
Os Roseum Suada, judiciumq; Tuo
Appellaret eam: sic fulgentissimq; ipse
Cum fueris Lucis principiumq; Tuo
Laurigeris Phoebi deberes arthis, Almo
Matris, erant soli lumina nota Tibi;
Dominis aeterni pro quo Tibi maxime Praesul
Lumen inextinctum, Terra Polusq; dedit

Ill.mo ac R.mo Thomae Strempinio S. Th. Professori
ex Epo Cracov. Duci Sever. Ablo Cancellario

Theologae dulcedo Scholae, Themidisq; voluptas
Strempini cathedrae sors Tibi Praesules
De Jagellonis cathedris progressa Minerva
Pontificum Sacras venit ad usq; mitras
Scilicet electum dictamine Pneumatis Alti
Urbis Sceptrigerae Pontificalis apex

De Theologorum Te sacra Sede recepit
Inde Tiarato vertice Mitra super
Virtutis Fideiq́ Tuæ Curaq́ Fidelis
Maiestas, Herois Spiritus inde Tibi
Tantaq́ diuini cultus dilectio tantum
Iustitiæ Studium, tantus in Ecclesiæ
Dilectæ Christi Sponsæ tutamine feruor
Illaq́ tot mihi grandia gesta Tuæ
Celsitudinis electum, quæ Te meritumq́ probarunt
Inter Præsuleas emicuisse faces.
Tantus Præsul eras; Sed Cancellarius almæ
Palladis e gremio nuper et a Cathedris
Sumptus Academicis; nonne in nos Summus amore
Præsuleo fueras? corporis an poteras
Non adamasse Tui dulcissima membra? Tuisq́
Ossibus os, animi deliciæq́ Tui
Non fuisse? Sacra Mysterium vertice fulgens
Theologis dederant quem Tibi nostra Scholæ
Astreæq́ labor, Themidisq́ oracula nostræ
Cui geminos Mystas dextra proinde Tua
Iustitiæ jurisq́ dedit fulgentia Legis
Lumina Strempiny, nominis atq́ mihi
Immortale decus, cuius carissima Stabunt
Dona per exedras dona Academicas
Tu nobis tam Civus eris, quam pulpita semper
Matris erant nostræ et commoda grata Tibi
O Professorum Speculum! ô lux maxima Scholæ
O Cathedrarum gloria Magna THOMA!

Illmo ac Rmo Iacobo Sieniensky 36 Epo Crac.
Duci Severien. Cancellario Acad.

Gloria mitrarum fuerat violenta Tuarum
Afflixit pro Te regia dextra bonus
Eripuit Sacris liberrima vota Cathedris
Inq́ profanatus transtulit illa manus
Ausa nouam faciem scelerum, noua monstra furoris
Ausa graues meritis exagitare viros.

Regia magnanimas mentes vincere voluntas
dum cupit, et solido corda adamante videt
Cusa, nec ad vultum Regis commota minantis:
Sic igitur mihis lumina prima Tuis.
Afflixere bonos, utinam melioribus orta
Auspiciis, utinam liberiora magis
Lechiadum seras te maior fama per annos
Ferret et in fastis Pallas Academicis
Plus Tibi servasset laudum; tamen ecce reponit
In fastis nomen grata libensq Tuum
Totq Tibi Empyreo vouet optima gaudia sedis:
Vaneltis gemmis queis Tibi fulsit apex.

Illmo ac R^mo Ioanni Gruscinski 37 Epo Crac
Duci Severiae nec Archiepo Gnes Cancell. Acad.

Ut Cracijs de Te non plus gaudere cathedris
Gruscyni licuit, Vaneleq mihis
Annorum gemino quam quod concluditur orbe
Archi Praesulei culminis alta Tibi
Gnesnensisq mihis fastigia quando supremam
Primatis Lechis Pontificumq Patris
Detulerant sedem; sic nec tua lumina nobis
Illuxere diu, nec potuere bonis
Sarmatides gaudere suis, pia numina Musis
Solaq per cathedras mentio grata Tui
Et desiderium virtutis grande remansit
Inuidit nobis Teq Tuumq iubar
Gnesna caput, vertex et summa mitrarum
Gloria pro meritis debita nempe Tuis;
At non eripuit Cracijs Tua nomina fastis
Viuaci Pallas condidit illa sedro.

9.20
Illmo ac R^mo Ioanni de Brzezie Epo Crac
Duci Severiae Acad Cancellario

Aurea cum Lechis radiabant saecula quando
Cracia delata est mitra Lutere Tibi

Ambitio nondum venalisq culmen honorum
Prensari atq Sacras fraudisq dolisq mitras
Innocuas Patrum mentes pervaserat, ingens
Virtutis pretium quando probisq fuit
Promeritum vitæ, nec tam servilis in alto
Aula triumphabat vertice Pontificum;
Quam probitas, niveiq tenax dilectio veri,
Quam sensus Cleri judiciumq Patrum.
Sic Jagellonÿ docta de sede Lycæi
Pontificem, summi Te studioq Patrem
Elegêre viri, fuerat queis summa potestas
Totius Cleri nomine Te eligere
Ergo Togatorum cum Te sententia summum
Atq triplex votum fecerit esse Patrem
Non poterat nostrum Tibi non ꝓducere Lycæum
Tantorumq parens Cracia sua virum
Carorum fieri carissima, cui velut olim
Præsentis nomen ducere decusq Tuum
Cum probitate fuit: sic post et secula de Te
Hystorico nondum desinet ore loqui

Ill.mo ac R.mo Joanni Resovio 39 Ep.o Crac.
Duci Severien. et Acad. Cancel.

Nec Tua Rzesovi fortunæ gloria quidquam
Debet honorati culminis, una Tibi
Virtutis via nempe fuit populiq togati
Decrevere Tibi vota secunda mitram
Nec cum tota tribus de Cœtu Palladis almæ
Est commissa viris, quos probitate fide
Judicioq alÿs summo ꝓpare Senatus
Constabat Proceres inter Academici
Candida nec de Te doctor censura fefellit
Judicÿ Pallas commoda mille sui
Insignemq tulit palmam Te teste Musas
Doctaq cum Phœbo pulpita Cracovium
Palladiasq sinu laurus gestante paterno
Quo quoties Cracia de statione Sophum
Emeritos cingent frontes reviresset in hortis
Pieridum uber florida fama Tibi

Sereniss^mo^ et R^mo^ Friderico Jagiellonio Cardinali Epō Crac. Administratori Cancellario Academiae

Prima tibi Cunas Regales purpura strauit
Altera Romuleo venit ab usq. tholo
Cardineiq. tulit secum sacra dona Galeri
Et Lechis summi culmina bina pedi
Cum geminis Friderice mitris queis Regius in te
Sanguis honoratus priscaq. sceptrigeris
Maiestas stirpis, decorum splendore tuorum
Qui Cathedras clari Phoebigenumq. togas
Exornare volens decreuit culmen honorum
Doctorale lares inter Academicos
Nonnisi sumendum Laurusq. domestica frontis
Sola togatorum ut cingeret in Cracijs
Quis Jagiellonum fuerat plantata virectis
Neu decus aeternum vel peregrinus honos
Crebrius ac Lechis ornaret gloria frondis
Maiestas Cracijs cresceret unde scholis
Sic igitur nostrae sedi prospexit honori;
Sed rebus nostris consuluisse minus
Gratia Friderici doluit, nam Palladis inter
Limina thesaurum quem vetus abdiderat
Seruaratq. manus, deferri jusserat ad se
Inuentum, modicum nonnisi Academicis
Solamen referens Musis, quas semper egentes
Candida Paupertas, et sine dote labor
Ad summos vexere gradus, et maxima summae
Culmina doctrinae, pariuq. Cracidum
Surrexere magis sacraria paupere censu
Quam si diuitijs condita cresse tuis
Aut aeternarum grandi mercede scholarum
Fulsissent. tantum nobile praestat iter
Candoris, frugiq. animus patiensq. laborum
Quo modicas iuste viuitur inter opes.

Ill.mo et R.mo Joanni Konarsky 41 Epo Crac.
Duci Severiae Cancellario Acad.

Caelitum Casimirus amor, castissima cælis
Gloria virginei, Lithuanumque decus
Virginis aeternae flos formosissimus horti
Lechiadum, niveae mentis et innocui
Visceribus cordis quod Te dilexerit usque ad
Reddita poscenti Lilia casta polo
Sanctae animae manibus quas se purissima fertur
Commisisse Tuis. Tu probitatis ab hinc
Insignes etiam retulisti Praesul honores
Quam nostrae quondam Matris ab uberibus
Suxisti, tenero studiorum captus amore
Mitigeri summum quos peperere Tibi
Augmentum decoris VAVELanamque Cathedram
Unde Togatorum commoda mille videns
Ad Cathedram Cracidis geminos Tibi jungere mystas
Et Themidis placuit, Theologumque Scholae
Queis commissa salus animarum, curaque veri
Libertas, cuius maxima per Cathedras
Craciadum sacras, Censuraque lubis iniquis
Non parens plebi Principibusque viris
Duratura Tui sunt haec monumenta favoris
In nos o summe Vir probitatis amans
Certavere tamen pro Libertate togata
Tecum Romulei judicium ante fori
Craciades Musae vicereque grandia litis
Pondera facta sacris ultion bonis
Nec tamen haec nostrum quidquam in Te Magne Konarski
Mutarunt animum; vivis amore Sophiam
Et virtute Tua toto clarissimus Orbe
Ad vitam probitas sufficit una Tibi

Illmo ac R^mo Petro Tomicki U.I.D. ac Epo Crac.
duci Severiae Academiae Cancell.

Sceptra Sigismundus cum felicissima Primus
Obtinuit Lechiae, fascibus ipse suis
Maior et Europae Regum clarissimus Uni
Pontifices inter, sic Tibi summus honos
Praecellensque fuit virtutis gloria summis
Inque Coronato pectore summus amor
Mitrigeros inter Patres Tibi summa profundae
Gloria doctrinae laurigerumque decus
Quod Themidis Tibi summus amor sublimeque Iuris
Contulerat Studium, Consilioque Tibi
Augustum pectus summo ditavit ut esses
Gemma Senatorum Praesulibusque chori
Oraclumque ferens Lechiae responsa saluti
Et conservator Religionis Athlas,
Publica Res Lechiae tantum vir maxime non Te
Sola tamen vidit; Palladis alta quoque
Te summum sensere virum palatia, quando
Patronus Studii factus Academicam
Auxisti dotem, niveisque altare dicatum
Coelibus Summi militiisque Dei
Libertas etiam per Te firmata Sacrati
Ordinis, et quidquid possidet alma parens
Ecclesiae titulo, longum quoque Te canet Orbi
Sarmatico, aucta Tuis Bibliotheca libris
Ornatisque Tui Pallas decorata nitore
Aulisque domus Maior adaucta Tuis;
Quam velut ornatam voluisti reddere Musis
Aeternumque Mitrae pignus habere Tuae
Tomiciae gentis sic ornatissimus ipse
Factus es et Cathedrae Pontificalis apex
Totque sudabunt post hoc Tibi saecula, donec
Ad Speculum forment maxima quosque Tuum

Illmo ac R^mo Joanni Latalski 43 Epo Crac
Duci Severis Acad Cancel

Longior ô Vtinam Vitae Tibi meta fuisset
Aequasseto Tua lux pretiosa mihi
Nestoris ô Vtinam senium memorande Latalski!
O libertatis fautor Academicae!
Argumenta Tui sensisset Pallas amoris
Plurima gaudium maxima quippe Tibi
Cura fuit, pretiumq ingens, cum Vindice zelo
In conservandis juribg, atq bono
Palladis augendo, Cracis quem sensevat Vrbis
Proconsul factu, dum violare levi
Audet Academicos, percussq fulmine sacro
Judicijq ferens, iustum anathema Tui
Quo prius absolui nequiit, quam supplicis instar
Offensae subijt limen Academiae
Et facti veniam petijt, comitante Senatu
Vrbis et iratos conciliante Patres.
Pro! quantus tum fervor erat, quantusq togatis
Libertatis amor, quantaq Cura Tibi
Doctorum servare Tibi, pretiosaq Regum
Munera, pacatos Phoebigenumq lares.
Quid! Si grande aliquid nostras vexasset Athenas!
Quanta foret zeli flammaq visq Tui!
Quo velut arserant rosei Tibi viscera cordis;
Sic Tuus in nostro pectore viuit amor.

Illmo ac R^mo Joanni Choinski 44 Epo Crac
Duci Severis Acad Cancellario

Longa malis plerumq mora est, superantq bonorum
Saecula; sed pennis optima quaeq citis
Deproperant, finemq suum vix orta prehendunt
Solaq dant gustus experimenta sui:
Sic cursum sortita brevem, Tua Magne Choinski
Doctrina excellens cum probitate fuit;
Nec poterat mitratq honos, nec publica de Te
Spes populi, Musae Stragq Cracicae

Laetitijs gaudere diu communibus annis
Eripuit nobis Unicus omnigenam
Votorum seriem, speratiq gaudia musis
Et patrocinij commoda magna Tui
Vixisses utinam, Patriaeq mihiq Scholisq
Optime Pontificum cum probitate Tua
In nos forte Tui nunc pignora multa favoris
Extarent docto pectine digna cani.
Te vero nunc tantum populo voluisse togato
Sola quidem tamen est pulchra corona Tibi

Illmo ac R^mo Petro Gamrath 45 Epo Crac.
Duci Severiae Acad. Cancell.

Principibus placuisse viris sors aurea quam te
Mitrarum gemino vertice Petre decet
Summus honos nullum poterat Tibi ferre cacumen
Celsius, et Regum gratia nulla bonis
Te potuit ditare magis sublimibus at Te
Ditavit Sceptri gratia Sarmatici
An non summus honos? Lechici fastigia Cleri
Gnesnensem Cracis consociando mitras.
Primatisq decus paribus concludere vinclis
Inq uno pariter posse fovere sinu?
Ergo tiarati decoris celsissima nactus
Culmina, Patronus factus es ipse quoq
Doctorum studijq parens, fautorq togati
Ordinis affectus quot monumenta Tui
Testantur, dum cura typi, censuraq tota
Librorum sceptris tradita Academicis
Et Jagellonis per Te subiecta Cathedris
Fecit ut imperio Palladis omne malum
Librorum arceri, proslig licentia posset
Neu pravis possent condi aconita libris
Hoc veri Patronis opus vereq Paterni
Symbolum est animi noxia quaeq sua

A grege decreti rigido depellere jussu
Et nimium laxis ponere fraena typis
Doctorum laudes, et publica vota meretur
Publica magnanimo, qui bona corde juuat.

Ill[mo] ac R[mo] Samueli Macieiowski 46 Epo Crac.
Duci Severiae Acade. Cancell.

Stirpis habes insigne decus, quod utroq Regni
Os fueras, Magni Consilij penu
Lechiadum sceptris Augustalig. Coronae
Mihanum summis Principibusq Viris
Flexanimae propter sublimia dona Suadae
Gratus eras, motes totaq saepe Tibi
Incubuit Patria, secretumq profundo
Arcano Cordis delitere Tui:
Sed nec Praesuleis alium, Phoebiq Cathedris
Te declarasti alium temporibusq Tuis
Nil illustre magis, fortunatumq fuisset
Cracaciae pubes, ni studiosa cares
Sanguinis impune effusi saevissima propter
Crimina, (non ullo vindice, grande scelus)
Et foedum plectente nefas, Regisq silente
Judicio, Sacri Justitiae fori
Agmine lugubri liquisset, proh dolor! inq
Teuthonum haereticas Pannoniasq Scholas
Ingenti Patriae damno, fideiq ruina
Ad nimis infaustum desperasset opus.
Nempe venenatis, ut mox de fontibus altos
Exitium biberet dogmatis haeretici
Quod Patrys posthac late diffunderet oris
Scilicet hoc juris Justitiaeq dedit
Neglectus scelerumq fauor, gladiisq libido
Ingens audendi nobiliumq fauor

Libertate tumens prisco vitiq gigantum
Terrigenisq grauis Cœlitibusq minax
Augusti fasces, quod quam deturpet et omnem
Involuit Lechiam; tum Tibi mitigeros
Maciejovi apices, perfectis Lucis honore
Despoliare facit at plena decesse Tibi
Gloria mitrarum videatur, non tamen almis
Palladis è memori pectore tolleris abis:
Seruat adhuc clarum Tibi cum dulcedine nomen
Virtutisq Tuæ laudibq usq fauet
Teq Senatorum speculum Patriæq columnam
Nunc etiam Musis posthuma fama canit.

Illmo ac Rmo Andreæ Zebrzydowski 47 Epo Crac
Duci Seueriæ Cancellario Acad

Venerat ad summum fœdissima Lerna malorum
Hæresis Cracium Te moderante gregem
Pestiferumq caput Cristato vertice tollens
Efflabat Stygys toxica dira labris
Iamq metu nullo poterat nec legibus ullis
Frænari impetus hæreticusq furor
Magnanimo cum Tu fortissime Præsul et heros
Pectore consurgens Zebrydowiq Sacrum
Sanguinis attollens pignus Raduanq paternum
Bellaq in Hæreticos relligiosa mouens
Alcides veluti mitratq monstra fidei
Aggressq forti deprimis illa manu
Cumq malum leni curari nollet ab arte
Armorum meruit fulmina sæua pati
Herculeamq manum sensit Te præsule vimq
Tunc etiam calami sensit Academici
Nam Iagiellonis Pietas quam cara Mineruæ
Et Priscis fuerit Relligionis amor
Tunc equidem patuit, Praeter tot quando Togati
Ordinis, antiqua pro pietate Patrum.

Certauêre palam tenebrosaq dogmata forti
Confixêre stylo, lucifugasq Stygis
Detectas Lechicum subsannarêre per Urbem;
Quo nihil ad gustum gratius esse Tuum
Et melius poterat, proin inclyta Pallas amoris
Signa Tui retulit, fulmina nempe sacra
RECTORIS deposita manu commissaq summo
Palladis arbitrio, quando [illegible] illa Sophum
E numero quenquam juris dictamine ferre
Hoc in nos animi sunt monumenta Tui
In quibq illa Tui vivit levica Cordis
Vivit adhuc nobis prosq Deo atq fide
Fervor inextinctq quem nunc Tibi luce beata
Calitum reddit Summq et Unus amor.

Ill.mo et R.mo Philippo Padniewski 48 Ep.o Crac
Duci Severis Acad. Cancell.

Padnienio natale jubar clarissima stirpis
Ornamenta dedit, splendidiore tamen
Virtutum radio doctrinarumq refulsit
Quarum summq amor dulceq pignq erat.
Augusto carus, fastigia summa mereri
Consilio suada, dexteritate fide
Excelsiq animi poterat moderamine summo
Officioq boni Praesulis atq Patris
Fronte serenatâ, nunquam formosior Urbis
Paupertas Crucis tripudiasse palam
Visa fuit, quam cum Pater hic et Praesul egentûm
Bis senis annis aurea pauperibus
Scuta condendo riguos demitteret imbres
Esuriemq inopum tolleret atq sitim
Sisteret et lacrymas nudataq membra jacentûm
Velaret lugum carceribusq jubar
Inferret pastensq gregis cum corpore mentes
Pastoris specimen redderet ipse boni

Doctorum fuerit sed cum doctissimus ipse
Non poterat Musis Phoebigenumque choro
Nec ipsas animi dulcis praebere medullas
Et carum Regno non adamare Scholam.
Hinc sine Doctorum consessu mensa ciburque
Delicijs semper visa carere tuis;
Splendida haud placuit, placuit conviva togati
Solaque cum doctis fercula grata viris
Caetera quid memorem? propensis largius in nos
Signa voluntatis? itaque Praesulei
Temporis officia, et varijs certamen amoris
Confectum studijs? Padnieviana sophos
Grata queis vincere sibi dum nititur omnes
Eripuit grati pectoris ipsa modos
Vicit summus amor, vicit profusa voluntas;
Par victis restat gratia nulla Sophis

Ill[mo] ac R[mo] Francisco Krasinski Ep[o] Plo[c]
Duci Severiae Academiae Can

Lechiadum Sceptris quod foedere juncta perenni
Et consanguineis haereat usque viris
Martis amor vicina Lechis Litvania multum
Consilijs debet, judicioque Tuo
Praesulei Francisce chori, gentisque coruscum
Sydus Krasiniae, deliciumque togae
Augusti Tu regis ope, procerumque verendus
Curarum fluctus, vinclaque Lechiadum
Cum Litavis, sudore tuo studioque fideque
Firmasti Regni publica quando Tibi
Maiestas, Patriaeque Salus, Regnique Sigillum
Incubuit curis donec ad alta micans
Culmina provectus Cleri Phoebique Supremus
Arbiter et Patriae factus es Herculeum
Robur in occasu diadematis omnia summi
Perficiens vena divite consilij
Te noster Parnassus adhuc celebresque Sophorum
Extollunt Cathedrae debita nempe Sophis

Munera Mystarum triplici de dote Sacrae
Seminae judicio sunt stabilita Tuo
Ante Tiarati culmen dum Gradidis inter
Mystas Te primus condecoravit honor.
Sed breue Praesulei non TE permisit honoris
Curriculum magni ponderis egregias
Phoebigenum Cathedras longo cum pignore dotes
Monstrare ad superos (quod solet esse bonis)
Te citius virtute Tua rapiente decusq
Dulce Camaenarum prospiciente Scholis
Solaci iam nobis restat clarissima mitra
Fama Tuo tecum nobilis atra rapi

Illmo et Rmo Petro Myszkowski eo Epo Crac
Duci Severis Acad Cancellario

Virtutem decorare Tuam meritosq labores
Europae summum Sarmatiaeq decus
Rex Stephanus solus poterat, qui maxima solus
Et facere ingenia et noscere dignus erat
A tanto mihaty honos Tibi Principe venit
Quo fieret virtus clarior inde Tua
Sanguine Myszkouios celebris stirpisq parentum
Ausonys etiam quos peregrina mihir
Nobilitas junxit tanto sublimior in Te
Omnia quando darer culmina vincit apex.
Magnifico splendore pares Tibi saecula raros
E proceruni numero Pontificumq dabunt.
Qui simul et Turbae moestissima Corda gementis
Dulce seronabat munificumq Stipem
In vacuis inopum manibus condebat et omne
Implebat Summi luminis officium
Sumptibus quibus non parcens atq laboris
Possebat Regni publica quando salus;
Sed nec Academico dum Cancellarius Orbi
Prima Tiarati luminis auspicia

Intuleras, non grande jubar tertiumque dedisti
Augurium Celsi Palladis ipse petens
Et medio pubis numerosae publica pacis
Commoda prospiciens Phoebigenumque bona
Sollicite curans quoniam Tibi limina cordi
Semper erant donec cor Tibi fratris amor
Eripuit nimius, laesique iniuria Phoebi
Visque illata Scholis poenaque Myskouy
Dissimulata mali TE plus pro sanguine, quam pro
Iuris sollicito iustitiaeque bonis
Nec tamen hoc nubes clarissima lumina Magni
Hominis offusarat judiciique Tui
Nec minuit solidis Doctorum mentibus ardens
Erga te studium sic jubar una negavit
Principis astrorum nubes concludere Solis
Sic Tuus exuperat nubila cuncta nitor.

Ill.mo ac R.mo Georgio Radivilo S.R.E. C. Ep.o Vilnensi
Duci Severiensi Acad. Cancellario

Tres Mitrae roseusque Tibi Radivile Galeri
Bis gemino sacrum lucis honore caput
Irradiant additique novos splendoris honores
Pulchra Senatoris purpura Lechiaci
Imperiique decus Romani, maxima sunt haec
Quis negat ! ast omnis purpura et omnis honos
Ad dotes Radivile tuas animique stupendam
Internam faciem pervigilesque boni
Praesulis excubias minimum conferre decoris
Externi poterant plura recepit apex
A TE Cracoviensis Mitra quam contulit in TE
Tu solus Tibi par, Tu tibi solus eras
Te dignum pretium Litavi celsissime Princeps
Unio deliciarum, flos et ocelle soli
Orbis in ornando Te decertavit et omnis
Regum Maiestas Pontificumque labor.

Sola tamen de Te pietas, fideiq columna
Roma triumphauit, quod tua busta tenet
At nos virtutem clarissima facta tenemus
Donaq laudoris non moritura Tui
Peruigil ille animus quo pectoris intima quondam
Incaluêre Tui, miraq sedulitas
Praesulis eximij Lucis quoq Palladis olim
Seruatum voluit, limina docta nouo
More refoumandi sed non successerat alti
Csptum consily. Causaq tota latet
Antiquis Patrum Secretis condita. nec Te
Senserunt post haec pulpita nostra gemere
Mellifluum quinimo Patrem Musisq fauentem
Quod nobis dextra sat prehibes Tua
Testantur donorum argentea pignora Musas
Quae Tibi longeua posteritate ligant.
Dona quidem argenti sunt nobis grata; sed ipse
Aureus, à tanto Principe gratior est ~~amor~~
Devinctus amor, Cythara dignissimus aurea
Xi cunctas Princeps vinceret iste lyras.

Illmo ac Rmo Bernardo Maciejowski S.R.E.C. Epõ Cracouiensi Duci Seueriae Aulae Cancellario

Delicium si Te virtutis dixero nonne?
Carminibus dicar rem tetigisse meis?
Hos etenim totos Te diteuisse medullis
Fertur honoratum quod Tibi strevit iter?
Congestos in Te. Sed dum contemplor honores
Mirarumq jubar, Cardineasq vestes
Summaq Primatis fastigia cunctaq pleni
Muneris splendoris continuumq Sacri
Luminis augmentum succedentesq Tiaras
Abripior rursus deliciumq mei
Carminis assensu rursus Te dicere cogor
Fortunae; tantum quippe supremus honos.

Et rerum semper felicia vota Tuarum
Surrexere Tibi Loculum ut esse mihi
Sortis honoratus videaris maxima Divis
Sed tamen hoc tantum contulisse Tibi
Nosstur atq ingens meritorum fama Tuorum
Candida nix animi, justitiaq Tuo.
Illibatus odor, facq ardentissima Zeli
Inq tiarati munere Cura vigil
Illaq mellifluï dulcedo maxima Cordis
In nostras etiam quo bonitate sua
Exundare Scholas volvit, tenuiq salino
Vivere cum doctis, pauperiemq Sophiæ
Prosulcis, proferre libis quo gratia nobis
Interior mitis dulcis amorq Tuo
Constaret, fieretq labor sudorq togatus
Gratus Academicos, Te venerante viros
Conviviam tantum Mœcenatemq bonorum
Longius o utinam Maior habere domus
Ipsaq turbati facies tristissima Regni
Civili bello secta diuq flagrans
O retinere utinam longum potuisset! at ipse
In tempestatum turbine raptus abis
Lechiaci vertex Primas Princepsq Senatus
Fortunis hoc unum desiderat Tuo
Aurea paratus non conspexisse Corona
Tempori, sed pacis sunt meliora Tibi
Dona perennantis non occasuriq lucis
Munera divini sydereiq domus.
At nec Academicis unquam Tua lumina Musis
Occasum patu munificasq manus
Pignora quo nobis quis Cancellariq olim
Et quantus fueris conveniantq Tibi
Dulcia Bernardi quam vere nomina, nunquam
Cessabunt tota posteritate loqui

Mittet odoratum sic fragrantissima virtus
Nominis aeternum ceu thymiama Tibi
Sic et Academicis nardus Bernarde virebis
Surget odorato plena decore Tibi

Illmo ac Rmo Petro Tylicki Epo Crac
Duci Senatus Laurell. Acad.

Praesulis et Patris Patris, tersissima si fors
Quaeratur speculi norma, Togaeq decus
Tylicius magni verax Pastoris imago
Et Maecenatis nobile dogma boni
Sufficit ad normam consumatamq decorem;
Sufficit hoc summis Pontificale jubar
Praesulibus, cuius si conformentur ad unguem
Splendori satis est imo superq satis
Varmia, Culma, suas Vladislauia Cracouiaq
Hanc speculi normam composuere mitris
Ceu cuperent exempla boni Pastoris, in omni
Mitratae sedis proposita esse loco
Caniter ventura Patrum, conamine summo.
Quae consumatae ceu probitatis opus
Oportet totis imitarier aemula saeclis
Atq gradu vellet quae propiore sequi
Eloquio quis enim zelo probitate fideq
Latius ad exemplum posteritatis erat
Tylicio Pastore magis? peregrina quis inter
Sarmaticum potuit, regna probare decus
Orator summus Legatorumq caducei
Gloria splendoris nobiliore modo?
Scilicet hic Patris Pater, et fortissimus Athlas
Mitraliq super culmine forma gregis
Normaq mysteriorum sacris summumq Legati
Delicium populi, Phaebigenumq parens.

Omne tulit punctum, quodq olim Sugerat almæ
Matris dulciloquum nectar ab uberibus
Doctrinæ Cerucy Phœbi et Pietatis alumnus
Hoc viuo in Musas uberiore dein
Inq bonum Lechicæ pubis commune refudit
Nectarei factus fons et Origo boni
Sarmaticæq Parens et tua carissima Suadæ
Peleq defensæ Peby Academiæ.
Grande quidem nostras tentauerat inter Athenas
Molimen Curis quod neq Cardineis
Radiuili surrexit opus Sacraria nempe
Docta reformandi, canitiemq Patrum
Iuuenq Palladis cœtus, legesq togatas
Magnanimi sed cum pectora Falcoy
Cordaq doctorum Solidissima Vincla legum
Optima sensisset, desiit atq Scholam
Quæ Solis Lechicis Sceptris, Regniq Coronæ et
Recto Summo Pontificumq Patri
Subjcitur, formatq alios, exemplaq probet
Virtutum, priscis legibus, atq sua
Libertate frui permisit: et Optimus inde
Mæcenas factus deliciumq togæ
Posnenses Musas, prisci delubra Lycæi
Romanæ Sedis surgere fecit opus
Remq Togatorum Lechico defendit in Orbe
In facie Regni Sarmaticæq Patrum
Consessu. Fortisq nouos Suadæq fluenta
Vt Solea in nostro Tyliciano Solo
Lechiacæ pubi non defectura canaret
Communis flagrans fecit amore boni
Hoc de fonte bibit facundus Sarmata, iamq
Miratur latices Tullius ipse suos

Inter Hyperboreos audin migrasse Triones
Totq Demosthenas, tot Cyneasq novus
In Lechicis fulgere togis, habeisq mitrisq
Quod totum Magno Lechia Tylicio
Debet et æterni justum vectigal amoris
Eloquij pretium vitaq donec erit.

Illmo ac Rmo Martino Szyszkowski Epo Cracov.
Duci Severiæ Acad. Cancellario.

Ut mæstam gravibus tempestas sæva procellis
Jactabat Patriam Præsule Szyszkowio
Bellaq continuo sibi succedentia nexu
Armato Martis pectore cuncta geri
Cogebant; pacisq bono gustuq quietis
Regna videbantur Lechica nolle frui
Sic et Academicas ingens quatiebat Athenas
Tempestas Cracoÿs bella togata Scholis
Palladis adversæ conati quando potenti
Indixere Scholæ, vastaq continuis
Litibus et gravibus paterunt ostia damnis
Iliadas summi totq dedere mali:
Hos inter motus, tantoq in turbine rerum
Præsul hic adversæ prima fluenta Scholæ
Inde usq à teneris quantumvis hauserit annis
Deberetq illi Palladis omne decus
Doctrinæq suæ, Iuris tamen ante Tribunal
Romani, causæ passus Academicæ
Justitiam experiri, donec constaret Athenas
Cracoviæ à tanto nonnisi posse quati
Insultu; non posse tamen firmissima legum
Vincula disrumpi, Magnanimiq Sarum
Jagiellonis opus Lechicis quod jungere sceptris
Æternum voluit, Sceptrigeræq suis
Stemmate munivit Ceu non pars sumus ipsa esset
Lechiadum sceptris sceptra togata Cracovi

Sacrilego quisquis conatu infringere vellet:
Cracoviacum Musas, iusta proinde sequi
Debuit, et iustis pendens Victoria causis;
Debuit et proprium vis inimica pati
Dedecus et veritas tandem concludere Musas
Et non concessis ponere fulcra Scholis
Praesulis has inter nubes, cuius maxima nostri
Rebus Academicis non nocuisse, fuit
Iuribus haud quidquam, Musisq favorem
Tantum monstrando; maxima non aliter
Integritas etenim poterat, doctrinaq summa
Labe carens animus, iustitiaeq tenax
Ementiq decus senij clarissima virtus,
In Lechia Divum posthuma miraq amor.
Mausolea sacri cineris, miratq magni
Ossa Stanislaj, condecorata novi
Basilico splendore operis, quod Cynthia duplex
Et gladius magni Praesulis irradiant
Szyskouis stirpes non occasura Polonis
Lumina Stanislaj Martyris ad tumulum
Magnanimus donec fundet sua vota Polonus
Imponetq sacro capta trophaea poli.

Illmo ac R^mo Andreae Lipskj SS Epo Crac
Duci Severiae Acad Cancell

Pallas Academici Praeses suprema Lycaei
Totaq cum Cythara turba novena Deo
Adventu laetata Tuo, sacraeq Tiarae
Auspicijs nunquam clara vota sibi
Responsura magis sperabat viraq nunquam
Laetius applausus instituisse suos
Nullaq festivo magis illustrata nitore
Excepisse sacra quam Tua festa mihi
O Themidis sublime decus, Phoebiq voluptas!
O decus Lipskj gloria magna togae
Scriptorum Lechiae Scriptor clarissime iungens
Doctorum calamo Pontificale pedum

Namq ubi doctum doctis lectissima Pallas
Concessum vidit numine propitio
Laeteq Academico nutritum Vladowig
Proceptis clarum Cracoviaeq dein
Eximium Patrem Mecenatemq Lysi
Pectoris interno continuisse sinu
Gaudia non poterat sperare quo maxima tanto
De Mecenate et praesule Phoebigenum
Antiquus cogebat amor; sed concidit ingens
Votorum series, spesq opulenta brevi
Praesuleos, mortis propter crudelia jussa
Te linquente apices Cracovis altq honor
Anni cum medios necdum compleverat ~~annus~~ orbes
Ingenti Patriae Cracoviaeq minis
Et Jagellonis damno luctuq minorus
Quo segetis messem deliciasq suas
Cum tanto raptas doluit Pastore Patreq
Ingenij summi judicijq viro;
Quod tamen a saevis Libitinae morsibus illum
Vindicet est calami posthuma fama sui
Scriptaq judicij summi victura per orbem
In quibus ipsa Themis quod veneretur habet.

Sermo et Emo Joanni Alberto Jagellonidi S.R.E. C. P. et S. Principi
Epo Crac. Admi Duci Severiae Acad. Cancellario

Ceu rosa Paestanis, quoties pretiosa rosetis
Nascitur, inq uno marcida sole perit
Grata oculis spectacula rapit, simulq recondens
Immoritur donis flebilis ipsa suis
Occasuq suo viridaria moesta relinquit
Nec patitur damni non meminisse sui:
Regius haud aliter vernantibus occidit annis
Flos Jagellonij sanguinis, altus honor
Sarmatici Princeps, et spes firmissima sceptri,
Cardineiq Patrum pulchra corona chori

Jamq tiaratis regalia tempora cingens
Pontificum donis Craciaeq mitrâ
Lumine splendidior Jagellonumq Lycei,
Post magnos atauos factq et ipse potens
Floxq fauens Musis, et gratia grata Joannes
Raptus in Hesperio seu rosa prima solo
Ausonidum terras Patauinaq teda subintrans
Italis cineres castaq busta dedit;
At lachrymas Lechis, et tristia corda reliquit
Et desiderij posthuma vota sui.
In Musas etiam propensi symbola mentis
Declarata viris quos Academia habet
Nunc etiam durant, facilem quod flexerit aurem
Palladis ad voces, quas petiere Scholis
Externus ne esset Cancellarius, atq
Integra Palladis, jura manere togae
In BLOSIO possent, quod Jagellonius ipse
Firmaret Princeps, augurium dedit.
Grande tiarati, si successisset honoris
Affectusq in nos nobile dogma sui.
Caetera trux Lachesis ferrato sustulit ungue
Sustulit et rosei Principis omne decus
Binaq sublata praecoci purpura fato
Cum sceptris Lechis, mitra corona pedum
Defleuêre rosam quam coelo candida virtus
Intulit, et Fastis Cracia Musa suis.

Illmo ac Rmo Jacobo Zadzik S. Epo Crac.
Duci Severiae Cancellario Acad.

Quotquot Academicas unquam clarissima Musas
Dilexêre mitrae, pectora Craciae
Omnia pectq in hoc mihi denique se videntur
In quo metropolim constituisse suam
Summus amor voluit, viresq probare supremas
Et quantum possit robore ferre suo.

Hic Voluit Princeps et consumatus haberi,
Hic Voluit prisci temporis omne decus
Vincere Cracoviae Successurisque Tiarae
Praesulibus magni Symbolum esse nouum
Patroni atque Patris Moecenatisque Sophorum
Perfecti Statuens, grande fauoris opus
Praesule Zadzicio, quis enim feruentius vnquam
Dilexisse bonum Visus Academicum
Albicisque suo primas quis largius vnquam
Restituit Curas, gratique Corda dedit?
Adserat in magno defixus pectore, quem cum
Doctrinae suxit lacte profundus amor
Matris Academiae, rerumque per ardua, perque
Alta Senatorum culmina perque Sacras
Pontificum Cathedras, summam crescebat ad augem
Donec honorato calle Suprema petens
Cracoviae tenuit fastigia summa Tiarae
Albicis donec Venit ad alma suae
Brachia complexusque Sacros, carosque penates
Hacque Vbi Cordis pignora grata sui
Luce palam possit Seros monstrare per annos
Hacque Vbi auriferam sistere nauta ratem
Militaris posset, ditesque effundere gazas
Et bene de tota posteritate Sophum.
Deque sibi nimium dilecta Matre mereri
Cui doctae mentis debuit omne decus.
Ergo Coronatam postquam consedit in Vrbe
Deque procelloso turbine deque mari
Curarum Patris proprio quam stemmate nouem
Protulit in portum pacificosque sinus
Subduxit Cor dulce Patris monstrare Coronae
Orsus Apollineae Viscera tota dedit
Primaque dilectae Matris benefacta rependens
Hierosolymeae limina prisca domus
Innouit tenero quae quondam flore juuentae
Accessu Voluit condecorare nouo

Largaq Zadziciis donaria sumere dextra
Consultum bono pubis Academicis
Vota dein solvens, et celestaq numen adorans
Et grata recolens cum pietate sacrum
Patroni nostri Tutelarisq Patrisq
Cantiades pigny reddita corpores
Seraphicas Divi precibq benefacta salutis
Canitiemq boni Prosulis, atq dies
Preludios, Musis auro gemmisq notandos
Ad sacra Patroni festa, piosq dedit
Ectis vitis decies bis millia ~~dedit~~ numm̃um
Tecta simul cupiens splendidiora sacro
Ut Cineri ferent tanto dignissima Regni
Patrono Lechici Palladisq domus
Prodigus in superos amor hic, purissima diuum
Devinxit miro foedere corda Tibi
Augmentumq sui fortunatusq bonorum
Successus meruit Zadziciisq ratis
Aethereas merces, mortalibq extulit undis
Atq immortales transtulit inter opes
O Phoebo dilecta Ratis, dilecta Camenis
O nimium doctis Navis amica viris!
Te feret aeternum magno cum Prosule doni
Munificum pigny sacraq gaza Tui;
Fama Tibi pelagq, Colum Spiracula, remus
Doctorum calamiq, velaq mitra dabit.

Illmo ac Rmo Petro Gembicky S8 Epo Crac
Duci Severiae Cancellario Acad.

Candida Sarmaticis quis non Vovisset Athenis
Saecula sub niveo stemmate Gembicy!
Quis festos instare dies, quis summa negasset
Gaudia? quando sing Fascia Liligeros
Expandit mitisq suos adiunxit honores
Pacificas senum visa referre Patrum

Et niveas mentes, pretiosaq dona vetusti
    Candoris Pacis pignora grata Scholis;
Ast heu! pro niveis nox et caligo dieb⁹
    Pro pacis dulci, lis inimica bono
Omnia confudit, tempestatesq sonoras
    Palladis in Regno seuaq bella dedit
O quam Castaleas vero qui vellicet aures!
    Justitiis summos admoveatq viros
Si vir forte deest, ingentia damna parantur!
    Mellita ô quantum blandaq verba nocent,
Praecipitantq bonos! nam quid precor optima mentis
    Gembicius decora, et relligiosa boni
Praesulis inuertit populoq infensa togatae
    Pectora damnosi, votiq consilij
Reddidit: Eloquij veracis nonne dolendus
    Defectus, taciti nonne aconita mali!
Obsessaq aures circumstantium dolosis
    Artib⁹ oppressae, difficilesq Sophis.
Hinc qui nostrarum vindex acerrimus olim
    Praesul erat legum LVBOMIRIUSq grauis
Compressit metus, Libertatemq togatam
    Visus erat proprijs plus adamasse oculis
Decertans toties, toties instantia Musis
    Nubila disjiciens concilians q Sophis
Sarmatici solis nitidos, solijq fauores
    Quando cum aduersis bella togata Scholis
Gessimus ille dein. Grigerouii partib⁹ se
    Adiunxit grandem Juris Academici
Jacturam fecit fortunarumq Minervae
    Exiguam sortem, sumptib⁹ immodicis
Afflixit, Romae dum per tot iurgia causae
    In longum trahitur neq Academicae
Luce palam fassi quorundam pessima turba
    Id conflasse mali. vafraq consilia.

Namq Mi pietatis amor, vitaq probata
Illibatq erat perpetuusq decor
Magnarumq capax virtutum pectq in omne
Mensq bonum flecti prona, bonisq favens
Munifico dextra quod posthuma dona probarunt,
In Sacros usus nempe tot atq inopum
Effusq solamen opes, coeloq dicatq;
In Sacram Divi Patris apotheosin
Dona relicta etiam grata clarissima mentis
Stobnicensem, impressum Crac. 1515.

+

M. Adamus Vrzesnianus C. M. Concionator

Mortem ut non timeamus, timere nobis semper ab ea debemus; nec enim illi eam olim timent qui nunc timent; aut improvisam animo excipiunt, qui ipsam in alienis calvariys quotidie inspiciunt, aut cogitatione frequenti secum circumferunt. Inter multos ex Academia nostra qui eam vel ad aras in templis vel in cathedris templorum et Lectoriorum subito obiverunt, est hic Adamus qui Anno Dni 1590 ipso die Bmae Virginis ad Nives (incidebat tunc in diem Dominicam) dum in templo S. Nicolaj extra muros Cracovie, cuius Eccle. sinistram agebat concionaretur in medio Concionis Paralysi ictus, sequenti die degenerante paralysi in apoplexiam hora 22 spiritum Deo commendavit. Purus animus, nive candidior die castissimae Virginis ut pie credimus in Celeste Panteon verba Creatori clamitus receptus est. quo Mater Virginea in Monte Esquilino templi sui formam Patricio Romano monstravit et ingenti fabricae ex nivibus fundamenta iecit, quod per omnem Orbem hodie clarum Mariae Maioris nomen gerit.

M. Adamus Bursius.

Brzezini Ortus, Leopoli in domo Musarum educatus Cracoviae Anno Xi 1580 Bacc. mam in artibus Lauream, biennio post Magisterij gradum obtinuit. Ex Contubernio Hierosolimitano quod dextre rexerat Collegij Minoris Professor factus, gratia maxime eruditorum Virorum Andreae Schonej Simonis Simonidis Valentini Vidauj et aliorum quam plurimorum floruit. Post M. Melchiorem Stephanidam Leopolit. primum Samosciane Acadae Professorem Officialem Generalem et Canonicum Chelmensem à Joanne Samoscio amplis sane praemijs ad professionem in Lyceo ab se erecto obeundam evocatus, Vixit ibidem Uxorius Eloquentiam profitens et a severioribus philosophiae studijs non remittens. Testantur hoc eius Opera post mortem fundatoris in eius Obitum Poemata varia Elegiis et Orationes funebriales Zamoscij 1606 edita. Philosophici vero studij Dialectica Ciceronis per capita Libri quatuor comprehensa Germana Sapientia Antiquitati Justo Lipsio multum probata. De Bursio et Ursino, lidere versu sic placuit Nicolao Zorawskj M. D.

> sentiendum erat tredecim annis quia si verum est juxta dicta verdictum quod Mur... prima lauream ... 1580, id quoque ex actis Facultatis non certo deduci ... eundem lauream Doctorali ... prius quam anno 1593 tempore redditum.

Quisquis felici vis currere puppe per equor
Aspice quae splendens sit Cynosura loco
Ad summos quisquis doctrinae tendis honores
Bursij et Ursini stella polaris erunt
Ambo quidem ad Septem sunt Sydera posita Trionem
Sed rutilant alys qualia rara locis

+

M. Adamus Falecki S.T.D. V. Rector

Si Splendorem generis ad commendationem clarorum virorum pertinere
volumus, quod ita natura comparatum sit, ut qua in familia praeclari
virtute pietate et rerum gestarum gloria praestantes viri extiterunt ex
eadem qui sunt, a maiorum suorum vestigiis ne latum quidem unguem
plerumque discedere solent. Si concinnam membrorum corporis Symme:
triam, robur et firmitatem artuum, oris venustatem, vultus gravitatem
oculorum lumen sensuum acrimoniam, in bonis naturae esse censemus
eo quod ~~hospes~~ habitator animus, veluti hospitium in terris dei, conveni:
ens sibi in corpore diversorium emetiri consuevit. Si denique ingeni
um facile in omnia, celeres animi motus, claritatem intellectus, memori
ae ad retinendas et fingendas rerum species vim, in bonis hu:
manis numeramus, quod istis veluti quibusdam alis in altum supra
vulgum homo attollatur: inter claros, Clarissimum, inter nobiles
virum nobilissimum de quo nobis Sermo nunc est Falecium ponere
debemus. Natus est enim ex parentibus in hac urbe Cracoviensi
nobilissimis, et primis familiis Sanguine et Origine coniunctissimis,
quam generis sui claritudinem ille non ita habuit ut ab ea lu:
cem reciperet sed ut ab se auctam in suos titulos refunde
ret splendidiorem. Cerea enim est omnis nobilitatis imago quae solida
virtutis fulcro destituta in hoc hominum recte de rebus judicantium
exposita illico liquescit ac diffluit. Aureas Cicadas Symbola
nobilitatis fuere olim Atheniensibus, nimirum splendida vani
tas est tantum inania avorum nomina crepitare, ab eorum virtu:
tibus et moribus discrepare. Lunatili erant Quiritium Roma
norum calcei quod calcanda potius quam ostentanda stemmata
indicarent eorum qui propriis ipsi pedibus ad laudem et vi:
rum gloriam non accurrerent. Ergo nobilitatem non tam paren
tibus quam sibi debuit Falecius qui eam virtutum splendori
bus insigniter illustravit et in alios abunde cum gloria transfudit.
Nec minus vanitatis argumentum putavit esse ingenii aut
corporis dotibus tumescere, ista enim luculentiores in aliis;
imo et in ipsis brutis etiam reperiuntur videntur spectatiores
nec bona diu esse sunt, nisi cum virtute coniunguntur quod cum
Falecius optime novisset toto animo et corpore ad virtutem nixus est
non aliter omnino omnes motus animi et corporis quam ad
eius regulam et amussim omnesque actiones suas componen
dos et moderandos censebat. Nam ut a puero excrevit corpus
quatenus animo obsequens esset, ad omnem tolerantiam fa
mo sibi laboribus exercebat animum vero ab iis artibus
quibus prima aetas ad humanitatem informari solet excultum
non cognitione et intelligentia tantum rerum quae ad exercitationes philosophicas

Sed etiam innocentia probitate caeterisq virtutibus ita instruxit, ut
adhuc adolescens exercitatissimus athleta palestrae literariae in
admirationem sui, doctrinis raperet et spectatus ac maturus fru-
gis viros ad aemulationem sui excitaret. Quare jucundi erat mul-
tis expetebant omnes boni cum eo vivere carissimus extitit a-
vunculo suo Abbati Sulecoviensi et Archiepiscopo Gnesnen[si]
qui sanguine sibi coniunctum propter excellentem doctrinam ac
exaggeratas virtutes beneficiis ecclesiasticis ~~[struck out]~~ augere et
infula sua insuper ornare decreverat si modo se ad aulam con-
ferret. Verum ille autoritate Patrum Collegii Maioris in statione
Minoris domus collocatus maluit in Scholis pulverem sudore colli-
gere quam in aula inaniter nitere, elegit potius gloriose alijs
inserviendo consumi quam aulae lenociniis ignaviter corrumpi.
Cui suo honestissimo proposito non defuerunt percommodae oc-
casiones nam ex quo tempore Collegio Maiorum professorum
erat aggregatus ex eo statim ampliorem exercendae suae virtu-
campum nactus ita maioris Professoris in se omnes implevit
partes ut eius in perlegendis lectionibus, et absolvendis disputationibus di-
ligentiam probarent omnes boni, desiderarent ubiq locum discipuli,
ex eius Schola numerosissimi meliores et doctiores quotidie evadebant.
Sufficerent ista ad commendationem cuiusvis boni Professoris laudesq ni-
si in [illegible] longe essent ampliores. ista enim intra privatum con-
tentus clarum et ad lucem publicam spectabilem eum minime efficerent
verum ut maius lumen obfuscat minus, ita privatae eius vitae licet per
se laudabilis fuerat velut umbra in comparatione ad publicos ma-
gistratus quos gessit laudabiliter evanescit. Magistratus ex sententia
Biantis, virum et quidem excellentem ac ad omnem posteritatem
commendabilem eum demonstravit. Bene quidem, qui latuit bene
vixit at in magistratu speculis et spiculis intentum exposi[tum]
Si quis idem jupiter omnibus horis sapiat et maneat si adversis
non frangatur nec secundis insolescat cum robustis virtutibus incorrup-
tis et quod non privato sed publico bono natus sit, prudentem esse et
necesse. Nam etsi teste Aristotele idem bonum sit uni homini et ci-
vitati attamen cum bonum Civitatis aquirere augere conservare
longe maius opus sit quam privatum curare, proinde longe illustri-
or est qui toti Civitati ac Universae Reipublicae virtutibus suis benefi-
cium aliquod praestat quam is qui virtutibus vel ornatissimus in um-
bris vitam traducit. Qualem vero in Rebus Academicis et Eccle-
siasticis ad quarum clavum sedebat sese gesserit etsi omnibus qui
cum eo vixerunt satis notum perspectumque erat nobis tamen qui
tanto temporis intervallo a morte eius hoc scribimus sufficienti ab alijs
breviter attingere quae de eo manuscriptis tradita et communicata ab alijs
audivimus legimus.

Ut

Vt alta ventos semper excipiunt juga
Rupemq. saxis vasta dirimentem freta
Quamvis quieti verberant fluctus maris
Imperia sic excelsa fortunae obiacent. verissime dixit Tragoedus.

Obiacent fortunae principum superbae quae domus celsitudines. Obnu:
bilantur etiam in nubibus saepius maiestatum serenitates. Magnifici
parvi fiunt. Clarissimiq. obscurantur. Nullus et fulmina cumdat
altos conscendit montes nisi qui desipit.

Saepius ventis agitatur ingens
Pinus et celsae graviore casu
Decidunt turres feriuntq. summos
Fulmina montes

Omnia haec in se Magistratus incommoda licet eos maxime fugeret Falerius expertus est. ita ta:
men expertus est ut iis non obiaceret sed altius contra adversa ca
put erigeret eaq. ab se procul abiiceret. Quoties rectorem egit
multoties autem gloriosissime egit, toties gravissimo oneri non vo:
luntate propria sed omnium votis et suffragiis successit. Illudq. Athlan
teo robore sustinuit, in maximis fluctibus et tempestatibus clavum re:
gum tenaciter. Bona, fortunas, vitam quasi rupis immotae verticem
insanis ventorum turbinibus obiecit. Curas vigilias pericula mole
stias pro conservanda pace communi et tranquillitate decoravit pulcherrima
et quidvis ferendum sibi esse duxit modo ne quidquam de integri
tate Universitatis inclytae decederet. Supervenit tandem anno re
paratae salutis 1609 insuperabilis consilio humano in Academiam
tempestas, quam ille non superavit tantum sed et gloriose superavit.
Seposito enim omni affectu ac in solum Bonum et Salutem Aca
demiae animum intendens gravem cum Rmo eiusdem Academiae Cancellario
rio disceptationem suscepit in qua velut Jacobus ille cum Angelo
lucta superior feliciter evasit. Cum enim Illmus et Rmus Petrus
Tylicius Epus Crac. pro reformanda Acad. Breve Romae a Sede apostolica
obtinuisset et illud ipsum in effectum dare omnes tentabat vias
nulla tamen ad perpetrandum visitandum Rectoris animum vel pertingere potuit
eadem ratione, non sapiebat aspera Cancellariiq. minime pergere pro
tevat Vtriq. illum est. Vt enim mitissimus et Universitatis aman:
tissimus erat princeps datis ad M. D. Rectorem litteris suavibus
modis verbisq. blandimentis flectendum ad consentiendum sibi super Reforma
tione pertrahere volebat. at ille cum prudenter tum modesto
sed nec minus libero id fieri per Jura regni Canones Concilii
Tridentini nequaquam posse respondit simulq. quod animum suum ad
voluntatem ~~huiusmodi visitationem~~ Acad Illmi inclinare non posset, humiliter
est deprecatus. Mittit versus Illmus virum de gremio Universita
tis eximium Jacobum Sandivogium cum Suffraganeo Crac. Dembski
qui M. Rectorem qui dicerent Eum ipsum nec aliam scire Academiae
reformandae voluntatem quam summi esset in terris Xi Vicarii
Supremae ac coelo proximae potestati resistere non aliud esse quam
contra torrentem frustra niti. Quibus Falerius

Reformationem aiunt per Rectorem et Decanos fiendam ex praescripto legum et
Sedis Aplicae beneplacito, Universitatem non detrectare; alterius generis
deformationem potius quam reformationem abominari nec in eam se
unquam consensuram. Cum hac non proficeret, ingressus est aliam
viam facti praetextu Reformationis Epus. Ad Collegium Maius magno
Stipatus comitatu descendit Convocatis per Rectorem Universitatis profes-
sores adfuit Mg ipsemet. Breve Apostolicum in medium producit manda-
bat omnes et singulos parerent mandatis. Patris Orbis Christiani Re-
ctor salutatus humanissime hospite. Subiectum se esse cum Academia
Sedi Aplicae profitetur, nihilominus deprecatur et vires adducit
cur visitatio huiusmodi et inquisitio in Professores fieri nequeat
Insurgunt contra asperius quos secum adduxerat Epus Praelati et Cano-
nici possessionum Crasinius Cantor [illegible] suscitant flammas alii atque sufflant
susurris tandem excandescit sine felle columba Relig [illegible] minas
iaculatur fulmina minatur discedere e consessu eos qui Refor-
mationi calcem darent iubet. Ad hoc Falerius animo minime mo-
vetur exemplo Rectoris nemo Professorum imperatis auscultat
nullus se loco movet eijci se potius passuros quam [illegible]
se relicturos profitentur omnes. Dum iterum ac iterum ac [illegible]
Urgentur Rector Prius inquit Illme et Rme Dne animam a corpore
meo separaverit quam me ab Universitate, aut Universitatem a me
avulserit. Diversarum enim licet Facultatum et tot capitum sit Uni-
versitas. Unitas nihilominus e [illegible] indivisibilis est Uni-
Hoc Rectoris dictum ad indignationem summam primum, deinde ad
in admirationem adduxit Epum. Ut enim sedata affectuum tempestate
ad se Tylicius redijt. Rneq sibi oppositas de proximo diffi-
cultates intuspexit animadvertit Rem sibi cum Justitia et cum [illegible]
ius esse. praestare potius regredi quam ultra male progredi ac [illegible]
inglorium sibi fore duxit si cederet tempori, Justitiae, et Aequitati
nec deinceps unquam de reformanda sed de ornanda et ampli-
ficanda Academia cogitationem suscepit. O factum Herois dignum
utrumque omni laude dignius! O alterius invictam constantiam! alterius
in summa potestate quam animi moderationem! Ubi quantum
quis potest tantum et audet. Actum est de omni iure et lege. Ubi vero
et Rector fit Ceruus qui Leo debuit esse res omnis publica
non proditur tantum sed plane perditur quod malo suo didi-
cit Academia Ao 165., et consequentibus annis. Talem ergo
Rectoratus Ostendit virum Falerium. De supremo eius in
S. T. doctores principatu nihil hic amplius adducendum nisi
seu quam quod eius ordinis fuerit Pater Patratus et Senior
dignissimus decanus. in Sacra Scriptura explicanda aliquoties
Ecclesiae Patrum tenuit sensum in controversiis circa res ad-
ses difficultatibus solvendis facilitatem D. Thomae Aquinatis non invenitur
Accuravit Testantur hoc eius lucubrationes quas recentem adhuc Spirant [illegible]
Doctrinae adiutorem habuit veluti Patriarcham Procuratorem
Domus Jagiellonicae Pauperum Studiosorum quam [illegible] fuerat
fit cum a fundamentis aedificium [illegible] deficiebat tectis [illegible]

iniurias coeli excipiebat solij stabant deformes squalore parietes
ad opprobrium Dnis praepositi parietes. Sed enim nec diu passus est he:
dibiuo fieri a Diuiis Magnis Hedvigis Reginae lavig. [?] connatu re:
undique auxilijs proprioque effuso aere cementarios quamplurimos et archi
tectos conmoravit breuique aedes commodas honestis juventuti repararet
centa illi et tarda omnis videbatur operariorum festinatio eo quod
ipsa internam novam studiorum disciplinae prius animo perfecisset et in exe:
cutionem deduxisset quam illi opus perficerent externum
Fuit praeterea Valencius et in gubernanda et servanda Academia
eximia quadam et commemorabili prudentia, sic in cultu diuino
promouendo administrandoque recta singulari sapientia. Alijs hos duos
res in eo ita spter caeteras virtutes plurimum floruerunt ut dubita
re quis merito possit. Unum admirari magis in eo maximi con
silij diuinam prorsus in gubernando vim an vero in diuinis pone debeat
diuinam prorsus in gubernando ... et disciplinae spiritualis obseruantiam. Duas illi eccl:
esias Canonum et disciplinae spiritualis obseruantiam. Duas illi eccle
sias amplas et populosissimas rexit altera Diui Floriani in Clo
pariano cuius decanum agebat. altera Stasioviae nobili et perur
bano in oppido cui sum potestate pastoris praeerat. Hanc muris
et moribus collapsam ingenti sumptu et operibus restituerunt illam quo
ad administrabat capitulum maius tanquam normam alicuius collegi
aterum legibus et statutis ex constitutionibus synodalibus descriptis
astrigebat capitulum non minus in officio et vindi[cata] obseruantia
agendorum retinebat. In templo clericis et curionibus in foro
plebibus exemplo quos docebat faciendo praeibat. cum enim rebus in
alijs tum in hoc praecipue a politica saecularium ecclesiastica distare
respublica quod praelati non tam legum severitate quam morum
integritate nec tam ore quam re non tam verbo quam facto
populos in officio continere deberent. Etiam Christi iugum suaue
et mandatum mite est. Macte hac virtute Valaci Academiae
sapienter ... religiose rexisti nimium in ... oues ... opus
... in Academia non ... Universitatem curasti. In ... Acade
mia ... in ... super virgam etiam oculum ...
... sam providentiam vigilantem tenuisti. Multi huiusmo
... dignitates adepti tum demum ... indigni apparuerunt
... Academiae et ... sic gerens palam probasti
Tu fuisses ... amplissimis provinciis gubernandis dignissimum
fuisse te. Extendebat enim se ad ea etiam tale
et commodissimum.
cum quos alienae fidei commissa fuerant, non quod in sua
alienum inuoluere sed quod ad messem copiosam operarios
non inuitus etiam libenter accederet. Etiam Coetum pium qui Diuam Annam singula
riter patronam colunt tanquam filiolum dilexit, curauit orna
uit suam. Nulla illius Societatis celebrabatur congregatio cui
ille non adesset nullae instituebantur supplicationes ... quibus illa
concionem non haberet. Templum quoque D. Annae vetustissimum
Doctoribus sacrisque viris plane ... auxit ad ... maximam
erigendam subsidium tulit. Denique vetus mausoleum D. Joanni
Cantio renouare curat ipso sepulchrum subijt. Itaque in terris
ea quae sunt fructus est abijt. Spiritus autem ad Deum a quo creatus erat revera
... est Ao 1611.

Perfunde vultum lachrymis fidelibus
Docto Senatus Palladis
Reddens supremum honorem amico mortuo
Gemas velut turtur dolens
Tuus nitor hic splendor ordinis
Latet sub atris nubibus
Perfunde vultum lachrymis fidelibus
Palatium Juris sacri
Lamenta funebres cie modulans modos
Seu orphanus carens patre
Lumen tuum pulchris micans fulgoribus
Profunda nox en obruit
Perfundo vultum lacrymis fidelibus
Coi sonis prudens schola
Vestrum decus corona vestri capitis nominis
Jam jam vivere desijt
Perfundo vultum lachrymis fidelibus
O pulchra doctorum cohors
Testare luctu cordis anxitudinem
Heu concidit decor tuus
Perfundo vultum lachrymis fidelibus
Selecte flos pubis bonæ
Luge parentis fata threno flebili
Virtutis et sis æmulus
Huic vita casta et innocens cordi fuit
Sermo pudicus et gravis;
Sincera veritas fidesque candida
Mentis fuere pignora
Non fessus annis et senectute aspera
Exosa amavit otia
Sed sceptra gestans, dogmata fundebat sacrum
Lingua disertæ et verâ et bonâ
Donec supremus ille rector et parens
Functum satis laboribus
Jussit solutum mole noxij corporis
Sedes beatas visere

M. Adamus Stephanides Collegij Minoris Professor Sejdzinorfsi qui et ipse annorum plenus moribus castis Aº 1634 vitam hanc morte commutavit hac Threnodia in funere Adami Valerij lamentabiliter cecinit.

+

M. Adamus Stephanides. Senior Ti Collegij Minoris.

Janovię natus, primam et ultimam aetatem in Acad^a Cracovien. Philosophię dedica:
vit. Sumptum promotionis ad gradum ex manus ipsius propriis notatis hic pono
ut quantum aetas nostra hęc non multum distans ab antiquo rerum cursu defle
xerit videant omnes, et cuncta in deterius vergere. Suscepit is primam Lau
ream 1596 pro Quartuali Penteco^stes. Praesentatus a M. Adamo Bursio Taru
tensis Decano tum Francisco Boguzio existenti praesentatis, cui et honorarij loco obtu:
lit gl. 12. Consiliarijs facultatis M. Basenio et M. Bursio a primo inge:
nij sui tentamine gl. 20. Pro Sacro votivo gl. 5. Servo publico seu Pedello
gl. 1. Benevolentiam captando exposuit gl. 20, a thematibus singuli: gl. 5. ad Bal:
neum gl. 24 ad Cenationem contulit gl. 12 Fisco Physicorum sigillum Promoteo
et alia omnia fl. 12 non attigerunt. Obtenta prima Laurea biennio inte
gro legit disputavit et ad consequendum Magisterij gradum Lectionibus Professori
non segnem navavit operam. Creatus Mag^r Artium post Grammaticae et
Poëtae fidelissime Aristotelem est interpretatus. In Collegium Minorum Pro:
fessorum assumptus, Fundum Sidzinensem possedit et ad mortem illo solo
contentus cum Altari, tenuit nec Sacris maioribus Ordinibus initiari se
permisit. Vir canitie et Philosophica dignitate venerandus, et cuius
autoritatem minores Collegae plurimum venerebantur. In Consultationibus Uni
versitatis circa p.p.^m Societatis de jure legendi in Collegio ad S.^m Petrum
conatus. Gamalielis sensum et sententiam pronunciabat ideoq. cum Doctio
re Mitkonio, et Ziedzianowio, ad defendendam Romę causam quod ali
omnes D^ni Professores imo et Studiosi ferebant, nihil contulit. Dabatur
hoc in Consessibus et Convocationibus Univers. ob eius senio, ut post Doctores
locum occuparet. Post mortem eius. Beneficium Sidzinense Joachimus
Speronius ex Collegio maiori ad Minus repedare volens, apud V. Cancellarium domus
maioris affectavit, et repugnante R. D. Opalenio, obtinuit. Dum se investiri
apud Ep^m Petrum Gembicium laborat. Collegae minores interveniunt, eo
nomine quod Minoris Collegij Beneficium uni ex Minoribus Collegis Patroni
conferre deberent. Denegat Ep^s manuum impositionem Sperunio propter
allegatum Collatorum vitium. Ille vero extra judicium interposita provo:
catione Romam appellat. Minores causam pro suo Collegio apud Ep^m
tueri ne maiorum offenderent animos et parum aequam exasperarent vo
luntatem, nunc propter inopiam aliquid detrimenti caperent et cum libertate
tate ac antiqua Academię tranquillitate procul litibus laborarent, Episcopi
Patrocinium implorant. A quo monitus Joachimus cupta meliori dili
beratione ab omni impetitione liberos Collegas Minores fecit. Collatum
est Altare adjunctum habens Sedium medię villae Sidzina M. Jacobo
Suchj. Adam vero Stephanida ad Equites Polonos in Comitijs Varso
viensibus pro sublevanda paupertate Professorum Acad^a causam egit. Typis
eandem Orationem vulgavit.

M. Adamus Romerius Skrzyrensis S.T.D.

Nemo praeclarum et singulare aliquod opus in multa distractus et ut Plautus loquitur in pistrinum conjectus potest efficere: Multi Herculis numerantur labores, nullus maior, nullus inter caeteros gravior quam Policephalus Hydra, cui abscisso uno capite, aliud et aliud renascebatur. Status Academiae in Urbe Crac. similis est huic Herculeo monstro, unus labor in illa alium generat, unum negotium aliud trudit, nulla hora curis soluta, nec quidquam sine continuis et perpetuis molestijs Professori expedituum esse videtur. Possit Academicus solus, oes ingenij vires intendat oportet ut sarcinae ferendae bene vis capiti et lateri. Cures oia necessum est si individuum solvere voles, collega es non te ipsum tantum sed oes alios etiam procurabis. Sacerdos es, orationibus vacandum est, non ut Professor legas disputes domi et quocunque vocaberis: ac si tantum cum Apollline in Parnasso viveres, et nisi concatenatos hosce labores aliquando abrumpas, telam alicuius operis pertexere non valebis. Unde merito Adamus ut praeclara sua lucubrata in lucem produceret, liberta[tem] sibi e pistrino hoc a Deo dari postulabat. Postquam enim per 26 annos equitos se totum variorum lectioni auctorum professionique scientiarum, primo humaniorum deinde divinarumque tradidisset et consecrasset, ipsidque curriculum in literis transegisset: ut tandem aliquando ea quae verbis tum publice proferendo, tum privatim in angulo discipulis suis dictando: licet posteritati literarum monumentis commendare maxime cupiebat. Sed votum hoc eius spemque ac consilium ipsius variis innumerisque occupationes in collegio manenti impediebant, donec locum conditionemque vitae commutaret, et ex tanta tempestate molestiarum se exolveret ac eliberaret, in eumque locum se reciperet, in quo tuto et tranquilla mente ea quae per tot annos summo labore ac diligentia in adversarijs adnotaverat ordinaret et in lucem produceret, ne et expectationem falleret et fructu laborum debito privaretur. Quod illi tum denium contigit quando ad vacatam S. Nicolaj Praepositivam per votis decretum est electus quae illi non pingues reditus aut assas de coelo quod dicitur columbas afferebat verum desiderium suum quo flagrabat tanquam diuturnam sitim explebat. Quamprimum igitur honestissimum otium et quietem nactus est cohibere manum a calamo non potuit quin ea quae jam conscripserat limaret corrigeret et expoliret. In diversa tamen animus eius agebatur quos primum ingenij sui foetus in lucem ederet quos deinceps. Commentarij S. Scripturae, multi ferventes Tractatus Theologici et Orationes Sacrae propter suos dignitatis eminentiam prima tempora ut ederentur exigere videbantur. Porro humaniora studia tanquam fundamenta altiorum ultimam manum autoris, more plurimorum expetebant, itaque ut a minimis inchoaret Adamus facile persvaserunt. Edidit igitur in primis Grammaticam. Item Rhetoricam seu de formando Oratore tum Resolutiones dedicatas in X Orationes Ciceronis Crac. Columnam Cardinali Radziwilo. 2. Theologica opera dum jam jam prelo subiji debebant, census ecclesiae et Hospitalis sibi adjuncti vindicem pro fide data Crisitam per fora et tribunalia traxerunt. Ibidemque nemo in medio vitae cursu Anno 1616 magna jactura bonarum literarum sublatus est e vivis. Vir fuit utraque lingua doctissimus, Orator et Ecclesiastes dicendi peritissimus Scriptor egregius Literarum amantissimus qui quod pro zelo in Acad. in statum Epus Crac. ad reformandam. Unde curaret et Kathedris Theologos profundos. Et prudentes, Mathematicis sublimes Oratores graves Poetas venustos, procul rejectis uxoratis Beneficiatis Oeconomis publicanis exoptaret, ut Theologus in lege Domini meditaretur non rurui agris inhiaret J. C.s Canonibus et Legibus studeret. Medicus cum Galeno et Hyppocrate infirmis mederetur Astrologus astra aspiraret Phus disputaret Orator oraret Poeta carmina pangeret. Non paucorum animus contra se exacerbavit, ut eum e medio sui excluderent. Sed hoc genus paene eum attingere non potuit, tum quod pro veritate diceret tum quod Epum faventem sibi haberet. Sepultus est in Eccl. sua. Cum honis funus honorificum exequiis. Sebastiano Petri Kurerino Panegyrim instituentibus.

et

M. Adamus Opatovius S.T.D. C.C.

Fuerem animumq mihi advertite, qui precoces et immaturos fructus ætatem ferre nequaquam
posse affirmatis; quiq Matres, cunas, et sinus nutricum, ambitis molliculi: Octavus postquam con=
ceptus erat luciná invitá, mensis natalis ad septuagesimum tertium annum ætatem produxit
Adamus, matris ubera triduo non gustavit, ac sine ullo lacte vixit, et suum superis esse
uberi non dubitemus, quo suavissime lactant, delicatos olim sui cultores. Depositis in
Scholis Opatoviens. literario rudimento, apud Acadm Crac. cum literis Pietatem et mode=
stiam quo in ipsa etiam vultus et corporis compositione maxime elucebat, tam arcte sibi
copulavit, ut si alterutra vultus humanos et speciem assumeret, Opatovij faciem sibi assi=
sceret. Datus præceptor Scholis Humanioribus, integros novem annos (licet postea nonnulli se=
mel discipulos dispergeret) fidelitatem suam in illis probavit. Ioanni Zamoscio et Pe=
tro Tylicio summis tunc in Rep. viris, scriptionibus suis innotuit, quorum alteri Gra=
tulationem ad Epm Crac. alteri Triumphum a Victorijs obtulerat. hinc Epus ad
Seminarium Clericorum regendum nuper à Cardinali Macieiovio excitatum, Imperator
ad Professionem in Zamoscensi Academia ab se fundata obeundam Opatovium deposce=
bant. Sed fata ipsum Academiæ servavunt. Ioanni vero Zamoscio viros non paucos
præstantes eruditione viros pro uno Opatovio. et Tylicio in virem ipsius debuisse
num Xxxxxinum pro Seminarij angulari lapide libentem attribuit. In Collegio Mi=
nori Græce et Latine Spartam suam pulchrè ornavit. In Collegium Maius assumptus
assumptus sedulitate et contentione laboris nemini cessit, quæ illi deinde ad asse=
quenda beneficia Academica magno adjumento fuerunt. Nam cum M. Martinus
Plocensis ultro et benevole Professionem Tradnonianam cui annexum habentem re=
signaret, eamq sibi conferri M. Matthias Blosius, et M. Adamus Opatovius pete=
rent. V. Coitas Domus maioris cuius erat Sola et Unica Patrona dicti Beneficij
Tradnoniani. Visis utriusq laboribus, juniorem Adamum vocatione et promotione
solisq laboribus superiorem et diligentiorem ad obtinendum altare D. Bartholomej
Loci Ordinario præsentavit. Ab hac inaudita in Univ. Crac. per V. Coitatem
ut putabat Blosius sibi illata injuria, provocat ad Tribunal. M. D. Rectoris
Citat Competitorem, et Patronam. Causa et in judicio D. Rectoris et Dnorum Consiliariorum
utrobique cadit quod licet sexennio Prior vocatione esset merita tamen et labores
sibi æque ac Opatovio non suffragarentur. Appellat ille Cancellarium et Epum
Crac. utpote in Causa beneficiali Iudicem contra Collatores et præsentatum jura=
menti violationem. Ex eo Quod in florentissima Univ. Crac. specialiter vero in Domo Ma=
iori, in ipsius observantia tenerentur leges Statuta consuetudines, atq reformatio=
nes jure jurando tam in susceptione cuiuslibet ad Collegium, quam etiam post
electionem cuiusvis Dni Rectoris bis in anno approbatas, quibus cavetur, et
hactenus religiose observatum fuit, ut Priores vocatione, priores suscipiant bene=
ficia, usq adeo ut etiamsi alioquin plures una et eadem vocatione vocati fuerint
ad Collegium maius, prior tamen ex eis denunciatione, in vocando habet jus
prius melius et efficacius ad omnia Collegij beneficia accipienda. Immerito se
rejectum per V. Coitatem à beneficio, quod sexennio prior esset vocatus ante
Competitorem; injuste et injuriose sibi prælatum esse juniorem ac proinde
Sententias priorum judicum nihil aliud in Tribunali Sanctissimo antistitis
mereri nisi condemnationem, sui vero ad Epidicum beneficium institutionem.
In Contrarium Opatovius hæc adferebat. Extare quidem quæ allegarentur Statuta et Con=
suetudines, quas omnes omnino Collegæ jurarent; verum tamen neminem esse tam
alte mentis hominem qui se velit obligare ad promovendos Superiorum et Senio=
rum in Collegio neglectus, errores, et omissiones. Alioqui Domus Sancta et regni
laboris, esset alicujus asylum ignaviæ. Ad hac dictam legem habere suum

Suam moderationem et limitationem per Statuta Vniis, quod sub habet pagina 8. Statuimus
interea quod electores secundum formam Statuti immediate praecedentis, primum respectum habe
ant ad illum eligendum, qui plus et diligentius in facultate artium laboraverit; ita quod
sine ingenti necessitate, minus laborantem magis laboranti non praeponant. Jam vero licet
Blosius aliquot Commutationibus non disputaverit, per hoc Statutum licet loco sit prior
posterior tamen est meritis ac proinde non capax obtinendi praemij beneficialis.
Praeterea duplicia esse Domus beneficia, alia sunt, ut regiae Professiones 6. et Collegia
tura Collegij minoris praeter Artium et Mathesin, quae per Optionem, alia quae per Electio
nem conferuntur. In electivis labor, in Optionibus, Senium Vocationis attenditur.
Contra allegabat Blosius Statutum Domus 31. ~~quod~~ grade ~~loco~~ esset generaliter de
loquitur. Sed etiam dicit esse distinctionem beneficiorum quam lex non haberet, suffragante
potissimum praxi quotidiana per quam liquido cuivis constat, quod beneficium omne
nec possit nec debeat conferri, posteriori Vocatione, nisi prior Vocatione et labore
in Collegio favori suo renunciaverit, quod si non renunciaverit, ei necessario et
debito et justitia ante posteriorem Vocatione conferenda esse, Sed nec isto argumento
causa semel collapsa in judicio consurrexit eo quod principalis in laboribus
clauderaret. Decrevit Cancellarius Academiae pro Opatovio. Appellat Blosius
Franciscum Dotallenium Epum S. Angeli et Bissatiarum Pauli V. ad Sedem Apostolicam
et Regnum Poloniae de latere Legatum. Sed hic visis tribus conformibus Silen
tium liti imponit, ac utinam simultatis etiam omnem ansam partibus abstu
lisset. Exercuit enim alter alterius quoad usque vixerunt patientiam. Simon
Halicius Domus Collegij Maioris Artistarum Praepositus ab Epo ad Altare Sti Bar
tholomaei, investitum ad Rusi quam Chradnovices introducit. In fundo Tradnoviano
constitutus 25 annos integros labores et onera eiusdem Professionis fideliter continu
avit nec ullum beneficium domus aut Vniis ad Canonicatum usque Wiaconiensem qui sibi ultro
collatus est ambivit quod sors huius altaris si non praeferenda certe alijs aequiparanda
ab omnibus putaretur, quamque etiam ipse ne alteri post se integra cederet ut ad
mensam applicaretur relicto ducentorum florenorum Professori Salario, et Altaristae Centum
apud Epum Cracovie cum V. Communitate Domus Maioris autor fuit. Post Martinum
Gilevium Decanatus Sanctae Annae diu, et Concionatoris Officium biennio bono Ecclesiae
non aliquo proprio emolumento sustinuit. Solennitatibus S. Annae in eiusdem Ecclesia
Mulierem fortem quoad vixit populo frequentissimo praesertim Matronis in Con
jugio existentibus proponens. Doctrina singulari et Opinione Sanctimoniae
alijs in Collegio maiori eminentior, datus est Sanctimonialibus ad aedes S. Andreae
Sanctae Clarae institutum professis, a Loci Ordinario in Doctorem Vitae per
fectae et Spiritualis. Quam spartam et propter continuam in urbe residentiam
et propter diurnam et nocturnam si necessitas exigeret infirmarum expiationem
Patris Spiritus vigilantiam satis gravem, 40 annos non necessitate aliqua nam
stipendia, praeter portiunculas mensae quotidianas quibus reficiebatur, accipiebat
nulla; sed ex pietate summa adeo feliciter exornavit ut in ea ornanda
sui similem (si excipias Antonium a Kapaczavie S.T.D. Jura fama ad hanc
diem celebrat) neminem habuerit, post se vero multa saecula sint
expectatura. Praeter enim Triduanam in Hebdomadam Sacramenti Poenitentiae
dictis Virginibus administrationem, et Verbi Divini praesertim Passionis Domi
nicae diebus Parasceves toto sui regiminis tempore explicationem, eleemosy
nis etiam pro modulo facultatum suarum Coenobium sublevabat. Dogmata
Sacra ac Praecepta Ordinis Monialis exemplo et praxes per decursum totius

anni in gratiam ipsarum dato Libri Titulo Fasciculus Meditationum nec non
virum exemplar vivendi. Vitam B. Salomeæ illius Collegij fundatricis itemq[ue] D. Cunegun:
dis Reginæ Poloniæ eiusdem instituti, Conobij Sandecensis Parentis idiomate Polono typis
evulgavit. Nec in Spiritualibus tantum sed et in temporalibus, ceterisq[ue] ipsius negotijs
potissimum in controversia cum PP. Jesuitis ad S. Petrum et Sororibus Carmelitis ad S.tum
Martinum promptam operam et consilium semper obtulit, verè Patrem se illi S.
Congregationi Amore, cura, solicitudine, educatione, exhibens. In tam laboriosa nu:
merosissimi gregis animarum gubernanda provincia occupatus quæ non solum totum
hominem sed incorporem Genium deposcebat, Cathedræ tamen Academicæ primas
semper detulit, identidem in prælectionibus suis inculcans, Noxæ mortali obno:
xios esse Professores quicunq[ue] perfunctoriè vel sine debita et diligenti præpa:
ratione Cathedras conscenderent. Unde ipse præscriptis sibi in quacunq[ue] fuerat fa:
cultate examussim satisfaciebat legibus nihil in legendo disputando prætermittens
quod ad eo impositum respiciebat officium. Cursu Biblico ad calcem decurso
ad Explicandum Magistri Sententiarum admissus, disputationes frequentes privatas
et publicas magno cum profectu auditorum quos semper numerosissimos ha:
buit celebravit. Finitis Sententijs cum Doctoratus Theologici Laurea seu
negligentia seu invidia eorum qui Facultati præerant in longum differretur
facultatem in Italiam cum Joanne Preclaida causa ex solvendo votorum
ab unde impetravit. Romæ Orbis in Urbe per illa templa divorum
sine numero, per illas septem Stationum Ecclesias. Sanctorum reliquijs plenas,
vota sua Domino reddens, in conspectu omnis populi cor eius divino
amore æstuans in lacrimas solvebatur, et divinis consolationibus replebatur.
Quoties sacris operabatur toties infinitas gratias pro innumeris gratijs sibi
et mundo ingrato collatis referebat non solum pro suis sed pro peccatis
mundi totius hostiam mundam Deo Patri repræsentabat, deprecabatur iratum
Numen pro Patria Academia amicis inimicis, et omnibus quicunq[ue] preces eius
expetebant. ipse verò desiderio Patriæ Cælestis accensus, si jam moreretur
paratum se esse sin laborandum adhuc pro gloria illa cælesti esset victum et
aeq[ue] suos duos dirigendos commendabat. Referebant hoc qui eum Romæ
S. Missæ officium celebrantem viderunt, quod illis suis suspirijs illo æstuans
his Charitatis incendio quo ardebat ferreum etiam hominem et profundo vitio:
rum gurgite demersum ad lacrymas cordis compunctionem et poenitentiæ lacrimas
promovisset. Nimirum didicerat exemplo servi Dei Cantij quem sanctissimè
colebat et studiosissimè imitabatur illibatam se hostiam Deo sistere. fervens
Charitate pro omnibus orare se totumq[ue] mundum Creatori Deo offerre tam teni
poris maximè cum ipse Summi Dei mystes pro omnium delictis Cælestem
Agnum immolabat. In discessu Romæ, licet ipsi ad hoc facultas nequaquam
data fuerat, et quod facere Preclaides nequaquam voluit Lauream Doctoratus
in Sapientia Romana suscepit, dominiq[ue] promotionis suæ diploma retulit
quo ille ut et Doctoratu non ad otium et quietem non ad usurpationem et
ostentationem, sed ad opportunum calcar et incitamentum est
semel in septimana legeret, sed ad opportunum munus sibi, ne titulo ignoranti
usus. Doctor ergo inquiebat (sibi) Doctoris ergo munus obijt. Nam et ante Responsione
plebi forte imponens, quod ille fidelissimè obijt. Nam et ante Responsionem
suam pro loco in Doctores obtinendo, quæ illi obtigit 1628 proposita Q. de
Prædestinatione et post obtentum locum quovis die imò nonunquam bis de
die prælegebat, et tota vita sua Doctorali, Commentaria in Summam S. Thomæ
elaborabat

ut sæpius mirari debuerim, qui illi tempus, pro tot et tantis negotijs ad scribendum suf-
fecerit. Præter enim operosissimam Parthenones administrationem, Provisorem Contubernij Ja-
* nb gelloniani Pauperum. Præsidem Scholarum Nowodvorscianarum ad quas quotidie profectui
juventutis et laboribus Professorum attendendo, 4 in diem descendebat, diu egit. Accede-
bat Dictatura Academiæ quam multoties cum dignitate gessit, munus stomachi plenum
multis hinc implicitum foris et intus strenue obeundum. Quoties in Rectorem ele-
ctus fuit, toties ad disputationes Philos. Sabbatho et Die Dñi descendebat, non ut quem-
quam confunderet, sed ut præsentia sua pusillanimes animaret, quomodo promovenda et
solvenda esset argumenta monstraret et oēs præceptis salutaribus informaret. Adhi-
bebat quoque Professorum et formulo juramenti diligentissime invigilabat, Commentaria
eorum relegendo et explicationi vivæ vocis ad fores attendendo. Evicta causa
Romæ PP. Societatis de jure legendi Cracoviæ passim Executoriales se habere pro
ambonibus Ecclesiarum tanquam contra aliquos inobedientes convicebat Academicos jacta-
bant. Tantis Patrum impotentiæ et linguarum petulantiæ Protestationem de sua
in sedem et decreta ejus observantia ~~Protestationem~~ et simul appellationem ad Sedem
Aplicam interposuit, qua nonnihil quietiores ad mortem Regis Sigismundi III manse-
runt Socij. Ad initium Turbarum circa Collegium ad S. Petrum. Famosi Libelli Prora
Dawidowa Scriptori Clypeum objecit quo innocentiam Academiæ defendit, quem
libellum cum Rex Sigismundus legisset fertur ad Jesuitas dixisse. Pater vos
doctos Viros in Academia non esse. Ego vero in hoc Scripto etiam Religiosum legi.
In eadem causa ad Synodum Petricoviensem ab Universitate missus, cum à PP. Synodi
cedere ea consessu ad capiendam circa propositum deliberationem juberetur.
Respondit modeste Doctorum esse in Synodis sedere non locum cedere. Rem
Universitatis agi non privatæ alicuius personæ ad quam defendendam si res exige-
ret sua præsentia opus esse. Sub hoc in gravissimis Academiæ difficultatibus
Promotionem Canonisationis Servi Dei Joannis Cantij cum alijs ex ordine et
Processum ex Commissione Sedis Aplicæ in Quadragesima 1628 inchoari cura-
vit quo durante Deus multa mira in oculis oīum ad demonstrandam Servi
Dei innocentiam patravit, quæ ipse in Vita idiomate Polonico edita B. Cantij
connotavit. Latino etiam Sermone eadem impressa. Decennio fere postea
Anno scilicet 1637 eiusdem Servi Dei ossa ex Commissione Loci Ordinarij
ex veteri monumento sublevavit et in novum marmoreum magnis sumptibus
a variis Statibus Senatus et Nobilium transposuit. Quod Officium in Bto Dei
omnibus sustentantis bene recompensavit. Nam Rmus Ds Erasmus Kretkowski Præpositus
et Officialis Cracov. et Abbatiæ Mogiloniensis administrator perpetuus eodem Anno
19 Novembris postquam Huius B. Prandium salmonum et Cantium cenarum
ipse è terris ad cælos felici morte sublatus est. Rmus Joannes Lipski ex
Epō Culmensi in Archiepum Gnesn. Rmus Petrus Gembicki Epūs Premisliensis in
Cancellarium Maiorem Regni Bartholomæus Januszowicz Dr. in C. Cracoviensem
et Auditorem Rmi Jacobi Zadzik. Adamum nostrum Opatovium post mor-
tem Danielis Sigonij Alma Mater ad Canonicatum Cracoviensem Epō præsenta-
vit quo suo judicio veterem fermentum in emortuo jam ob senectutem
Corpore Matthiæ Blusij excitavit, ut iterum illo contra electum, et Rectorem
totamque Matrem de sua tanquam Prioris et Senioris posthabitione protestaretur.
Verum Cor oīum judicio et electi et protestantes quiescere debuerunt. Dicta-
tis vero et devotionis suæ in B. Pm Adamus in vita etiam fructum consolatio-
nis et visitationes internas recepit. Nam cum opera sua Theologica

typis iam absoluta in templo D. Annae semotis arbitris Deo clararet et ut ea bene
vertere sua mente juberet precaretur. Grateque pro auxilio sibi in ijs conscribendis D.
Tutelari Sancto ageret. Spectabilem se ei è Suggestu templi ut saepius ipse refere=
bat monstravit, beneque sperare de omnibus jussit, modum tamen Ordinem et collo
quium quod esset quodammodo cum laude sua conjunctus aperiendum nemini putavit
Est quippe in Sanctis viris virtus modestiae in ijs explorandis quae aliquorum
do cum illorum commendatione esset implicata, parcissima. quam servavit non
in hoc facto Sanctissime Adamus. Primo eius Rectoratu insignes in Acada
Emiae factae sunt accessiones, ut ex vulnere quod à PP. Societatis acceperat, fe=
cundior Mater Universitas facta est videretur. Ex munifica enim liberalitate ac plane regia Ga=
brielis Vladislavij in Bonis Jebira Censualibus Professores Cursus Philosophici Ju=
ridici nec non Casuum Conscientiae sunt fundati. Item eleemosyna pro Studiosa no=
bili juventute Raiboviana denique Polonia à R.D. Witskj Bialensis in Russia
erecta. Porro Oratorium Pietatis Academicum à RR. PP. Dominicanis quod
eorum Pr. Prior (cuius nomini parco) secreto quodam Academiae PP. Societatis ma=
nifestasset ad Conventum RR PP. Carmelitarum Excalceatorum penes S. Petrum D.
Michaëlis 163?, inde vero postquam Collegium Vladislaviano Novodvorscianum cum amplissi=
mo Oratorio magnifice erectum est Anno Dni 1643 ne quis optima ingenia
et spem Reipubl. crescentia persuasionibus ad se pelliceret; sed Deo impellen=
te ea sibi assumeret. domum transtulit. In Dyeta Hypocausta Maio
ris Collegij Capellam S Leonardi pulcherrimis imaginibus et nova ara do=
nis auratis exornavit. Trigam illustrium virorum amicorum suorum Joannem
Foxium Archidiaconum Crac. optime de Ecclesia Dei et Academia meritum, Seba=
stianum Zurenium 25 annorum Concionatorem Cathedralem vere Apostolicum
Joannem Preclaridum Praepositum S. Nicolai extra muros Cracoviensis virum liberalissi=
mum, et pientissimum terrae mandavit, quorum medius cum post Septennium
integer in Sepulchro mansisset eius pileolum de capite arreptum suo imposuit
et novis Sacerdotij vestibus Sericis albi coloris Ornari voluit. Quod si aliud
Septennium Similiter duravisset, Telas aureas paramenta eidem paraturum se pro
miserat. Sed post hostilitatem Suecicam R Sebastiani cineres et ossa in sarcum li
gneum collecta a Patribus ibidem Sub Altari B. Virginis sunt collocata.
Reditus et obventiones quotidianas ex Canonicatu Crac. liberalissime in pau=
peres erogabat, Praeter sublevationem eorum qui mendicare erubescebant, quot
quot mendicabant Crac. inveniebantur quavis Feria 4 et 6 non aliter quam
apum examina ad fores utriusque Collegij Maioris ut dissolveret aditum et exitum
adeuntibus et accurrentibus Studiosis et Professoribus accederent consolabant suo certo
et nunquam fallente stipendio. unde suspecta Cracovia de peste Collegae
bonum Patrem admonebant periculi ipsius et sui quatenus in Xenodochiis
et Orphanotrophiis potius quam in Collegio Charitatem istam exerceret in pauperes
Audijt tristem patienter legationem simulque humiliter deprecabatur, ut si Dni
Collegae pauperes Xi in Collegium ad se venire nollent, se etiam domo excludere
aliquem peste infecisset. Hanc
tenendum se legisse quod Xus in paupere aliquem in hoc seculo monstravit Xan
eius pietatem Deus olim praemiandam etiam in hoc seculo
triduo ante mortem cum lectulo aegroti assiderent Dni Collegae et Doctores
illique somnum quem immoti interrumpere nolebant coepisset, postquam erigi

evigilavit. Rogatus à R. D. Jacobo Ushenso quomodo valeret, et quid somniasset
Respondit Genium Coelestem sibi nuper adstitisse longoq́ in indice Doctorum Collegarum
nomen etiam suum meliore metallo inscriptum sibi monstrasse. Quod in Concione
funebrali idem R. D. Ushensis defuncti, disertissimè et pulcherrimè enarravit.
Rei id novum Aa. Vitis S. perfectissimum Joannis Eleemosynarij expressimus quem
ille imitabatur diximus. Nam post mortem eius querula egentium turba postquam
ad nos veniens Patrem et Patronum, Liberalitatis speculum, Charitatis antesignanum
Portum egestatis in Collegio non inveniebat pars in nobis exaruisse fontem
pietatis Christianae conviciabatur pars Collegium maius nequaquam à Professoribus
habitari lamentabatur pars frustra gemitu suspirijsq́ redivivum Opatovium
exoptabat. At noster Prodigus Misericordiae filius, Magnus Charitatis arbiter e-
tiam post mortem Studiosis pauperibus de Iwaniska unde et ipse ortus [illegible]
minervalia distribuit. Missas ad Aram D. Joachimi in Ecclesia S. Annae Sacra facien-
ti stipendia solvit. Monumentis suis Bibliothecam Collegij Maioris auget Rel-
quum peculij sui Quinq́ scilicet millia pro imprimendis Sebastiani Kurnini
5 grandibus Concionum Tomis reliquit. Fractum senio et laboribus Per-
augustum Capitulum à praesentia in Cathedrali sacris refectionibus absolverat
At ille se absolutum minimè volebat. Quare quod R. Hincza Societatis D.
in Concione funebrali apud S. Andream pronunciavit etiam tacens et silens
quoties ferculo ad D. Andreae vel Ecclesiam Cathedralem portabatur, totus toti de-
coris vultu et corpore concionabatur. Ingeniosa est ad suadendum Eloquen-
potens quoq́ ad persuadendum ratio, validissima omnium et efficacissima sunt
exempla ad docendum. Doctor vitae Opatovius exemplo non stylo, factis non
praeceptis, opere non doctrina populum Xi ad omnem iustitiam et pietatem erudiebat
Proximum morti Collegae et Confratres ut suo in discessu benedictionem ipsis et
Salutaria monita daret, sollicitarunt. Ille vero Respondit Una est. Filius Dei benedictio in Coelis et in
terris; Pacem Charitatem et Concordiam amate. Delibutus Sacro Oleo 4 9bris
magno dolore Academiae et hominum frequentissimo ad eum post mortem veni-
entium et tangere vestes et herbas quibus erat circumpositus volentium con-
cursu, è vita decessit. Sepultus 9 9bris in Ecclesia S. Annae, non procul à Ca-
thedra Ecclesiae 1647. Clarus discipulis Magnis scriptoribus Jacobo Sobieskij
Castellano Crac. longè dignissimo. Theodoro Zawackj Juris Polonici Compilatore et
ex domesticis Laurentio Szmieszkovicio M. D.

Sidereos pictas si quando ponere vultus
Vellet et humanas sumere Diva genas
Sic oculos sic illa genas sic ora referret
Induerat Tuae Frontis Adamae decus
Et pius et Solidè doctus pariterq́ disertus
Pauperibusq́ Sacri Lampas amoris eras
Ut Tua Te doctum doctissima Scripta fatentur
Prodiga testatur sic quoq́ dextra pium
Nil manibus fuerat melius nil doctius istis
Altera sparsit opes altera scripsit opus.

+

M. Adamus Dryski S.T.B. Decanus S. Floriani

In pedemontana regione Minoris Poloniæ, Tycini parentes habuit, unde etiam ortus Celebris
vir M. Georgius Tycinius, et Lubinij huius Adami patruus maternus cuius ducerunt. Georgij
meminerunt. Processus Canonisationis D. Hyacinthi, Radivilus Rescius. Cromerus. Processus
Lib 3. c. 43. Rescius in Epta de Transitu et dormitione Stanislaj Hosij. Radivili in suo
Hodoeporico. Martinus Cromerus in literis Vienna 25 Aprilis 1561 ad Rssimum Valentinum
Herburtum Epm Premisliensem datis §. Studius tertias literas Rmi D. V. Varsaviâ datas vnâ
cum pecunia Rd. Tycinio debita accepi. jamq habet ille, ni fallor pecuniam, e fisco
Pontificio noê Rmi et Illmi D. Cardinalis Hosij acceptam, itaq hanc suis adnumeravi.
Scientias Græcas et latinas quas in solo Acada Crac. didicit, et docuit, ex ijs postea
etiam Collega et Decanus Capituli S. Floriani lucrum omne pauperibus studiosis cessit. Anno
Salutis 1616 assumptis Philosophicis ornamentis, Illmæ Domui Ostrogiæ in instituenda illi
gentis spei sobole operam locavit. Cum Stanislao Ostrorog Sacris minoribus initiato Canonico
Cracoviensi in exteras nationes profectus, non procul à limitibus Patriæ, in Silesia Vra-
tislaviæ discipulum magna cum opinione sanctitatis, ut suo loco dicetur defunctum Cœ-
lo præmisit, ipse ab aulica vita et vaga peregrinatione per præceptores suos M. Gabrie-
lem Joannicium M.D. et M. Joannem Broscinium, ut temporis progressu, imitatione
Patrui sui in parem gloriam aspiraret, ad Academiam est revocatus. Ex hac, in Co-
loniam Posnaniensem cum Paulo Hercio Gregorio Golinio et Matthia Zabnensi pro Huma-
nioribus docendis 1619 jussu Rectoris Jacobi Janidlowij, Collegij illius, Academici fun-
datoris discessit. Loco illi per quam commodus, at non item locus ipsi commodus fuit
si quidem Anno 1622 quo turres et Tectum Ectiæ Cathedralis incendio consumta con-
flagrabant à nequam servulo, specie in locum tutiorem res eius asportationis, omni suo
peculio est defraudatus. Tulit hoc ad initium, novercantis fortunæ ludibrium tran-
quillissimo animo, postea vero mox æquiori, quod ut seipsum solabatur Campanu-
læ sonum, quo ad capiendum cum alijs in Collegio cibum vocabatur quotidie cum aurib
excipieret. Magnum nihil habenti solamen. Initium mali gradus fuit quo illi pro-
contigit felicitatem. nam Anno 1623 cum propter exantlatos prope quinquennium in
illa Colonia labores, tum propter amissam fortunam a maioribus mense ston in Collegium
jam Minorem est electus; Sed Collegium nonnisi illud Anno 1624 sub finem Januarij assump-
dum scilicet ipse votis Deo nuncupatis pro beneficijs acceptis se exolvit et
Disputationem publicam in Aula Jagielloniana de Motu elementorum instituit. Quos
enim Commensales penes se habuit eos per miraculum ferè conservatos incolumes
parentibus reddidit et ipse salvus mansit nam Petrus quippe Gatczynski, de
Collegij sublimioribus cadens contuso ore et fractis dentibus, integer. Joannes Wrzy-
ski sub tempus eluvionis Vartæ ab ardentissima febre liber. ipse quoq mense
Junio maligna aliquot diebus ex qua vix non expiravit laborans ut primum con-
veniendi Ectam corporis Xi P.P. Carmelitarum Mitigatorum veteresq miraculi religi-
as concepit. Saltrous Libetinam cum suis evasit. Anno 1631 inter Collegas
Maiores cooptatus. Præpositi; Fiscarij et Decani Artistarum simul officium sustinuit 1638
in morbum feralem incidit ex quo sublevatus ad Icones Bæ V. Mariæ Capellæ in
platea S. Joannis tunc miraculis maximis refulgentis, et in Oppido Pażęcno supplex
ivit 1643 electus in Canonicũ S. Floriani Provisorem Viskicianæ Zdziemoianæ
Batarcianæ, imo et Classium Vladislaviodwovscianarum egit. Labores se conserventes
in Cathedram Theologicam absolvit Bonum Certamen cum Paulo Hercio super Libris
Mgri Sententiarum certavit, Cursum consumavit. Canonicatum tamen Crac. et post
mortem Jacobi Vitelly et mox post mortem Pauli Hercij, qui supremi Præpositi inter
demia loco est recipere pro modestia et in suo loco recusavit. Pannum nobilem
esse cum Antiquo inquiens, Rubeum Canonicorum indumentum Sed quem nemo prudens occipiat

mortuus est longa phtysi et tabe confectus die S. Barbarae hora noctis fere prima 1648
Patronus Gentis penes Academiam Germanicae, quam liberalitate sua et largis eleemosynis fovebat.
Paupertatis vero tantus amator ut visa post mortem Pauli Herci relicta ingenti pecu:
nia extra se positus intelligere non potuerit, unde tanta opum vis Academico (erant fere
triginta millia florenorum) et qui somnum capere potuerit Paulus cum tanta pecunia.
Vindex ultimae voluntatis Jacobi Vitelly cum advertere ... executorem suum libenter
aureos nummos defuncti penes se retinere publice profitebatur se pro sepultura minu:
tim ... paruae monetae relicturum ut executores peccato et cupiditate simul ha:
bendi aliena absolveret. Perpetuus apud Opatovium et Vitellium Patres Academiae
haerebat quibus minimos etiam Thesaurorum defectus referebat. Inde in proverbium abierat
... Dn. Draskj ideo nullum verbum intra se continere posse quod non deferret ad Patres ne
forte sibi in ore putresceret. Antiquitatum Academicarum curiosissimus fuit investigator
et observator. Extant non pauca eius annotata, Gesta vero diligentissime collige
bat libellos in et circa Academiam circa Collegium Crac. Societatis Jesu, et vice ver
sa conscriptos. Epo Andreae Lipskj carmen Gratulatorium scripsit in ingressum Cracoviam
Graeco sermone, et Gratulationem pro Rr. in Doctorem Theologiae Adamo Opatovio
disputatione pro Collegio 1626 sub tempus impetitionis Jesuiticae
Aros adeklebat Gregorij Golinckj hoc carmine.

Pallade DRASKj
Perge bonis artibus nec iniquâ
Laudibus applaudant, numina dextra Tuis.
Ita Cromoligenae, quondam Cis fluminis undas
Ibi ubi Dorneadum surgit ad astra decus
Lubniam sueras Musis et Apolline plenus
Alter ut Andreas condecorare Scholam
Lecta Tuo quando pendebat ab ore juventus
Castalij mentes fonte riganda vadi
Dum Tua hirmatim Puber ad tecta ruebat
Nectareos à Te sumere dicta favos.
Et velut äereas glomerabat sepè volucres
Bistonis Odrisio pollice pulsa chelis:
Sic Tua densavit facundia blanda frequenter
Dulciloquis juvenum corda tenella modis
Hanc quoque percelebrem Divi Jagielonis Athenam
Dotibus ingenij perge beare Tui
Atque genium deprome Tuum, nunc ipsa movet res
Altius laudes ut meâre Tuas.
Dum Nemesis male sana furit, dum spicula passim
Mahis in antiquum vibrat acuta decus
Tu quoque ne dubita forti confligere Marte
Obsiciat quamvis saeva procella minas
I bene Decio pedibus muninine pedes
Aegide spem firmam Praesulpeahis habe
Quoque magis coeptis pergas confidere rebus
Crux Tibi victoriam et sacra trophaea dabit

[illegible]

2

+

M. Albertus de Brudzewo C. S. T. et Vilnensis. S. T. B.

Nobilis Albertus cunas, in nobilissima Maioris Poloniae Brudzeniorum familia habuit. Nobiliores
Nutrices, Musas Academiae Cracoviensis. Istarum ad castissima Ubera, non profanam tantum; sed etiam
et Sanctiorem Sapientiam imbibit, Superato bicipiti Poëtarum Parnasso, Astra cum Mathematicis
de proximo speculari, et ex istis ad autorem Sydereum contemplandum ascendere voluptas
illi una fuit. Anno reparatae Salutis 1476, aetatis vero suae 31, Seminario Hungarorum
in domo Melsztynia, plateae Fratrum Minorum, ab Alma Urbe cum potestate ut mos
est apud nos dicere Lexiovis est praefectus. Inde post septennium inter Collegas
Minores Anno videlicet 1483 ut ipsemet annotavit 6 Martij pervigilio D. Thomae
Aquinatis est assumptus, Quo tempore frequentia discipulorum, prae alijs maxime
floruit. Habebat inter plurimos Jacobum Cobylinium eum qui post Professor factus,
Astrolabij declarationem edidit. Nicolaum Schadecum, Martinum de Ilcusz, omnes
postea praestantissimos Mathematicos in Acad.a Crac. Professores et ex istis eandem Ma:
thematicorum Nicolaum Copernicum, quem ille non tantum principijs Matheseos
egregie imbuit. sed etiam ad restaurandam veterem huius Sciae gloriam, ferventissi:
me et felicissime inflammavit. Principio huius suae Professionis edidit In:
troductorium Astronomorum Cracoviensium. deinde Tabulas pro Supputandis
motibus Corporum coelestium. Tandem De Constructione Astrolabij Librum. Nondi:
u post ad Collegium Majus Artistarum Anno scilicet 1490 vocatus, brevi etiam
S. T.e Baccalaureus Creatus, et A.o 1493 ad praelegendum Mgrum Sententiarum unde
huiusmodi S. T.o Baccalaurej Sententiarij. et postquam tertium Sententiarum incho:
averint Baccalaurej formati vocantur, est admissus. Interea Cardinalis Fridericus
Princeps Poloniae, pro Fratre Germano Ser.mo Alexandro M. D. L.tus, eundem tanquam
Suae Serenitatis Secretarium, A.o 1494 Februarij 6. Rectore tunc Joanne Sacrano
ab Academia salvis omnibus suis accessibus et praerogativis, ut in Lituaniam i:
ret postulavit. Nam eum propter morum elegantiam, et eximiam vitae probi:
tatem omnibus Regalis Domus adhuc Sub.tis Joanne Vels de Posnania, quem Albertus
tanquam Privatum suum saepius conveniebat, carus erat, maxime tamen Alexander
M. D. Lithuaniae nati quadam propensione, singulari in eum affectu ferebatur
ut sine eo non libenter esset. Aegre admodum postulatis annuit Patres
quod simul et Mathematico insigni et Theologo privaretur, idque duabus
adjectis in Lib. Conclusionum p. 25. clausulis. 1ma ut Albertus ultra spatium
unius anni in Lituania moram non trahat et ad Cathedram elapso tempore ve:
niat, 2a ut ex Capitulo S. Floriani, annui reditus nonnisi 16 marcas ca:
piat alij autem reditus fundi ipsius in refectionem praesentium cederent.
Quamquam haec Cautio superflua fortasse in viros nostros irrevertendi, et princi:
pis potestate, fuit Nam hic Sacerdotio Cathedrae Vilnensi multisque benefi:
ejus Secretarium suum, ut is ad avarum et bonos in Academia labores redire
ne cogitaret, ornaverat. et mors ante tempus lapsum, invidia humanae
Virum dignissimum ex oculis Vilno ubi Sepultus est. Sustulit Aetatis anno
circiter 52. Praeter superius enumerata Opera Commentarium in 4m Libr.
Magistri Sententiarum manu ipsius propria Scriptum et Subscriptum pro Libra:
ria Theologorum Maioris Collegij Artistarum ~~reliquit~~ per executores lega
tum Civis in Manuscriptis Bibliotheca Univers. Crac. videre licet, ipse vero Scho:
lam ... artes feliciter efflorescere oportet
Principum Ubi magistris Status Vigentes bonis.

Brudzewi quando Musarum Culmina magna
Praendisti hor Regum mens tibi amica tulit

S. Floriani duos baculos ex toto argenteos quos Capitulo in Supplicationibus uti consueverunt, et qui continent in se 9 m.c argenti et 1 cum ... unc. globis ex argento per M. Dekaka donatos, comparavit.
ex Libro Statutorum Capituli.

M. Albertus de Parlin.

Exemplo in paucis memorando Albertus iste Philosophicam et Theologicam in Academia Cracoviensi decbus vitae suae excoluit Facultatem. Relictis enim inferioribus artibus et ad altiores istas non illotis quod ajunt manibus accedens, Post explicationem nodosi satis et ipsis terminis obscuri Textus Arist. Super Universam Philosophiam Quaestiones conscripsit. Ad Theologiam admissus in eam promovendam strenuam navavit operam, quae vel in eo adhuc relucet, quod ab eius ingenii lumine ad explicandos in 4 Libris Mgri Sententiarum sensus abstrusos lucis Commentarijs qui in Bibliotheca Artistarum Collegij habentur non parum attulerit. Quibus annis vixerit et scripserit nec ipse in Libris suis; nec quando animam Deo reddiderit alij eius Collegae quae nostra perpetua ignavia est adnotarunt. Sed hoc fasti olim Coelestes loquentur, Mihi autem sua commendare hoc demum ego aeternam famae numquam moriturae monumentum existimo.

M. Albertus Szebresinensis

Patriam Alberti Cognomen; Eruditionem in ipso Academicam eruditio indicat, Poeta et Historicus inter sui sui Scriptores praestantissimus. Quod quibusdam ob pauci eum divorum cultum, quos pia potius mente, quam multis externis ritibus colebat in fide suspectus esse videretur, Academia autem Cracoviensis non Laurentianos tantum Professores sed etiam ad limina Urbis accedentes Studiosi ipsi, cum in album inscribuntur mente et ore Haeresim omnem et novas sectariorum quorumvis doctrinas in manibus rectoris cum juramento proscribunt, fideique Sanctae Catholicae professionem publicam faciunt Itaque ad refellendam sinistram istam et falso conceptam opinionem. Fidei Romanae Confessionem carmine eleganti amplexam tandem viris doctis exhibuit et judicio S. Mris Ecclae subjecit. In Laboriosiores porro Librum Carminum, cuius carmen veterum Poetarum phrasim et numeros redolet. Similiter Epitomen Xenodochij Cracoviensis. Grammaticam duplicem Exegeticam et Methodicam.

Dignum laude virum Stygijs innoxium undis
Musa vetat virum Sydera ad alta vehit
Prodijt Albertus Musarum maxima cura
Ingens Studium, dulce decusque suum
Aeternum vivet redimitus tempora lauro.
Doctrina et virtus nescia sola mori.

M. Albertus de Swodzissewice S.T.D. C.S.F.

Hic non multum verborum; sed plurimum elogiorum post mortem a Collegis et Confratibus suis scholasticam in Libris eius Bibliothecae illatis paucula hac adnotaverunt. Vir vere Christianus et ita compositorum morum ut magis Angelus quam homo videretur vixisse. quo nomine, non poterant augustius Sanctiusque ullum mortalium numero Sanctorum consecrasse. Prehossisimi vestem sacram Implurium ut in Rationario Eccle S. Floriani invenio eidem Eccle comparavit, quod pie credimus pro panno aureo stola glae Anno quo obijt 1520 est indutus

1

M. Albertus Kowalampiary. S. T. Bac.

vide subiecta
Sig: Aug: Novocam= ... designavit sua ca... repeti, tunc iste ... infantulus ... dixit) sed pu... semel octennis ... anno eius in ... regni auge... ... re.

Quis ab humanitate, virtute, et literis fuerit, testem est do, omni exceptione maiorem
Sigismundum Augustum Regem Poloniae. Is enim e numero clarissimorum
sua aetate in urbe Cracoviensi Professorum solum Albertum repetit e ... so
ror Isabella Ioanni Sigismundo regi Hungariae adhuc infanti magnum
baiulum designavit. Spes regni Hungariae Ioannes prope ultima erat, haec
ut ad virilem sensum traduceretur manibus Alberti fovenda et formanda
commissa est. Omne ... fide dilegentiae exempli in erudiendo puero boni pre
ceptoris explevit Albertus officium. Regnatorem terrae quae semel Matrem
semper Virginem singulari cultu pro patrona colit, intima sanis christianis et fidei
catholicae arcanis imbuit. Irruentibus in Regnum Hungariae et Principatum
Transylvaniae haeresibus, nec Regum ad regiam aditus pateret, obicem se posuit
imo sordes in Transylvania publicis habitis ... frequentibus concionibus
... Haereticos refutavit, et in fide catholica Pannonas retinere laboravit.
Deinde postulare a Rege ... ad eiusdem dignitatis ... instit...
eidem magister datus, ad recte vivendum, et imperandum, spem Hungariae
erudivit. ... enim imperium in alios ... natura deferatur qui
alios animo excellunt, ex Divini Mosis praecepto, qui quamvis admonet
Attende tibi Delphicum illud ... ... tenero Ioannis menti
instillabat, ut et excelsae regiae dignitatis et humanae simul fragilitatis
memor, auctori omnium Deo gratus et sibi ... ad ... ...
... ... in se absolutissima ... recte vi
vendi, recte iudicandi, bonorumque gubernandi Scientiam restituendi studebat. ma...
... ... cupiditatibus dominari, nihil nisi quod
... imperium esse sibi regnare, cupiditatibus ... subditis per omnia Rex sit
rectum sit appetere, demonstrans, imo cum subditis ... ... ipsi si
non dissimilis, et hoc solo quod Superiorem non agnoscat Deo ipsi si
militus efficiatur, ... esse ut quemadmodum ... nullis affectibus laborat
ita Rex ab omnibus affectibus qui Rationem de sede sua deturbare so
lent sit vacuus et immunis. Amorem subditorum firmissimum esse
regni munimentum. Quem enim subditi metuunt, hunc etiam oderunt regem dominantem
et quem oderunt perire cupiunt. Beneficentiam, Clementiam, mansue
tudinem regios esse hamos quibus quidquid ... ... nunquam amis...
rus esse ... Regibus studium et ... aurea. ... ...
... ... praemiatricem. Cum leges sint ... ...
... de transgressoribus vindicare possint armatam esse Regi potestatem
ut nolentes obedire praeceptis facere quae lex iubet cogat. ...
... ... momentum. Regem legi allaturum si quam condiderit
eandem ipse prior servaverit. Regem, cum sit anima magni
corporis, regni ... amplissimi, opus habere multis oculis, quibus om
... ... valeat ... ... multorum ... ferre possit
... ...
multis pedibus quorum celeritate omnia pervaderet. ... cum natura
uni homini negavit ~~...~~ multos amicos, multos fideles consiliarios
multos bonos magistratus ~~habere~~ sibi comparandi sunt in quorum delectu ...
... ... Contra infideles quibus
... et Dei auxilium esset implorandum ... ... esset liber
obsessus esset, animum fortem gereret, pro patria si ... ... esset ...
ter vitam profunderet. His et similibus praeceptis annos aliquot docens
et instruens Ioannem ... in Hungaria ... vitae ... ...

... beneficiendi et ... bonus ... quod spreta ... ... virtus ... longius sit

Abunde satis respondit conceptae de se opinioni Regis et Regni ... ...

intentus in concionando et pia opuscula scribendo curis afflictus gravem
infirmitatem contraxit ex qua convalescere nequiret frustra Medicis Regis Cur
rantibus et aeris mutationem suadentibus, magno cum dolore Reginae Isabel
et reginulae multis ab eiusdem ornatus donatus in Poloniam et Ukrainam Crac
demum redijt. Secundo post reditum anno sanctissime mortuus de
quo haec scripta antiqua legi
Anno Dni 1559 die 8 January Venerabilis Mgr Albertus Novicampianus alias
Novopolitanus S. Tae Baccalaureus, et eiusdem Lector Ordinarius. diem clausit ultim
mum. Homo honestus, omni genere virtutum clarus cui praeter studium litterarum
nihil charius nihil amabilius. Graecae Hebreae et Latinae linguas pariter Stud
magnatibus omnibus, nec minus Serenissimo Regi Sigismundo Augusto commendatissimus
cuius Serenitas Nepoti et sorori suae Isabellae Reginae Hungariae filio Magistrum
et Pedagogum praefecit et liberalissime fovit, verum postquam patria
Hungariae valetudinarium cum fecerat, forte autem magis assidua cura laborum
in docendo Reginulo et in scribendo egregia opuscula redijt in Poloniam
et post alterum annum dum convalescere non potuit Stexu Sincopin in
cidit. Tandem marcedo corporis in aetate 50 annorum vitam finivit
Sepultus est honorifice in Aede SSmae Trinitatis Crac procurantibus fung
Mch. Nicolao Bodzentino et Ioanne Leopoliensi ante altare Rosarii
in Choro maiori Epithaphium. Vivam viri faciem ex aere repraesentat
cum inscriptione

Alberto Novicampiano

Doctrina et integritate conspicuo

Professori Publico

Ac Praeceptori Mri Ioannis Sigismundi Regis Hungariae

Designati

Familiares moesti posuerunt Anno D. M.D.L.VIII

Aetatis L.

Scripsit Opera quorum. Unus vidi et Legi Scopus Biblicus. Item
De corruptissimis moribus et de Religionis Christianae doctrinis: impressa Crac
apud Scharffenberg. M.D.LVII. Inter manuscripta Interpretationem
Evangelij D. Ioannis et in Epistolas Canonicas Cracoviae Ao 1551

[illegible]

+

* M. Albertus Zovilampianus Med. Doctor et Profes.

Alter hic, nomine cognomine ætate, Patria, Professione per omnia Superiori similis
in eo solum erat dissimilis quod ille studium oē impenderet in animorum; hic
in corporum curatione et sanitate tuenda: ille nobiliori et excellentiori in Subiecto
excellentioribus, utpote sacris eloquijs et spiritualibus quibus aīæ à morbis longè
diversissimis et vitijs divina ope præservarentur adhibitis remedijs: hic vas:
foribus utpote materialibus in ægritudinibus e corpore humano fugandis utere:
tur antidotis. uterq̃ personam in Cathedra quisq̃ suam absolvit gloriosè.
In assequenda Theorica et Practica Medicinæ scientia, ea quæ unicuiq̃ medico
veniunt præmittenda nimirum Philosophiæ naturalis perfectam cognitionem
(ubi enim desinit Physicus, ibidem incipit Medicus omnium sententia) præmisit
in cuius laudem Orationem etiam typis Crac. 1551 vulgavit. Deinde cognita
per Physicam contemplationem et anatomicam sectionem singularum partium corporis, membro:
rum, et in ijs facultatum, ac operationum singularum natura, (de quibus
tandem singulare Opus sub titulo de Fabricatione hominis, et dissertationē
de formatione fœtus in utero edidit 1563)* ad ea quæ corpus sanum
conservare queunt extrinsecus vel aliunde lædere possint, quid secum mali
vehat humorum dissonantia quid boni sit eorundem harmonia, cogitationē
transtulit eoq̃ tramite ad Causas omnium morborum et eorundem species de:
venit, verum ista etiam generali et universali doctrina instructissimus
non prius curare quenquam cœpit quam individui naturam et mores inspe
xisset, unde morbus ortum et progressum duceret, quæ eius esset intensio vel
remissio quæ symptomata quo numero præcederent crisis et decretorij dies
ad extremum oēs circumstantias diligentissimè expendebat, ut, ita ex
præteritorum cognitione præsentium inspectione de futuro eventu curationis
præsagium ratiocinatione colligeret. Tandem ad operationem et medica
mentorum præscriptionem manum admovebat, naturæ ductum et nutum in
omnibus observando, dictis simplicissimis præscriptionibus utebatur præsertim
Seplasiorum et pharmacopœorum officinas quolibet anno explorabat
antequam ex ijs pharmaca et antidota parari et confici mandaret non
semel expertus medicinalium defectu quid pro quo, ut dī vulgo phar
macopolas in formulis quas receptas vulgo vocat, miscere, exindeq̃
optatos curationis effectus non consequi. Sic ille artem Medicam laboriosam
potius quam lucrosam feliciter exercuit. Quare ad eum veluti ad Macha:
ona et Galenum undiq̃ ab infirmis concurrebatur, quod rarī admodum
Patientes, essent propter singularem curam vigilantiam prudentiam talis Medici
Libitinam non effugerent. Huiusmodi vero Artis Medicæ Docto:
res et Professores utinam nobis et Academiæ oīs ætas ferret. Tot
funera fortassis quot numeramus non numeraremus. Curandi sunt la:
nices humanitus à Medicis, et ut Artes suo studiatio direbat volo
Curam non sumptus non ut Subulcus singula quidē cum operatio medica
circa singularia versatur diligentissimè sunt vestiganda et intuenda
Cum vita hominis nihil sit pretiosius. Tarde et deliberatè in de
cernendo est procedendum at ubi verò consulueris animis ad
Curandum infirmum currendum est pedibus. Hoc convenit eum
quem perfectè non cognoveris morbum attingere.

*opuscula hæc primo prodierunt in officina Lazari servare? Crac. 1551. 8°

Stat contra Ratio, et secretum gannit in aurem
Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo
Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas
Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.
Dilues helleborum certo componere puncto
Nescius examen, vetat hoc natura medendi.
Navem si poscat sibi peronatus arator
Luciferi rudis exclamat Melicerta perisse
Frontem de rebus. Cecinit Persius.

Praeter superius notata Opuscula edidit Albert. Opusculum de Accentu et recta pronunciatione Crac. Anno 1548 aliaque complura quae mihi videre non licuit. et postquam multos morti salubenimis consilijs eripuit ipse falce mortis a fronte succisus occubuit Anno

M. Albertus Posnaniens. M. D.

Eximius artis Medicae doctor, ex patre quidem Misellus, tandem ex Vitrico Oman cognominatus, Vir singularis in Phia et Medicina doctrinae. Lector et Practicus acceptus et probatus apud Magnos. diu Ordinariam in Cathedra Professionem sustinuit. Et cum Librorum Scribendorum infinitam prope adverteret esse licentiam, a Scribendo abstinens ex singulari affectu studij generalis Libros egregios Galeni novae impressionis et aliorum Scriptorum Ordinarie Practicos solennes in Publica Bibliotheca collocavit in usum Lectorum Ordinariorum. Ex hac vita in aeternam M.D.LXIII. Aetatis suae 62. die July 14 h. 19 translatus.

M. Albertus Sieprcius, S. T. D. Romanus.

Multos Siepraowa Oppidum excellentes in omni facultate suppeditavit Academiae Viros. Albertum in eloquentia, qui cum imbuendos ex munere publico Rhetoricae praeceptis discipulos accepisset, Ciceronem illis unicum ad imitandum proponebat, ad cuius normam ut suas Orationes conficerent telam Tullianarum Orationum ad Grammaticam dialecticam, ethicam et Oratoriam principia resolvebat. Eum enim solum similem Ciceroni posse evadere existimabat, qui cum Cicerone similia suo bonis paria fundamenta illaque similibus argumentorum muniret praesidijs ubi quid sive ponitur sive seorsim dicitur sive invicem componitur, ipse ponit assumit deducit componit, quod propositione quod enthymemate quod inductione quod ducta in orbem ratiocinatione conficitur probatur comprehenditur, ipse conficit probat comprehendit. Sic enim agenti caetera se facile probent, figurae veniunt, numeri respondent, nitor sequitur, maiestas dicendi eminet, cuncta denique ut in familia bene instituta obsequuntur. Tantum autem unumquemque Oratoris nomen acquirere posse putabat, quantum per eius vestigia, qui unus omnia optime fecit, excurrisset. Promptius enim semper ad exemplar componimur, et quod in altero placere et probari videmus ipsi quoque ut placeamus probemusque per similia connitimur. Similes autem nos alijs raro natura praestat, plerumque imitatio. Ac ne solis forte ijs quos sibi commendatos habebat laboraret, sed omnibus prodesset, conditarum Orationum Ciceronis resolutiones publici iuris per operas Typographicas fecit easque Cardinali Radivilo dedicavit Romam abiens et inde Laurea Theologica ornatus et summo Sudrina in Collegio minori eandem et M. Sententiarum est professus. Multas invidiis et Confratibus Calumnias pertulit ac de ijs post mortem triumphavit. Fuit et Alter Albertus Sieprcius Medicinae Doctor Canonicus Ecclesiae Cathedralis Vilnensis qui memor beneficiorum acceptorum a Praeceptoribus Maioris Collegij legavit eidem Collegio Artistarum Centum et quinquaginta aureos Ungaricos et Cyphum deauratum. Hic agens Vilnae mortuus est A° 1571 sepultus ibidem in Cathedrali

M. Albertus Solikowskj

Bonis artibus ac Stemmate juxta Clariss. Demetrij Solikowij Archiep. Leopolien. Senatoris Sapientissimi Nepos ne patrui sui vestigijs non insistere, et pari passu ad gloriam, licet impari eventu contendere judicaretur juventutis suae recte in Acad. Crac. institutae, fructum Bernardo Macieiovio Cardinali Fastorum scilicet Christianorum disticha à se conscripta et Crac. 1602 edita praesentavit. Quos eminentiori promotione Cardinalis Magistratus in Rep. gesserit et quas progressiones in Bono publico promovendo fecerit non invenio. Bonae literae nisi promoveantur squallent. Pietas laudatur et alget

M. Albertus Oczko M.D.

Ab Oculo Cognomen habet, sive quod multa in Facultate Medendi perviderit, sive quod in oculis multorum praesertim Magnatum ac ipsius Regiae Mtis circumferretur. Erat enim non modo solide doctus et in praxi medica fortunatissimus, sed etiam in communi conversatione jucundissimus multis facetijs et salibus sermones suos condiens. Circumferuntur passim plurima eius facete dicta et facta. Qualiter pillulis ex pane factis mulier delicatulus sanaverit. Senibus pro syrupis Hungariâ veteris potione sanitatem restauraverit. Primati Regni quaerenti ex ipso Quid sibi vellent vitiliginum in corpore suo albicantium notae Respondit communem istum esse Aulae morbum ut enim canes in aulis senio confecti lepra demum inficiuntur et pereunt, ita et Curiales omnes. Increpitus Doctor quod nesciret Vti salibus respondit nec Aula doctoribus. Et et similiter M. Adamum Karthovicium Varsaviensem commendatione et liberalitate sua ut in virum evaderet promovit. De affectionibus humani corporis Lingua vernacula librum edidit 1581

M. Albertus Craplic S.T.D.

Et hic quis Vir esset ex judicio Sapientissimi Regis cognosces. Solebant antecessores Sigismundi in Polonia reges non aliunde suo ephebio quam ex Schola Regni Praeceptores dare. Horum exempla secutus, inter plurimos Albertum Craplicium qui ephoborum suorum Mtis director esset elegit. Longo satis tempore huic munerj praefuit Craplicius. Morte veniente Dionisij Areopagitae opera monumentum suae gratitudinis Bibliothecae Communi Artistarum, per Executores intulit. Hoc effatum saepius ex D. Augustino in disputationibus usurpabat. Scire Deum non est causam eius cognoscere, quae nulla est; sed cognoscere quod causam non habeat, quod evidens est. Item Deum scit qui ipsum intuetur; imò non qui ipsum, sed qui opera: ille nimirum hominis caligine involvitur; haec oculis patent. Item. Non divinorum tantum modo auctoritas esse Deum edicat, sed omnis quae nos circumstat, ad quam nos etiam pertinemus Vniversa ipsa rerum natura, habere se praestantissimum autorem proclamat. S. August. Lib. de Civitate Dei. c. 3

M. Alexander. Serenissimus Dux Masoviae. Aquileiensis Patriarcha Epus Tridentinus Rector Crac. Anno 1422

Natales Alexander in Masovia Serenissimos, in Italia et Germania am:
plius illustravit. Pater illi Semovitus Dux Masoviae, Mater Lituaniae Prin
ceps, Avunculus Fridericus III Romanorum Imperator semper Augustus, Cognati et
affines potiores Germaniae Principes. In Academia Cracoviensi Rectore tunc
Illmo Joanne Dragicinensi Duce datis ad Annum usque undevigesimum, Mu:
sas inter ~~et Apollinem~~ non invita Minerva, nec sinistro Apolline, egit, Si qui
dem illae artes dum omnes edocuit, isto vero doctrinam ipsius primum
lauru, mox Sceptris Academiae, deinde Pedo Tridentino, ac supremo
Aquileiensi Patriarchali Thiara coronavit. Tantum abest ut generis
splendori officiat Musarum commercium, quinimo literato huic Serenitati
Regum et Imperatorum Sceptra sese submiserunt, donec pacem inter eos
componeret. A primordio statim virtutum ex illo emicantes radii adeo
intuentium perstringebant oculos, ut magnum ex illo lumen Sarmatiae
orbium observatores denunciarent. Quod praeconium ipsorum non
fuit omnino vanum. Nam Alexander Regis Vladislai Jagellonis
apud Fridericum Imperatorem legatione functus, laudem confecti ma:
ximi negotii, et simul praemium virtutis Infulam Tridentinam à
Friderico tulit. In aestu bellorum et dissensionum quibus tunc I:
talia fervebat, maximeque in Schismate, quo Ecclesia pluribus electis
in Summos Pontifices laborabat, Unioni Ecclesiae maxime stude:
bat, quamobrem etiam à Sede Romana in primum Patrem ac
Principem Sacrum, Patriarcham Aquileiensem nuncupans, est conse:
cratus. Quo in munere talem se Alexander gessit et ita cum pote:
state praefuit, qualem virum studiis et actionibus aliorum imitandum poni
praeponendum vix alterum illa tempestate invenisses. Excelsam Pa:
triarchatus dignitatem non titulis sed factis illustrissimis decoravit.
Factus norma gregis, Sacerdotibus et universo clero in concipiendis
assiduis comprecationibus, in Sacrificiis quotidianis pie et auguste
ineundis praeivit exemplo, populo veniam, Ecclesiae pacem, errantibus
lumen, à Deo poscens et ipse se ipsum, verbum Dei praedicans.
Tecta templorum propriis impensis reparavit, et Sarta tecta conser:
vari curavit, adolescentes doctos erogata grandi pecunia, ad
mores tamen honestatis, optimarumque artium submisit, aliena liberalitate
[illegible] penum gratuito aperuit, regiamque gazam in aedis
ad quam suscipiendam professis parietibus nulli unquam fures pe
netrarent, construebat. Et cum bonitate in omnes pugnaret, Severitate
quoque in malos usus est. Oderat semper luxum, et luxui deditos, di
ligebat parsimoniae studentes, vinolentos, et impias voces in Deum jaculan:
tes castigabat gravissime. Commendatur per Historiographos praesertim
per Joannem Dlugossum, singulariter à prudentia ac integritate et in:
nocentia vitae, maxime vero quod in legitima officii sui functione men:
tem omnem animumque defixisset, quod Parem quam ad aram cum pre:

precatione celesti populo dabat, inter Principes Christianos sedulo imp
sis omnibus suis facultatibus procuraret. quo nomine Dynastis omnibus
venerationi fuit, ut ultro suas ad illum controversias deferrent, eiusq
unius judicio pariter acquiescerent. Vita eius Regula quaedam et Censura
fuit eaq perpetua ad quam Ecclesiastici homines, quibus non tam imperio
quam exemplo opus est, conformari debebant. Post Divum Laurentium
Justinianum Sedes Patriarchalis, non minus ab Alexandro accepit honoris
quam ille ab ipsa, natus fuerat autoritatis. Plenus meritorum excessit
e vivis. Anno Dni.

Dolendum venit maximè quod hic Alexander verè magnus parem scriptorem vir-
tutibus suis non fuerit natus; sed et illud amplius tam paucos habere sui
in Academia s. Secta Sectatores.

[illegible]

[illegible] … Regis … apud Maximilianum Imp. … [illegible]

[illegible]

+

M. Andreas Cricius Archieps Gnesnen.

Extemporaneus Orator, quod rari est ingenij, et Poëta amoenissimus ex Academia Crac. prodijt Cricius. Auditor attentissimus M. Alexandri de Myszyn, nec non aliorum dignissimorum in Urbe Professorum, facundia et acumine dictionis praeceptores suos longe superavit. In Bononiensi Generali Studio altioribus Scientijs deditus, Lauream inde in Utroq. Iure reportavit. Rediens in Patriam, et ad Regem conversus Sigismundo Primo Regi Poloniae Principi Sapientissimo maximo usui fuit, exinde ab ipso, Tiara Premisliensi, et Cancellarij Maioris dignitate ornatus, ad famosum illum Regum Viennae apud Maximilianum Imperatorem conventum factum, in rebus gravissimis componendis, cum Ioanne Lubranscio Epo Posnaniensi itineris comes fuit assumptus. In quo cum Gorcano Cardinali in conspectu et consessu illo tot et tantorum Regum dicere eo tempore pro Rege suo iussus, non eloquentiae tantum sed et copiosae ingentis Sapientiae palmam tulit. Post mortem Martini Drzewicky a Rege in Archiepiscopatum Gnesnen. nominatus et a Summo Pontifice confirmatus, Primas Regni Poloniae et literarum factus, bona ingenia circa se liberaliter fovit, praesertim Clementem Ianicium Poëtam et Laurentium Corvinum Neoforensem Rhetorem, cuius inter alia Hortus Oratoriarum elegantiarum impressus extat. Ipse autem cum suavi ligata Oratione oblectaretur Librum Epigrammatum et Elegiarum ac imitationis P. Ovidij Nasonis conscripsit. Nuncio autem Apostolico Rationes Sigismundi Regis Poloniae, in facto abolitionis et extinctionis in Prussia Ordinis Theutonici et collationis Feudi partis Prussiae Alberto Marchioni Brandeburgico. Prosa eleganti Oratione [illegible] causas exposuit et transmisit. (Crac. apud Hieronimum Vietorem 1525) Consiliorum maturitate et salubritate Senator insignis. Consumptus in brevi, explevit tempora multa. Desijt esse in vivis Cracoviae 1537 Aetatis Anno LIV. Tumulatus in Ecclesia Gnesnensi, cui tale Amici epitaphium posuerunt.

[Margin:] hic error inhaeret. A°. 1513 a 1532 Cancellarius Regni fuit Christoph: Szydlowiecki Cast: Crac:

[Margin:] Ioanni Antonio Puleoni Burgij Baroni in Hungaria Legato

[Margin:] Extant et alia opuscula quibus ejus elegans oratio in postulando ad Regnum Sigismundo ejus nomine II P. R. electo die 3 Regni. habitu. Anno 1530.

Rmo in Christo Patri D. D. Andreae Cricio Archiepo Gnesnen.
incomparabili Viro. De Religione ac Rep. bene merito
Multis naturae et ingenij dotibus insigniter praedito et ornato
Postremum hoc pietatis munus, ab Amicis charam illius memoriam
retinentibus Positum.

Ao Dni M.D.XXXVII Aetatis vero suae Anno LIV.

M. Andreas Rosa. Archieps Gnesnen

Mr Andreas Rosa Norlieb Generael

M. Albertus Baranowskj Archieps Gnesnen

M. Andreas Boëmius Czechowicz Collegii Minoris Athlseo
in Acad.a Crac. Mathematum Professor.

Natale solum Andreae dedit Corzinicia, Parentes nobilitatem, Studia literarum aliquas
facultatulas, Mors praemium aeternum.
Korzinice, olim pagus ignobilis, Dioecesis Crac. Palatinatus . . . . situs
ad ripam Vistulae: nunc oppidum est, et jure Civitatis à Sigismundo
Io donatum in gratiam suorum in ea natalium celebrem magna gaudet
Dum enim Elisabeth Casimirum III Regem Poloniae in Prussia comito:
natum sequitur, eo in payo partu liberata est. edidit in Lucem
Sigismundum filium, qui postea Rex fuit Poloniae felicissimus glorio
sissimus de compto 1467 Exstat in laudem Principis potius quam loci vetus epigram
ma huiusmodi: 1 Januarii

Salve Clara parens Magni Casimiria Regis
Nulla est Te toto clarior orbe domus
Est in Te natus Patriae Pater, et decus Orbis
Magnus honor Martis, gloria Magna Togae
Et nati Nobis Scythici Valachiq triumphi
Amplaq de hoste parta trophaea duce
Sint aliis sedes auro Latiog lubore
Conspicuae et tectis Sydera celsa petant
Te magis extollit, Natalis gloria tanti
Principis, Assyrius quam Babilona labor.

Huc fato quodam infelici delatus est Avus Andreae, Nobilis Rox
lanus de Stemmate Ostoia dicto, qui ob homicidium casuale
quod patraverat, poenas legum metuens quo tutius lateret, oppido
in isto minus frequenti consedit et de cognomine detractis ultimis
duabus syllabis Czech appellari voluit. Relictis in Russia o:
mnibus facultatibus, et exigua secum asportata pecunia, Rus
[illegible] sive modico comparatum coluit, oppidanamq Virginem
in Coniugem assumpsit, Quo et Matrimonio, duos filios: Si:
monem et Andream reliquit. Simon Andreae nostri, et fratris
eius Nicolaj, nec non Agathae filiae, ex Hedwigi legitima
consorte Pater extitit. Andreas solum et unicam filiam Maria:
nam, marem praeterea neminem suscepit, Nec iam ullus est eo
loci de Czechowiczijs praeter Nicolaum, et liberos si quos habet:
Tenui fortuna, Cruces quoq et Lunas aureas in domo Czechowi:
czij obscurari necesse fuit. Itaq Pater, Andreae filio, cui in:
doles favebat, ad excutiendum de Stemmate pulverem, et illustran:
das domus suae [illegible] tenues, viam per literas identidem
fore expeditam inculcabat. domi ad scholam Parochialem
a Ludimagistro doctus legere et scribere per Patruum Andre
am qui Cantoris exactoris [illegible] et Praefectum bonorum Nobilitatis
agebat. Casimiriam inferiorem, utpote Civitatem populosiorem
et cultiorem noster Andreas est traductus et scholae illius moderatori

singulariter commendatus. In qua depositis bonarum artium principiis
~~Cracoviam~~ eodem duce Patruo Cracoviam venit et in Schola [illegible]
Idem fixit studium accepto Praeceptore in Philosophia M. Martino Radzimi[illegible]
in Mathesi vero M. Alberto Strazyc Collegii Maioris. Proficiebat in omni liter-
arum et virtutum studio non impigre, ut qui sciret non aliam sibi superesse
ad superandam rem angustam domi et ad excellendum in aliqua Professione
viam. Opportunitate viciniae frequentabat etiam quotidie Collegium Juridicum et in
eo tantum hauserat speculatione Jurisprudentiae ut etiam postea archigrammateus con-
sistorialis ut esset postea. Oblata illi fuerat levis apud quendam [illegible]
rem instituendi scholas occasio quae illi novam viam ad informandam [illegible]
Illustrissimae familiae prolem aperuit, propter notitiam A. R. D. Joannis [illegible]
S. T. D. Supremi apud Illustrissimum Dominum Petrum Gembicki Cancellarium Regni et
postea Episcopum Cracoviensem. Is enim experientia doctus de artibus et virtutibus
magistri nostri Andreae, eundem Rmo Petro Gembicio ab institutione [illegible]
Stephani Episcopi Castellanidis Mediricensis praesentavit quod officium [illegible]
[illegible] Senator et Episcopus tanti in eo fecit ut sub exitum [illegible] Andreae
Castellanidam Gnesnensem Petrum et Nicolaum [illegible] Cancellariae Regni [illegible]
[illegible] [illegible] Palatinidam Sendomiriensem et alios ad latus suum [illegible]
illi in manus traderet et ad mortem usque [illegible] retineret
Laudabant [illegible] Domus Gembicianae [illegible] Senatores Andream ingeniis [illegible]
motionis futurae spebus si quemadmodum coeperat ita in educanda stirpe [illegible]
persisteret, at ille Aulae fallacias noscens Academicam stationem [illegible]
Cynosuram suae navigationis spectabat. Vocatus ad Collegium Minus [illegible]
aliorum duorum Professores ea tempestate qua primis erat Illmo et Rmo [illegible]
de jure respondendi inter Doctores cum viro controversia. In qua licet [illegible]
beneficio Rmi veritatem tamen intrepide professus est et de eadem
Rmum saepius informavit licet illi quod praeceptoris sui [illegible]
discipulus sententiis et judicio adhaereret tenacius, non crederetur [illegible]
Studium Mathematicum duos imitatur Professores quorum alter [illegible]
spiciendo despexit, alter despiciendo suspexit exercuit. [illegible]
observationes per tubum opticum quotidie faciebat et solum [illegible] Observationem
motuum et siderum coelestium et Ephemerides despiciebat. [illegible]
aut quotidianas describendo alium suspexit. Unde [illegible]
ut Rmus in itinere quod in exitium [illegible] Suecos susceperat, [illegible]
[illegible] astrologiae crederet et eius judicio staret. Quamquam Andreas [illegible]
[illegible] certas nec infallibiles esse palam, cum ex determinatione [illegible]
[illegible] [illegible] experientia quod non semel delusus esset [illegible]
[illegible] [illegible] contingere quod tabulas [illegible] coelestium
[illegible] non [illegible] planetarum loca, quae coelo congruerent. [illegible]
[illegible] quod [illegible] de eventu belli in Polonia cum Suecis [illegible]
[illegible]. Certitudinem [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible] Petro Gembicio ipse quoque in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] 1657 16 7bris [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Collegii Minoris [illegible] Collegii [illegible]
[illegible] venit Domum Collegii [illegible] quod [illegible] non [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] D. Rectoris [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] in Renovationis [illegible] [illegible] Collegii electus est [illegible]
[illegible] Collegii in [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] 4 Libris [illegible]. [illegible] in [illegible]

Nihilo tamen ille ceu minor gravissimum onus suscepit gratissime et ad Or:
dinem domus quamprimum restituendum animum adiecit.
Erat nonnemo Collegarum, propter vitae turpitudinem sub tempus Suecorum
per viam inquisitionis domo exclusus, is redire in Collegium postlimi:
nio volens, non tam sardem ad sui receptionem et ad stricturam domy
disciplinam quam strenuam et ad eam servandam propensissimum Praepo:
situm invenit. Vocat igitur exclusus, comparata sibi gratia et favo:
ribus multis variisque modis, ad judicium M. Dni Rectoris tunc Fran
cisci Kolinskj Praepositum, quod se ad mensam et habitationem nolit
admittere. Reddit rationem. Exclusum jure merito per decretum V. Coetus
se non admitti. Mandat M. D. Rector ut eandem causam judicet V. Of
ficium Domy Minoris. Renuit hoc facere Praepositus, eo quod V. Com
munitas sit superior ipsomet Officio Domy. Committit ipse M. D. Re
ctor V. Coetui cognitionem causae istius. Qualiter taliter reponi
tur in Collegio exclusus. Decreto huic non paret Praepositus. Alter
niaque fundamento quod par in parem nullam habent potestatem sed
V. Coetus in seipsam. Praeterea non ad Libram justitiae sed
ad praeponderantem favoris et gratiae lancem, causam judicatam fuisse
Ergo Restitutus trahit ad tribunal M. D. Rectoris Praepositum quod
non exequatur Decretum V. Coetus. Eo
unus contra vota omnium non exequatur Decretum; innocens Praepositus
in judicio dum sententia iniqua premitur ratus ad Eppum
Provocat ad quem de jure. Franciscy Kolinskj fulminat in
Crawnicki fieri provocationem Proscriptionis Senatus
Praepositum ni cessset a provocatione. Aegre admodum persequi eos
Jaroit innocentem, terribili Protestatione quam in se recipiebat Boeny Eppus
Cracoviensis. Sed in longe graviorem persecutionem incidit Rectorem se:
quentem Stanislaum Jurkowskj. Ille enim pessimi exempli praejudicium
non tam personae suae Andreae quam potius toti Collegio Minori intulit
cum per factiones emendicatis Professorum votis, non laborantem la:
borandi, immeritum meritissimo, Collegae Minori septem annorum,
Christianum Mgrum Nicolaum Zalasowski, uxoris Kolinskj fra:
trem germanum, qui Cathedram Academicam susceptis in Philosophia
gradu secundo ne semel conscendit (idem factum est in Samuele
Wymankowicz) in vocatione ad Collegium Juridicum praetulit.
Et cum de mittendis Professoribus ad Coloniam Posnaniensem deli
berabatur summumque operam ad eam provinciam administrandam Andreas
ac ultro offerret, palpum minus sentit. Rx Stanislaus Jurkowski pro maiori auto:
obtrusit asserens Doctore Juris ibi opus esse, cum ipse non esset eum
ritate qui alius praeter Zalasovium cum ipso et contexisset. Hac illata
et non alium eo mittendum persuasit et contexuit. Hac illata cum Q.
Collegio, Minori et Andreae injuria aliam superaddidit cum Rector
Juridicam quam disputare Andreas volebat, imprimis Rector approbata
licet per Ordinarium ad quem id de jure pertinet. Die enim 19 7bris 1659
fuisset, vetuit mira protelatione ut eam tanquam approbatam
negatur per Andream M. D. Rector typis Academicis mandaret

Relectione sua opus esse dixit siquidem Ordinarius addiderit du-
primatum, si videbitur M. Dño Rectori. Venit ergo iterum et
an relectio sit postulat. Responsum accepit propter negotia et judicia
Academica hactenus nondum lectam esse, fore tamen ut relegatur
quamprimum; Trigesima et Ultima Octobris instat et rogat supplex
approbationem. Responsum id nunc fieri non posse. Dum vidit
non fore sibi commodum ut post protractam adeo expeditionem
approbationis itidem conscendat Cathedram, impetravit siquidem aliud
exemplar non haberet. M. D. Rector inquit silentium nunc
est studiorum cessasse Doctores a Lectionibus, proinde nec dispu-
tationi locum futurum. Contra Andreas Dño tempus hoc destina-
tum esse legibus Academicis sub Anno 1619 idque Constitutione Vniver-
sitatis [illegible] facturus est. Tum M. Rector Quo fine dispu-
tabit? quandoquidem jam alius est in Collegium 25. vocatus, Quo-
modo infringere vult Constitutionem Vniversitatis? Ad haec Andreas Quia
[illegible] disputatione mea debetur statutis et legibus Vniversitatis robur.
eandem enim non vocati disputationibus convenire debent.
Ego Vniversitatis Constitutionem infringere nequaquam intendo. Academiam
Matrem meam esse agnosco cuius me Rectori subjicio ejusque
mandatis in omnibus honestis et licitis parere studeo Deo potius
et prius Collegii Minoris meritis professionem interim meam.
Tum M. D. Rector licet ergo [illegible] et [illegible] accepit. Venit
quarto 2 Octobris [illegible] missa depositi a M. D. Rectore. Tum
M. D. Rector Longam scripsit [illegible] sex Conclusiones contra morem
Vniversitatis. Respondit Materiam uberem, temporis [illegible]
ut longior esset effecisse. Similiter [illegible] de Conclusionibus 6. infirmum
esse numerum. Cum quid obiiceret amplius Rector non haberet inquit
Ego ut verum fatear istam [illegible] imprimi non permittam nec
eam extradam quam se ille qui vocatus est cum sua expeditione
ille est vocatus [illegible] illi imposita est conditio disputatio-
nis [illegible]. Quid faceret? amplius tali sub [illegible]
de [illegible] de proposito enormiter lapsus, Deo injuriam
et vindictam commendavit. Interim Astronomiae Collegii [illegible]
jam et fundationem in Civitate [illegible] et [illegible]
a M. Joanne Dambrowka olim factam, et penitus neglectam
vindicavit. Anno sequenti pro Commutatione [illegible]
Decanum Facultatis Artisticae est electus, quo in officio [illegible]
tem impendit omnibus negotiis laborem et infracto animo [illegible]
est veritatem retinendae disciplinae adeo amans ut in Vniver-
sitatis Convocationibus nunquam ad exclusum e facultate [illegible]
ceret [illegible] a M. D. Rectore moneretur. Assorenus [illegible]
cultate est exclusus [illegible], cum nec in [illegible] habere [illegible]
[illegible] diurnis nocturnisque speculationibus [illegible] illi [illegible]
[illegible] fuerat quod [illegible] magis [illegible]
tum resolvi non poterat. Ita ergo S. Helisabethae [illegible] Collegii [illegible]
[illegible] Philosophico rationibus [illegible] ad [illegible]
[illegible] domum discessit

Ipso die Presentationis B. Virginis è templo D. Annae, sub crepusculum matutinum
per servitorem rogatus fui ut eum inviserem quem febri laborantem offendi vestitum
tamen et per hypocaustum deambulantem. A quo humanissimè salutatus, petentem an:
etiam ne sibi in iis quae à me poscebat deessem. Dedi verba, et omnem operam
illi obtuli; modo forti animo esset, et melancholiam ac metum mortis deponeret cum
nihil periculi ex morbo ipsi imminere viderem. At ille ex morbo hoc nunquam
se evasurum asseruit, ex eoque ut ante omnia animae ipsius salutem procurarem
postulavit. Adii ego et mox R. P. Michaelem Ponialski [illegible] Confessorem [illegible]
vocatum pro Sacra Exomologesi facienda adduxi. Qua peracta, meditationi sacrae
[illegible] pro Sacra [illegible] Patri [illegible] sumi pro:
media hora vacavit. Datisque [illegible] R. P. [illegible] Pane [illegible] sumi pro:
cumbentem refecit. [illegible] iterum media hora remotis omnibus arbitris devotissi:
mè se suaque omnia Deo et Virgini Sanctissimae commendando oravit.
Post haec mecum solo remotis foribus cubiculi posito expostulavit, ut
cum amorem quo eum hactenus semper complexus fueram, nunc vel maximè
demonstrarem. Non esse dixi quod dubitaret eundem mihi esse et fore, sem:
per erga ipsum animum, quandoquidem eundem virum bonum disciplinam ob:
servantem Professorem et Collegam [illegible] amaturum cognoverim. Imperaret quid
fieri vellet, curata tempestivè anima, adhibituum me doctores artis medicae
in ipso curando et facultates [illegible] quod opus erit in medicinis et
aliis necessariis. Ille vero de his postea videbimus. Nunc rogo ut [illegible]
lit manu propria ultimam voluntatem meam exarare, Respondi ego quan:
quam nullam huius rei videam necessitatem, tamen [illegible] valetudine,
et ex habitudine corporis quae esset bene composita, ne tamen amicum con:
travenian voluntati, en facio. Scripsi igitur Professori. Res aliena
poneret [illegible] quae cuius essent, et [illegible] si non supervixerit restituendas in:
dicavit. Funus sine ulla pompa cadaveri suo fieri voluit. Bibliothecam
Collegio Minori designavit.
Cum vero [illegible] inquit in testamento scribi nolo, et voluntati ac [illegible] di:
spositioni (sicut Rathiboriae in infirmitate mea scripseram 1657 Januarii
26) Dominationis Vestrae commendo. Simulque et ipse numeravit et à me
numerari Quadringentos in specie aureos voluit. Cumque ex me quaere:
retur quid iis fieri vellet, [illegible] tantisper et cum suggererem. Non vi:
vit ille verè, per quem alius non vivit. Ad haec ille. Vestra Dominatio
disponat ut antea dixi, iuxta beneplacitum voluntatis suae. Credo hoc
D. Vestrae commendo.
Deinde sacculum lineum attulit et numeravit in Imperialibus et [illegible]
aureis Florenos Polonicos Trecentos pro Legatis sorori germanae [illegible]
ex hac summa assignando f. 50. Marinae Palmeli fl. 50. [illegible] Cosi
nicensi f. 100. [illegible] pro Calice et Patena f. 50. [illegible]
[illegible] similiter pro Calice f. 50.
His consignatis alium sacculum attulit cum duobus ligaminibus
In primo ligamine manu eius scriptum à Civibus Ilcusiensibus f. 100
ex his dedi mutuo Re D. Drozdziecki f. 50. In altera ligatura fu:
per chartula scriptum erat pro vasis 13 Salis per f. 7½ f. 100.
et mox ex hac pecunia fl. 100. Dno Simoni Sturys ad redimendum
libros ac cingulos argenteos à Dno Czernek xbris 15. mane dedi
fl. 28 1660. Separatim rursus numeravit florenos centum
Et hoc inquit pecunia erit pro expensis funeris. includendo f.
28 a Dno Sturys depositos.

Item quae in testamento scribi nolo nam hodie etiam potuit haberi Quaestio
In hoc inquiebat [illegible] est pecunia quam accepi ab Adm. R. D. [illegible]
nio tanquam Decanus Facultatis Artisticae et [illegible] Praemonitionis pro
distributione inter Dnos Phos vnc praeteritos annorum. Reddat ergo
eandem D. Vra. Dno Decano Artistarum et quietationem de reddita habeat.
Ideo testamentum concludi rogavit, nec prius in hypocaustum quemquam
admisit donec se subscriberet. Dixi ego hoc non sufficere. Opus adhuc
esse testibus Dnis Collegis et Confratribus. Ille vero. Rogabo ego aliquem
vt superscribant perfectumque in manus D. Vrae consignabo. Nunc rogo
per amorem Dei vt executionem voluntatis meae in se recipere velit
et se in Executorem atque Dn. Jacobum Balthasarowicz scribere non de
dignetur. Quo facto ipse se manu propria subscripsit, et inventarium
omnium suarum rerum etiam minutarum eadem manu conscriptum mihi tradidit
obsecrans insimul vt totam hoc in nummis peculium meum in Colle
gium maius asportarem ne forte si quid humanitus sibi evenerit, Re
et hoc vt fieri solet ob [illegible] frustraretur, et hoc illi denegare
non potui. Minuta quaedam ut supellectilem in habitatione asservandam
voluit. Tapete serico Theologicae facultati donavit Librum [illegible]
Illmo audivi Circulo tarlo designavit. Ita me tunc a Summo Re
ne vsque ad meridiem detinuit et cum omnibus dimisit. Sub vesperam
cum illum invisissem vt de servis de supellectili vestiaria aliquid dixit
(datum est totum) monuit. Die sequenti quod erat Feria 2a Deo gratias
ingenter agebat quod ea quae hic hesterna facta sunt perfecisset. Multis
se visitantibus pulcherrima optata de momento vnde pendere aeternitas
instituta de ferali vita quam per figuras mathematicas designabat
deque vita sancte traducenda, insinuabat, vnde vani homines, quod hi
et motus mortis signa essent suspicabantur. Feria tertia quod
[illegible] praecipienti in sumendis medicamentis non pareret, a me [illegible]
ter fuit increpitus, quare ab Exc. et R. Dno Michalski vna mecum
ter fuit increpitus, quare ab Exc. et R. Dno Michalski vna mecum depositus.
Denudatus vestibus in lectum melius accommodatum fuit depositus. [illegible]
bitis autem Dni Agnes Rapea memor ipsius meritorum in [illegible]
quam dederunt Joanni Wasman suam operam in eo curando, et quam
primum frater suus Canonicus Cracoviensis in Vrbem rediret, demum [illegible]
rendo gratiam et benevolentiam altius obtulit. Interim usque ad [illegible]
Religiosis qui Boni Viri nuncupantur custodis eius nocturnis est adhi
bitus et servitus.
Feria 4 quae erat Pervigilium D. Catherinae vltima erat vitae eius
dies, frustra Medici Chyrurgi retinere fugientem animam satagebant.
Extrema Vnctione suscepta in praesentia Collegarum suorum assistentibus. Prae
P.P. de strictiori Observantia agonem peregit et circa horam fere 22 pla
cidissime in manus Deo spiritum commendavit aeternam Retributorem
... pro mercede laborum accipienda migravit Anno
42. Vir erat mire devotus, senior vera Parsimoniae amans Labori
sus. Officium divinum seu Preces vt vocant Canonicas quotidie recitabat. IESV
regi nationem ad Clarus mortem et Clarum Tumbam pro veneratione [illegible]
cepisse suscipiebat ad sacrum primum audiendum quotidie nemini [illegible]
secundus et quantus divoris cultor fuerit vltima eius demonstrat
[illegible] bene in nummis aut occupationibus quaestravit. Sine in Col
Feria. Sive enim in aula Rmi Epi Cracoviensis speciem [illegible] R. D. Powmio Theo
Absente Rmo per Romanam iter ab vrbe et mortuo R. D. [illegible] pastore
nullo nemini alteri. Curam suae supellectilis Rmus commiserat. Scripsit
Andreas [illegible] Gombicz manu propria ad [illegible]
epistola

Sorte in Collegio Minori neglectas ab annis 80 duas fundationes Joan-
nis Dambrowka vindicavit. Obligationes sacras peragendasque diminui procuravit.
quidquid demum agendum susceperat non prius dimisit quam totum perfice-
ret. De relicta per eum pecunia stupor me non parvus tenuit, unde
tantam collegerit, cum toto decennio quo penes Illm Petrum Gembicium fuerat
annui proventus pro institutione ducentos polonicos nunquam excessit
cum tamen et veste et alia suppellectile cum necesse fuerit fuisse instructum.
Parsimonia igitur magnum vectigal hanc non contemnendam illi auxit pe:
cuniam. Nam Bibliothecam quod scio post Rm Paprocki secundus erudit
librorum quod expenderit in instrumenta Mathematica et alios eiusdem
disciplinae Libros facile est colligere
Veritatis adeo amans ut pro illa inimicitias suscipere non horruerit
Justitiae ut nominem laeserit ipse laesus aliis errata facile condonavit
Laboribus in Mathesi et Jure discendo consumptus in brevi, explevit tempora
multa. Requiescat in Sancta pace.
Dum a nobis funeralia curantur. Bedello Univtis in Collegio Minori Mandatum
dum ... Quatenus oes in Templum d. Annae conveniant legente. Di
M. Dni Rectoris ... indecens esse di absque pompa
sum est Dns Collegii Minoris Professoribus indecens esse di absque pompa
et Religiosorum Ordinum ac totius Univtis honorifica deductione pie de:
functi corpus sepeliretur. Itaque Ex. Dr Jacobus Baltazarowicz Collegam
minorem Coexecutorem ad me expediunt, ut aliter funus istud ordinarem.
Respondi ego me non mea sed pie defuncti voluntatis executorem
esse. Dabat hoc pie defuncto quod ipse fieri voluit cultum et inde
indecorum domini obortum iri praesertim cum id non ob defectum ...
tat. sed ob maius commodum Religiosorum Patrum et ... orent. Dni
illi sic in claustris suis accepta eleemosyna pro defuncto Deum orent. Dni
professores di pro commoditate quisque sua in templum descendat, nec auras
asperiori ac ventosae obiiciatur. Ea cum refert vir Excllmus Dnus Collegis
In contrarium illi omnes abivere, protestatique sunt se non passuros ut ali-
ter quam ipsi vellent fieret. Spondent se curaturos et sacros Ordinum
familias et ipsosmet cum maxima qua possent solennitate defunctum Colle-
gam sepulturos. Iterum ego ad meum Coexecutorem expostulare qui Senatus
hoc consultum Collegii minoris deferret. Visum est ergo indignum contra torrentem
aequaliter niti cum necessitas frenum careat. Assumptoque Comite Dno Coexecu:
tore in Collegium Minus descendimus Dm Praepositum domus consiliarium maiorem
quaesivimus, non invenimus. Erat domi Minor Consiliarius ... Matthias Sta-
dyn ... dicta salute, retuli me in sua persona dignissima ... coetu domus
Collegis et Confratibus meam declarare et subiicere cum Dno Coexecutore voluntatem
Facerent quidquid vellent de funeris pompa, non esse [illegible] qui tot volunta:
tibus resistere velim, vel adversis ventis vela pandere ... reminisse me
boni eorum quod poeta dixerit
Stultus ab obliquo qui cum discedere possit.
Pugnat in adversas ire natator aquas
Expectabar me ~~in templo~~ advenienti domus cum funere in templo in quo oia
quae ad honorificam sepulturam spectarent per aedituum Univtis sunt parata. Et cu-
ravit se ille primum de acceptatione huius modi manifestationis ... quod
non esset domi interea plenum Officium, deinde quod iam serum esset et non
umbras praecipitaret, maturius ista debuisse significari Rndi ego ... non
fore grave si plenum V. Officium expediverint, modo vicissim idem tempo-
re ... providebat, ne pro pompa quam instruere funeri cupiunt confusionem
capiamus omnes, ut fieri assolet in ... negotiis quod multi curando omnes
singuli negligunt.

Prostulatum reditum Dni Praepositi e Civitate descendimus ad Seniorem Dnum Dnum Rev. D. Jacobum Susky, sensa ei nunc eidem expromenter. Obtendebat ille multas causas cur Coloniam porpam funeri adhibere vellet et pro qua ornanda ultro decem florenos pro parte sua numerare velit. Si enim Studiosi ad Sutorem usque condiscipulos suos sepeliunt perpompose. Cur Collegae Collegam suum non sepeliant honorificentissime. Verti in eo domus minuit Reputationem. Privatam sepulturam propinam Collegii ad Odium hominum et Suspicionem alicuius pestis. Haec et his similia Vir egregius in medium adferebat Cuius ego collaudato zelo, Dni Executores monebat stare quominus omnia pro arbitrio Curarum fiant modo nature ora parentur et ne mandata M. D. Rectoris in contrarium eant. Quod ubi a nobis serio dictum audyt nescio quomodo in omnibus ille animorum ostius respexit et amorem quo se ardere dicebant reservaverat. Nam et ipse Voluntati pie defuncti consensit et Rev. D. Radimus qui gravari in adducendis Religiosis Ordinibus prius ferat. et maxe Pompam urgebat dum de pertinentibus ad eam quaereretur aqua illi haesit in lingua.

Itera sub noctem Corpus defuncti ex Superiore Cubiculo ad imum descensum, depositumque in Sarcophago repleto florum odoribus condimus. Suvolantibus fereto Ministris aliis vero nobiscum sed funalibus ardentibus gerentibus Itum noctu tertia in Templum divi Anno intulimus et in Theatro locavimus. Illorum vero Dnorum Collegarum et Confratrum qui de die multa se pro defuncto effusuros et facturos iactabant nemo ad templum secutus est praeter Rdum Dnum Matthiam Gradysz qui et agonizanti precibus ejaculatoriis prodibat et mortuum in locum ne commodare nobiscum non tardavit et ad finem usque lugubris Ceremoniis perseveravit

+

Bartholomæus Paprocki

Antesignanum sequitur Subsignanus eques Polonus, itidem nomine Bartholomæus
gente Paprocius, absq Laurea corona inter Laureatos, merito ingenij et operum
quæ condidit non in postremis numerandus. Classem illorum Autorum qui Pro:
blematis antiqui An viro docto uxor sit ducenda negantem tuentur partem, complet
malo argentum accipi et dote imperium vendi per experimentum doctus. Et Maso:
via puer adhuc ad Academiam Cracovien perreptavit, et in disciplinam Valentini
Rava S. Tæ postmodum Doctoris concessit, in cuius Musæo sponte ingenio
Poëta natus est. Studijs amænioribus oppido intentus, Severitatem Phiæ
posthabebat et jam ab adolescentia Illustrium ac Nobilium in Regno Poloniæ et M.
Ducatu Lituaniæ prosapiarum stemmata curiose in unam farraginem compor:
tabat ex qua deinde Opus insigne Gniazdo Cnoty nuncupatum lucem deducen
ne familiarum conscripsit. Prætexta vix deposita utroq parente per mortem
orbatus ad servandam domum quæ illi non parva erat uxorem duxit æ:
tate et conditione non æqui sibi prout Martialis monebat parem. Illa
enim et annis provectior et facultatibus superior difficile coniugium
imperare non obsequi nata, faciebat hoc uno fortunatum virum suum red
dens quod sibi bona dote non diuturnam servitutem servijsset. Nam
ille relicta domo et uxore, dum in Italiam iter apparat Varsaviæ de
morte uxoris qui se biennio junxerat ante, nuncium nequaquam sibi
luctuosum accipit quam vixisse, nimio satius, quam vivere reputabat.
Liber coniugio cum virgine Musarum choro intermissam consuetudine
reparat, et ad antiquam gratiam redit noster Poëta. Atque ad imita:
honem Plutarchi Leges connubiales quas, per experimentum didicerat
admodum esse graves, inexpertis adolescentibus carmine decantat. Item
Xidum Virtutum. Opus laboriosum in quatuor Libros digestum proble
mandat. Item Vitas Archiepiscoporum Gnesnen. Nodes Zorunenses. Com
versionem S. Mariæ Magdalenæ. Concilium Animalium, seu Tabulas
Morales Apophtegmata, Epigrammata, et Epithalamia diversa. Contestan:
di grati animi ergo Libro 4to post enumeratos quos noverat vel
audiverat Illmos Laureatos (nam si oes enumeratos vellet magnum
illi volumen conscribendum fuisset) ponit Catalogum suorum Preceptorum
tuiusmodi Martinus Pilsnen Thæ D. C. Cracoviensis Rector tunc tempo:
ris Vntus D. Jacobus Gorskj Doctor V. Juris Archidiaconus Gnesnen. Cra
Plocensisq Canonicus Archipresbyter Crac. Plebanus Torunen Procancellarius Ultus
S. R. M. S. de Armis Szeliga. Stanislaus Zawarskj Cognomento Sircus
de Armis Rogala. Stanislaus Sokolowskj Tæ Doctor Præpositus S. Floriani
ni in Clepar Can. Crac. Varmien Concionator S. R. M. Vir doctissi
mus eloquentissimusq de Armis Gozdawa. Albertus Wadrogovius
phus et Orator insignis de Armis Trzaskj. Josephus Vrzendovius Ka:
tirali Sermocinali Phia facile Princeps. Stanislaus Curelovius M. D.
Professor Academiæ. Petrus Slowacius M. D. Astrologus. Martinus Fo:
xius Physicus Medicus Doctor Professor Acad. C. Joannes Latosinius M. D.
Valentinus Fontanus Artium Mgr, cum in reliqua Phia, tum in omnibus Mathe:
maticis Scientijs optime versatus. Stanislaus Mieszkowskj de Armis
Mora eloquentiæ Professor. Gallus Chraplewskj Artium et Phiæ Mgr
Martinus Viazdovius S. T. D. Pœnitentiarius et Concionator Ecclesiæ Cath. Cracovien
M. Joannes Dremien S. T. Professor Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathed. Crac. M. Ja
cobus Carvinius Juris Doctor Canonicus Gnesnen. Basilius Fabricius Gohnen
Græcarum literarum ac Poëtices peritus M. Matthias Visemirskj eloquentiæ
Phiæ

t morum gravitate Vir ornatissimus M. Nicolaus Koczowski, pietate et Studijs insignis M. Casparus Cylindrius Mathematicus et Historicus Logaritmie clarus. M. ... hnus Slachcinski Phus et Poeta egregius M. Gregorius Scropkowicz Juris ... tissimus Baccalaureus etc etc. In Scamno Academico hoc epigramma ...

Krol Jagiello dwie Berla dat za klejnot zloty
Professorom swej Szkoly isz znat krolow cnoty

Obijt Leopoli Sexagenario maior. Terris mandatus ad S. Crucis Familiae Franciscanae Anno Dni 1614

Inclyta Sarmaticae dum fers insignia gentis
Ecclesiae virtutis symbola clara Tuae.

M. Bartholomaeus Januschowicz I.V.D. C.C.

Saepe totius vitae hominis alicuius fabulae, puerilia verissimum praeludium fert epitasi respondente Protasi; Spatonis Bartholomaeus dum Scholam ... quentat pro officio Censor morum et inspector puerili in scholasticis a Magistro datus erat, ultimus vitae actus principio ex amussim respondit. Cognitionum litium et Causarum in sacro Jacobi Zadzicij tribunali praefuit. Intermedius actus etiam Professoris in Classibus Philosophiae in Collegio ... ri, Doctoris in Domo Clarissimae I.C. Praepositi in Ecclesia D. Annae, ... nici in Cathedrali Crac. multa cum laude egit. Praelati Crac. personam ... fortunae illi felicitate sua non alma Veritas impressit. Nam posteaquam ... bus Zadzicius ad Culmen dignitatis Episcopatus Cracoviensis meritis ascendit, non alium a Responsis suis habere voluit nisi nostrum ... nuschowium. Ergo quoad Eps. vixit Curiae ipsius Januschowicz Judex egit. Tandem ipse Supremi judicis sententiam expertus est A°. 164. Sepultus in Arce Cracoviensi in Capella Dnorum Academicorum Doctorum.

Epithaphio

D. O. M.

Adm. Reverendo D. Bartholomaeo Januschowicz J. V. Doctori, quem natus candor virtutum splendore coruscans et ardens studium ju... ... vindicandis, ad Canonicatus Cracoviensis dignitatem evexit, et in ... torem Causarum, nihil illo cogitante, judicio Sapientissimi Epi Cracoviensis Jacobi Zadzik constituit; Cunctis erat amabilis, Aequitatis in... ruptus judex. Cultus divini in Ecclesijs propagandi zelator in... gabilis, et in Cleri Sanctitate retinenda vindex acerrimus, et tandem ... Curiis Dioecesis ex hac evocatus vita ad immortalem abijt. Vixit annis ... obijt mense 7bris Die 12 Anno Dni M.DC.XLIV. Stanislaus ... nuschowicz Consul Cracoviensis Fratri desideratissimo posuit.

Quamvis Athenas acropolim etc.
Musis perennem Pegaseo gradu
Tenar per arduum, aut virentis
Ad placidas Heliconis oras
Omnes in unum seu habeat quibus
Mentem disertis Pallados entheat
Furor, remotis convocare
E latebris resonante Cornu:
Nostras canentem non pare tibia
Laudes habebo, Grandia luserint
Etsi deum gesta, atque Regum
Grandisoni fera bella Vates
Per vasta terrarum solo et avios
Maris recessus, quaque duplex brevi
Torquetur in gyrum rotatu
Axis, ad imperium Bootis.

Astra noscor: Scilicet Ma... ego.
Quae glande pulsa primo homines vagos
Vi dictioni congregatos
Edocui Sacra jura, mores,
Ferosque vitus, pectora turpibus
Intoxicata sternere motibus
Et judicis dextram prementem
Lege malos rigida, vereri
Superba magnatum atria, me domus
Egentis Iri, sollicitae petunt
Pulsata litibus fora, uno
Me Dominam venerantur ore.
Me Cana justis duxit honoribus
Dignam vetustas, meis Sororibus
Rite anteponens, sacra et aras
Constituit, coluitque Divam.

Quare alme Mystes, ubi te progenie
Linque nostris posge Januschowi
Sarvis manent te corrupti
Ne dubites; meritum triumphi
Ta perhimes exipe mascule
Solens laborum pectore cupides
Laus magna curis ... volantes
Insequitur comitata curas.

M. Bartholomaei Grzybowski S.T.D. C.S.T. plebani Lelovien. [illegible]

mortuus 17 8bris 1643

Cynegyrum alterum dicas qui pro Academia contra aemulos quâ potuit quâ valuit fortissimè et constantissimè depugnavit. Refert Justinus ~~Valerius~~ Cilicem artifiseum illum navem hostium armis ipsis amissis manibus utraque abscissa pedibus morsuque retinuisse: hic noster vi[r]; entem in excidium juventutis Academicae Castri Cracoviensis satellitioque ab aemuli[s] instructorum impetum sistit, quando Grossus Rozanka Locum [illegible] Gratis Cracoviensem [illegible], pedites[que] Castrenses Praefectum Wieczerium, Caedis Studiosorum reum in Judiciis Tribunalis Regni vicit, et in ergastula ac sordidos carceris profunditatis carceres (nisi Mater benigna deprecarentur condemnassent) compulit. Sub hoc fora Judicia, Comitia regni saepius petiit apud Judices Arbitros deputatos, quid dicam si non ingenio lingua calamo zelo certè admirabili rem promovit [illegible] non animatum solum sed et rationale instrumentum Trium Virorum quibus salus Academiae Credita fuit. Quoties ego hunc et illuc volantem, solicitum et anxium conspexi, toties pronus divinam circa Vatem istam providentiam Dei ad[o]ravi. Quem enim in tanta tenuitate rerum tot curarum tanta solicitudinis magnorum et apud suos et apud alienos [ob]virtutum non fuisset; alys sectatiô[que] alijs nihil durantib[us], cui hereditas ista literaria maximis laboribus majorum nostrorum parta obvenisset, nisi Deus aios addidisset et florescentem voluntatem erexisset. Non latebat ista aemulos, Grzybovij impensa rerum Academiae curatio, qui cum Academiam Arenam sine calce hoc est multitudinem professorum nullo utili aut jucundi actu arcte devinctam [illegible] putarent et facile uno ictu dissolvendam sperarent [illegible] rebus [illegible] quod se reputarent [illegible] impenetrabile ad perrumpendum in tribus aut quatuor personis inveniunt, pingebantur, nec temperare sibi poterant quin Achilles nostros atro carbone notarent. Autor adagiorum Polonicorum si sua nomina sunt cum referat Latina defensores Academiae per [illegible] nomina vel anagrammata paene ita hoc [illegible] illis qui de proximo non [illegible]. Illud operis Proemium sed etiam mentem Autoris perviderunt [illegible]. Quid enim paroemia habet dictio Bellus quam mox altera sequitur Roscius, junge capitales literas nonne erit Broscius? Jam ista Fungus in adagionem [illegible] refert [illegible] Grzybowski hoc nomine apud illos audit, quem se [illegible] parvi facere idem autor gloriatur. Quod si etiam [illegible] [illegible] de se dici existimarunt, magnum tamen profectò huius hoc nostri [illegible] opinioni argumentum suppeditavit Autor, qui cum in prima editione sui Thesauri PolonoLatinoGraeci, multis in locis Joannem Broscium Doctorem honorificè semper citavisset posteriori editione, eundem Doctorem [illegible] [illegible] citatum reliquit imò expunxit. Quod maximo qui simile [illegible] conservat suus non referat gratias, Quod aeternum, ex quo plane [illegible] suum conservavit in memoriam non [illegible], non intelligo, quam in partem sit accipiendum.

M. Bartholomaeus Delagowski Poëticae et Artium Magister

Extra numerum Collegarum, intra tamen septa Academiae Philosophus hic medicus
et perpetuus Theologorum auditor vitam vixit et efflavit. Assumpta utraque in
Philosophia et Artibus Laurea, gratuito Contubernium Pauperum habitavit. In spem
sui futurae vocationis ad publica Stipendia Lectiones Philosophicas legit pu-
blice juventutem docuit et argute satis semper disputavit, fallente labores
Praemio quod plerisque accidit in hac regione cui Lemma adscripsit Ovidius
nec Labor sine fructu. Si certe non et ipse sibi ad locum in ea obtinendum
praeclusit aditum. Lingua certe obicem posuit quominus se in Collegium a[illegible]
quod penetraret. Cum enim vacantibus aliquot Professionibus Salariatis in Colle-
gio Minori de more et consuetudine suffragium pro obtinenda aliqua apud Re-
ctorem Opatovinum interea Consiliarium maiorem petijsset, illeque quod ea vice for-
san fortasse et invitis superis eam petitionem instituerat monuisset, Audacius
quam conveniebat, de etiam superis volentibus ea ipsa vice in Collegium
futurum opposuit. Verbum Rectoris Opatovij superi probaverunt. frustrationis
petitionis linguae petulantiam castigantes. Tutum est ubique et certissimum
Silentij praemium, Lingua mali pars pessima servi.
Tacuisset! procul dubio alijs vicibus honorifice ad stationem Professoriam pro-
pter ingenium vocatus fuisset, silentiumque non modo sibi, carere sed et molestia
et dolore quod Hyppocrates docuit agnovisset, ad cuius Scholam post
istam repulsam Bartholomaeus transijt. Receptus gratanter a Collegio
novorum Medicorum non diu post prima Laurea Aesculapij ornatus fuit.
Sed et ille restiment ut meruerat Praeceptoribus reddidit vicem [illegible]
giam illius Medicorum delirando. Praeter aphorismos et Galeni artem si re-
liqua auctor fuisset, primas certe in praxi etiam Medica tenuisset. ni-
hil habens animus ad ulteriores gradus capessendos cecidit totum se ad
vermetem [illegible], et auscultandos Theologos convertit. De mane in Aede
Virginea circuli Cracoviae devote orantes, inclinata die Theologos au-
dire audijsset. Cura ventris et abiecta quod Rectorem Joannem Gnevosij [illegible]
merium quidquid inveniebat modestus conviva. In super etiam satis habuit. E-
rant viro pulcherrimae dotes quibus se altioribus ingenijs inseruisset nisi
Arena pauperiei pondere talis adnexo tenuissimis nervis ad ima retra-
xisset, Fortiter miser, cuius expeditus novercantis fortunae risu injuriam
Tandem ad regnum ubi pauperes sceptra tenent et Philosophi non in aenigmate
sed facie ad faciem Primum Motorem contemplantur abijt Anno Domini 16[illegible]
m Junius ad S. Stephanum Fratre Germano curante. Edidit Chronologiam Phi-
losophorum et Theologorum quam Joachimo Spernio de T. D. dedicaverat.

+

M Basilius Golinius S.T.D. CC. Rector Universitatis

Basilium secundum nomen ipsius, Regium, primum quidem Phiae,
deinde Theologiae Professorem; Tum Praepositum S. Floriani ac demum
Canonicum Cracoviensem Academia nostra habuit, Regium Reginae Scientiarum
eloquentia Orbi litteratorum ostendit, audivere egregie pro regina Scho
la declamantem similes anguibus obturantibus aures suas ad voces
sapienter incantantis magis magistri. Boraskus et Zakrzevius
Socij IESU qui omnes contra Golenium non exsibilare tantum
sed etiam evomere virus suum conati sunt. Cum enim adversae
Universitati ad D. Petri Basilicam cathedras in pedes erigere noviter
liceret, funesti ac diuturni cum Societate belli fetialis epistola
noe Goliny per municipalia Comitia in terris Regno Poloniae
subiectis divulgata velut fulmen quoddam omnes attonuit, donec
viris et viribus collectis animosi in praelia ruerent et Scholas
suas iniqua usurpatione juris docendi aeterni quam vi qua gratia
principis aperirent. Ex multorum millium aureis litteris conscriptio
favore potentia conflata et instructissima acie (?) Gregorius Borasky I.V.D.
Capellanus Sigismundi III Regis Poloniae natione Sueci Jesuitarum discipulus
Canonicus Varmiensis multorum foliorum libello epistolam hiuim
periodorum stylo Schismatico imo Scommatico eventilavit. Alter
Stanislaus Zakrzewski, Canonicus Regularis spe Czervenensis
Abbatis promotione Patrum Societatis adeundus Medicus contra Gole:
nium de genu magnum David (hoc enim etiam Sanctum divini
Regis et Psaltis nomen sibi assumpserat non permutatum et baculum)
contra Goliam funda et quinque lapidibus pugnavit. Rosses tamen
Golinius ultra jactum telorum huiusmodi Missus constitit, neve
se ignobili victoria inquinaret dicto et Scripto omni abstinuit
interea scuto tegente innocentiam Academicam Adami Opatovij
Joanne ante Broscia et Jacobo Vitellio vindicibus se de Calum
niis adversariorum modestissime et nervosissime vindicantibus
Primo in hoc praelio pugnatori ne et Cerastes Scribentium ca
lamorum pedibus proterentur Regia maiestas in cuius aula versa
batur profuit; alter jure mediante et superiorum suorum auctorita
te publica reconciliatione et deprecatione facta egregium inno
centi Academiae testimonium praestitit. Socijs qui libus piorum
autorem epistolis apud Nuncium Apostolicum movere machinabantur Si
lentium est impositum. Eloquentiam quam regnabat in animis ho
minum Golinius Grachanis quibusdam habuisse Gabriel Janicius
vir et ipse dicendi peritissimus et judiciosissimus memoriae mandavit
qui Oratorem eum bonum fuisse scribit sed nihil unquam bene
dixisse nisi bene meditatum; quem si verbo quispiam interpellasset
excidebat illico oratione. M. vero Adamus Opatovius Tullij linguam

hoc est Servatricem multorum ân ore Golinij agnoscit. Cuius isthrum
syncerius sit judicium, scrupulosius disquirere refert parum, multum autem
juuat potius bene quam secus sentire et de mortuis dicere. Golinij
elogij nobile monumentum extant epistolae Attice conscriptae, quae si in lu-
cem e tenebris emergerent de pretio et laude cum alijs facundis et argu-
tis non immerito certarent. # Caeterum Golinius per gradus omnes

Sigismundi III. Cracouiam ingressus ab eo est conscriptus et impressus In officina Siebeneicher 1587

et Subsellia Academica ad Supremum Beneficium Florianeum ascendit
ex quo rursus curam rei familiaris et Oeconomiae pertaesus, ad Colle-
te Canonicatu Curouiensi, post decessum Stanislaj Bartcouij rer. di-
gium cedijt numerumque Platorum Ecclesiae Cathedralis impleuit ver.
vixit ad metam diei sui accedens ante fata bina testamenta condidit
quae in forum exoticum propter non bene conuenientium inter se execu-
torum voluntates forte cum praeiudicio jurium nostrorum euoluerunt. Ex qui-
bus vtrumque M. D. Rector tunc Jacobus Naimanouius alterum quod subscri-
ptione careret, alterum quod illud mente neque integris sensibus testator fe-
cit approbare recusaret. Posterioris executores M. Gilenius et alij ad
Epum Martinum Szyszkouium pro confirmatione, frustra immemorabilem
& pacificum vltimarum voluntatum Professorum approbandarum vsum fundatum
Leonis X Bullam procumbere M. Dni Rectoris in Judicio Episcopali abs-
ente recurrerunt, et voti damnati sunt. Ita enim fieri amat, ut Acade-
mia nunquam pereat nisi perditio ex illamet ipsa oriatur. In primo
ingressu suo ad Episcopatum Szyszkouius testamenta Professorum in super-
abundanti ut habetur libro 4 Actorum Rectoralium approbanda remiserat
et adscripserat M. D. Rectori. Litigantibus nobis et id quod conces-
rat ad se reuocauit, et ius in causa testamenti Goliniani dixit.
Mortuus est Basilius Ano 1625 Junij. Quem in vita cum Sta-
nislao Bartcouio et Adamo Falgrio laureas Doctorales in Theolo-
gia prensantem sic laudauit M. Adamus Opaleuius. Vrania Sarm

Hic ille est vestris longum versatus in horis
Golinius, vber diuini Heliconis ad umbras
Aptus blandos impellens pectine neruos:
Fatidico et sacros libans de fonte liquores
Jucundumque sonans Parnasso ciebat amoeno
Quem Charites vinctis manibus plaudente chorea
Nobilis et lectis comitata est turba sororum:
Et pater et Phoebus tanta dulcedine cantus
Ore fluere videt, vatis concessit honorem
Tempora praecingens Lauri de fronde corona.
Huius Sarmaticum terris Aquilonis ad oras
Graiugenae Musae, si viuant ore loquentur.
Attica sui Graeci sermonis Suada Venusque
Ipsa sales dulcesque suos largita lepores
Hic mandata Dei Vatumque Oracula Sancta
Et quos Rex Psaltes numeros discrimine septem
Diuisit fidium, coelestia numina placans.

Pandere voce potest doctus Sermonis Hebraei
Et quae sint ipsis mysteria consona verbis
Ipse probare potest, fuerint si dissona solus
Confutare potest; tenebrisq; hac luce fugare.
His tribus et linguis multisq; edoctus ab arte
Golinius noster, meritos jam sumat honores
Tresq; velut Charites nexis complexibus arctis
Et se et cuncta fovent spirantes pectore amorem:
Munere sic terno, linguarum ornatus et illo
Omnes complexus tenero servabit amore
Quodq; diu aulaj cœlestis Curia terna
Terrigenis vacuas sedes implere peroptat.
Golinius terno linguarum munere fultus
Victor luctantes ducens super astra cohortes:
Durat et ipse polos utinam transcendat utrosq;
Annue, Tuq; Soror faveant et ea omnia votis: F. L.

Inter alia M. Martini Sturtzij, de Golinio, quod Joannicij judicio consonat scriptum invenio, et siquidem ad servandam et retinendam veterem Domus Collegij Artistarum disciplinam facit, idem huc transferre libuit. Qui enim alijs nocent, alios docent. Anno Dni 1596. die 9 Maij. Doctor Valentinus Vidavius à V. Civitate, convocatione facta, propter Conclusionum Librum suppressum; et alium quendam similem pro illo suppositum: et propter pecuniam V. Civitati non integrè in decursu Consiliaturae suae redditam: Eodem nomine Mgr Valentinus Lazovius Superioris Commutationis Praepositus, et M. Basilius Golinius, poena Exclusionis à Civitate, sunt puniti. Postea ad instantem eorum petitionem Civitas eos in gratiam recepit, et eos loco suo restituit, Exclusionis poenâ in pecuniariam commutata, et Conclusione super ea re facta in Convocatione 29 Maj per Compositum data, ad audiendam petitionem, quorundam Magistrorum. Redemit autem uterq; eorum Exclusionem denis Marcis. fecerunt autem publicam deprecationem Communitati.

Eodem Anno 3 7bris in Convocatione Mgr Basilius Golenius suscepit conditiones quasdam à Communitate sibi propositas, ad pacem et tranquillitatem sibi propositas, maioris periculi metu, jam enim ad pur:dum Exclusionis deductus esse videbatur. Hae conditiones postea sublatae sunt abrogata Conclusione contra eum scripta.

+

M. Benedictus Herbestus C. Posnaniensis

Vt ager secundus, diversi generis profert fruges: ita humanae naturae genius nunquam a:
deò sterilis fuit, quin pro diversitate temporum, diversa ingenia proferret. quod non tantum
in diversis aetatis et saeculorum hominibus accidisse constat, verum et in illis, quos idem an:
nus tulerat. Vnde enim illae tot et tam variae, inter Philosophos Oratores et Poëtas et aliarum
Scientiarum praestantissimos eiusdem temporis, natae sunt contentiones? nisi a diversitate
ingeniorum. Fuerunt plurimae ab incunabulis sapientiae, Philosophorum Sectae quae
cum vnum aliquem principem sequerentur ut alij Cinici alij Cirenaici alij Academici
veteres et novi, Peripatetici Aristotelici Platonici Epicurei et apud Terentium etiam Grae:
tonici dicerentur; nihilominus tamen sub eodem duce et antesignano, alij alijs inter se
opinionibus adversabantur, ut merito in proverbium abierit. Quot capita tot sensus
Iam et olim inter Peripateticos numerantur Scotus D. Thomas Albertus Magnus et alij
attamen in ipsorum scholis eorundem discipuli varij varie sicut Magistros et Praeceptores
interpretantur. Hominum quanta vultuum in hominibus est dissimilitudo tanta et judiciorum
neminem
Vnum ovo simile est, at per omnia unum alteri similem invenias, etiam hoc in
commendationem aspectabilis huius Vniversi maximè cedit. Nec de rebus tantum
at oi sensu remotis ea est opinionum in auctoribus ~~dissensio~~ repugnantissimis. Theologis
ac philis dissensio de minimis etiam et manifestis inter se discrepant Poëtae
et Oratores. Non est hic animus revocare illas odiosas et acerbas Homeromasti
gis cum Poetarum Deo. Demadis atque Demosthenis, nec Aeschini quae ei intercesserunt
cum Demosthene apud Graecos, nec apud Latinos Ciceronis cum Salustio, aemula:
tiones: quibus certare gloriosius, quam adversarium non habere videbatur, alter
alterius cursum impediendo. Imitandum potius censerem in honestissima et gloriosi
ssima contentione Ciceronem cum Hortensio, quorum alter alterum sibi praeferendum
censebat: putsaq omni invidia, hic illum ille hunc adjuvet, et communicando
et admonendo et fovendo. Sed quid vos lucidiorum vestris invita facio?
Vnius Ma:
sum sapientissimos sacris initiatos et Ecclesiae huius et Posnaniensis Praelatos
tris Acad. Crac. filios, Professores imò etiam Patres discordantes non de bene
ficijs et praebendis verum de Studio eloquentiae pari ac eodem video.
Gravis contentio non simulatio olim in Academia inter Jacobi Gorscij cum Benedicto
cuius hic brevem commemorationem vitae facimus, emerserat. quorum cum uterque
magnus ingenio clarusque extitisset, suos validissimos impetus sustinere non po:
tuerunt, quos melius in bono communi Academiae et profectu studentium promo
vendo collocassent. Nam si quid judicare possim: Gorscius de Grammatica Her
bestus de Oratoria periodo uterque bene sensit etiam scripsit. ille eadem ipse Periodo totamque Orationem
quasi de umbra fuit. At ille communi hominum judicio maior Ora:
tor quam Artifex in praefatione Gorscij ad Eques Rhet. lapsus sit quivis advertere
facile potest.

Grammaticam non docuit sed aliam Orationem a Grammatica esse asserunt uterque optime scribit

Porro noster Benedictus è Russia e Civitate nova Sambor vir praecellentis
ac divini prope ingenij, novo dicendi genere, inter sui temporis aequales
maximè inclarescere cupiebat. Duos Fratres Germanos una secum Lau
reis Academicis redimitos Joannem et Stanislaum habuit, quorum ultimus
Professorum in Patris familias statu mutato domi vixit Joannes Catherinae
Jagellonis Reginae Sueciae à S. Confessionibus et Concionibus, quo cum Stanislaus
Hosius pro retinenda in fide Catholica in regno et apud Regem Mauritium
Haereticum directus fuit. Qui postea quam plurimum studij in Rege Joanne
Sueciae Christo lucrifaciendo, et regina in Catholica religione servanda ac
filio eius Sigismundo eadem imbuendo impendisset, domum reversus Cano

nonici et Concionatoris Leopoliensis munus cum dignitate obyt ibidemque mortuus
ut eius monumentum e epitaphium testantur. Omnes eodem Praeceptore ut
Joanne Leopoliensi Doctore Theologo et Laurentio Bilhorio in vernaculae linguae
interprete usi, linguam popularem populari Russi Roxolano.
Benedictus vicesimum annum aetatis ingressus, post acceptam humaniorum artium [illegible]
quia apud Leopolienses Domum Musarum tenuit, postea Cracoviae ad aedem D. Virginis
Gimnasio praefuit, atque alios docendo, ad eloquentiae sese facultatem contulit, et [illegible]
micorum consilio, aliquot Orationes quas publice recitavit, typis excusas in lucem
dedit. Quibus cum summis per Poloniam viris innotuisset, maxime Philippo Padniewski
Epō Crac. et Petro Comiti Palatino, viris disertissimis, a Joanne Drosenskio [illegible]
si Archiepo qui veterem et antiquam morem Epōrum et Abbatum in Polonia ut [illegible]
titem Polonam sumptibus suis alerent retinebat fuit advocatus, quo juventutem [illegible]
suae, indolis inter Polonos optimae, optimis disciplinis ac moribus jam inde a teneris [illegible]
ret, atque in avita religione contineret. Ratus quod res est, Seminaria Reip. [illegible]
constituta juventutem esse, quam qui recte informet, eum de Rep. quam optime [illegible]
Serpebat enim jam tum passim per Poloniam Haereticorum labes, quam ipsi etiam i [illegible]
Magnates nonnulli invexerant. Benedictus igitur imprimis pietatem colens, [illegible] juve-
nes illos erudivit Magister, ut longe maioribus titulis, ac praemiis dignus esset, [illegible]
seipsum in tanti principis familiaritate gessit, ut libenter auditus, semperque laudatus
recederet. Patrem vitis aute ab aula ad Academiam revocatus Minoris Coll.
et Oratoriam Professionem adeptus. Exemplo aemulum in eloquendo Jacobum Gorscium
Collegam Maiorem nactus est, Certamenque publicum cum eo in facie Academiae [illegible]
erat. Caeterum inferior quasi esset judicatus, totam illam disputationem de periodo
et ratione scribendi Orationis, cum adversarii argumentis, posteritati arbitrandam
typis publicis transmisit. Opus sane egregium! in quo quod mirere in utroque
habes.. Iterum ab adversario exagitatur, Scripsit Dialogum de optimo genere
dicendi, quo se superiorem etiam in praeterita disputatione fuisse declarat. [illegible]
quoniam de rotunda Periodi scriptione, lis inter eos potissimum fuit, recivio [illegible]
an plures per annos alentes multa contra se ea in materia scripserunt,
multa in publicis dissertationibus dixerunt. Uterque autem Ciceronem Magistrum
sequebatur Cuius Herbestus noster, Vitam e scriptis et verbis eiusdem [illegible]
conscripsit. Confecit et in epistolas eius Libros 4 Commentariorum. Et notas in
Orationem post Reditum ad Quirites, et quam Librum de Perfecta Periodo fecit,
et Orationes illas de quibus supra diximus (quarum una pro Epistolis Ciceronis erat)
in receptione, aut resignatione muneris Scholastici, partim Leopoli partim Cracoviae
apud Consules recitatas; et quas illo Gorscio ansam dederunt ad scribendum
ut impugnandum, quod nova methodo scriptas, tituli libelli indicaret. Scripsit
Epistolam Herbesti Rationem instituendae juventutis, Aliquot judicum, Computum Ecclesiasticum
Stium Orphanum Ciceronis Arithmeticam Linearem et Tabulas in Prosodiam
Confutationem Picardistarum qui liber si quisquam alius quos edidit [illegible]
Hosio probabatur Postillas in quibus multam navavit operam conscribendis
Idem censebat at in Theologis Concionibus ante editionem legerentur et ex-
penderentur Caeterum quia Gorscio passim primus in eloquendo adscribebatur
omnes resignata in manus M. Dni Rectoris publica sua professione et Collegii
Statione 1564 in Canonicatum quem habebat Posnaniae ubi resedit, in quo
quomodo se gesserit Herbestus constat ex testimonio Hosii qui in epistola ad
eum directa est inter in numero 81 hoc habet Si par

Opus secundum extremam allocutionem Benedicti Herbesti per Jacobum Gorscium, in Re futatione Disputationis de Periodo facta, ut ad calcem ejusdem videre est, patet Herbestum jam 1562 Posnaniae Officialem fuisse, eo enim anno mense majo Disputatio illa typis fuit vulgata.



5/a

224

X. Dr Magnuskiewiz



Si par esset omnium Pastorum in grege curando diligentia quanta esse V. Fraternitatis audio qui eo magis, quam nomine Pastorem agit, nihil foret, quod nostrum quisque negligentiam accusaret. Liceat autem et mihi Homericum illud carmen usurpare &c.

Cum vero de perfectione vitae statu in Societate instituendo cum Hosio loqueretur, cum vero de vocatione suam magnam deserat, ac spes est in Deo Hosius litteris alloquitur. Nam vocationem suam magnam deserat, ac spes est in Deo quod idem Varsevicius quoque sit facturus, Nam in vos duos civitas Posnaniensis inclinata recumbit, vos pro suis Pastoribus agnoscit, et a vobis in tanta temporis Dei, ita me deseri sine magno vestro periculo non patest. Vos videte quam sibi Deo rationem reddituri, si gregem hunc a Christo vobis commendatum, qui coepistis salutaris doctrinae pabulo reficere non perrexeritis. Dolebat enim Cardinalis summopere quod alii qui ex quibus Concionatoribus Polonis in Societatem essent ingressi, cum non hoc a Societate expectaret ut ex Polonia Concionatores auferrentur; sed ut plures in Poloniam mitterentur a Societate.

Verum Herbestus natum Dei sequens et a saeculo neganti sibi metuens Patrum S. Ignatii castra magno discipulorum olim suorum caterva secum trahens transiit et vixit vitam qualem Socii Jesu vivere ex instituto habent diversa loca praesertim in Prussia peragrando. Cuius operam usus est Hosius maximopere in Hodiis suis Ubiregensibus ad ovile Christi reducendis ut patet ex multis Hosij Epistolis quae non sunt impressae quas ego tamen et vidi et legi. Scripsit in Societate manens Horarum Canonicarum Rationarium. D. Augustini Sententias de SS. Eucharistia explicationem. De Doctrina Christiana. Ceremoniarum Baptismi et Rosarij B. Virg. expositionem. Praeterea scripsit Zrodzonij adversus Scripturae sacrae Kiemoievicij. Graeci schismatis demonstrationem. Chronologiam. Epitomen Conjugij Edicti Eglyes Gregorij Sambori expositionem. Orationem Synodicam Brevibusque Lutheropolitanis perdidimus responsiones. Atque sic exactis feliciter sanctis in Societate 22 annis. Anno Salutis 1593 flexis humi genibus mortuus repertus est Jaroslavie ubi tertium probationis annum agebat

NB. Haec omnia ... incipit ... ante quam Regulam Ignatii amplexus fuisset, et tum adhuc Professorem academicum exerceret. Radiminski hic loci a Simone Starowolscio in errorem induci sese permisit; quem ego, quantum licuit, in opusculo meo historico de Statu Academiae Cracoviensis inscripto, et lingua vernacula anno currente 1810 typis vulgato, reparare non neglexi.

M. Benedictus à Cosmin C.S.T. S.T.D. Archi[illegible]

[illegible] Sendomiriensis

Legebat frequenter Benedictus eloquentiae studiosissimus, D. Chrysologum aurei
Sermonis, et divini spiritus plenum Oratorem Epum Ravennatem. Sermonemque eius centesimum
septimum solito attentius revolvens in se descendit, ad illa verba: Homo qui natus
donum, munus Dei, rationis beneficium, excellentiam sensus, artis industriam, cultum bonorum
per steriles actus evertit, mergit autori fructum, cultori gratiam negat. Sicut arbor e
terra, sic iste è vita mereretur excindi. In se descendens sese actus sic examinavit. Arbor ego
sum, fructibus utilis, an folijs tantum decora vide sis anime. Forma, robur, vale-
tudo corporis dona sunt naturae: magnum Dei munus est, quod sim rationalis, quod inge-
nio valens, sensibus perspicax, artibus [illegible], cultu ad omnem politiem elegans.
Enimvero quos ego fructus de his omnibus autori Deo obtuli, quos [illegible] me deceret
Matri Academiae, quibus Cives, et proximos meos beavi? Valeo, cur non la-
borem, viget animus, serio meditandum est. Adsunt quibuscum ratiocinando ad omne
opus honestum perficiendum conniti possim. Utar sensibus in obsequium mentis, ar-
tes deducam in usum. Sic fructus vitae meae omnibus qui a me hos expectant constabunt.
Ergo subductis rationibus ab Anno 1520. quo ab omni fortunae praesidio nudus
solo ingenio versatili praeditus Cosmino Cracoviam venit, omnes corporis et animi di-
tes ad pangendas Dei laudes et promovendum privatum singulorum et commune
omnium bonum impendit. Reiectisque Thomae professionis Scoti quibus inhaerebat
argutijs totum se Oratoriae facultati dedit. Praeter sacros Ambrosium, Chrysologum,
Hieronymum, ex profanis Terentium et Plautum versabat. Ciceronis vero tanquam
principis Oratoris et praecipui Philosophi omnia opera fideli memoriae manda-
vit, saepius eundem tam privatim quam publice praelegendo. Unde tanquam ij
qui per solem discurrunt etiam [illegible] sensu colorem contrahunt: ita in illum
continua meditatione, facundia Ciceronis immigravit. Quod ex judicio ho-
minum doctorum suo aetatis plane liquet. Erat enim apud omnes communis
ista vox. Sicut Germania Erasmum Roterodamum: ita Polonia Benedictum
Oratorem unicum tenet. Et fuit profecto eloquentiae vis in eo plane ad-
mirabilis ut quidquid ad dicendum assumeret illud extemplo ornate copio-
se prudenterque enunciaret, et quo vellet audientium animos impelleret.
Quoties praelectiones solitas aut verba in actibus solemnioribus faciebat, a-
vidissime à discipulis et auscultatoribus audiebatur propter vim suadendi
Latinae et splendorem dicendi. Tandem Theologus evasit, et in summo
Craconiensi ecclesiaster. Regiae Maiestati Regni et Magni Ducatus Proceribus
imo universo generi hominum acceptissimus, ut quem in scholis orantem
cupide audiebant, eum concionantem gregatim sequebantur. Hinc illi gra-
tiae favores, munera et facultates, favente Deo et Magnatibus in dies ac-
crescebant. Vacante sacerdotio Cathedralis Ecclesiae, juris et collationis Aca-
demiae, Rmus Eps et Capitulum Cracoviense apud Universitatem pro Benedicto
agebant, Capitulum tali viro ornari cupientes. Quorum desiderijs procul
dubio Academia annuisset, nisi derogare senij sancti legem et ordinem
in assequendis beneficijs ad omnem posteritatem iniurium esse censuisset.
Itaque Nicolaum Schadek priorem, licet non tam gratum et acceptum esset
ad Canonicatum secundum ordinem praesentavit. At aliunde Be-
nedictus dives, imo nullus alter ipso ditior in Collegio illa aetate (Si
divitiae sunt quater mille floreni Polonicales item vestes et clenodia)
extitit. Qui in comparandis hisce facultatibus an in locandis fuerit pru-
dentior, meritò dubites. Raro siquidem maximo etiam labore parta fortuna
bene locatur. Mera illum D. Hieronymo putet. Comicus vero
[illegible] ultimum D. Hieronymo [illegible] homini existimo
Non ego omnino lucrum ve esse utile homini existimo
Scio ego, multos iam lucrum luculentos homines reddidit
Est etiam ubi profecto damnum praestet facere quam lucrum.
Odi ego aurum, multa multis saepe suasit perperam.

[margin: Erasmo comparatur.]
[margin: [illegible] Canonic.]
[margin: Concionator egregius.]
[margin: fit Canonic. Crac:]

At non Benedicto

De Bibliotheca Ordinationem eiusmodi in suo testamento fecit

De Bibliotheca libris ornanda insuper lego mille florenos
Domui Maiori Universitatis quibus mille florenis emi volo 50
florenorum censum, ad comparandos varij generis libros, sive illi sint
latine, sive graece, sive hebraice conscripti. Latinorum tamen maiorem
rationem habendam censeo, non quia ij soli praestent, sed quia plures
hic adsint qui eos legant, eiusque facti mei consilium non temere capi
Videbam tum veterum tum novorum scriptorum libros in dies, et
eleganter, et emendate in lucem proferri, eosque tantum non omnium
eorum qui re lauta sunt, manibus teri atque versari, mei vero, hoc est
publici Professores, quos in legendo, priores partes referre oportuit, po-
steriores plerumque tulerunt, destituti non animo legendi sed facultate
libros emendi, tam enim exiguo censu sunt, ut cogantur vitae tuendae
quam cognitionis parandae priorem rationem ducere. Turpe autem et
non ferendum existimavi, te qui consulto totum vitae tempus atque studium
relictis rebus aliis in literarum fructum atque laudem contulisti, ab his
in evolvendis ac perlegendis scriptoribus superari, qui non datam
operam contulerunt. Immo cum plerique alia necesse agere debe-
ant, tamen tanta cupiditate legendi incitantur, ut hoc solum
facere videantur ut pudori et ignominiae sit te non solum re-
scire quid plerique Autorum scribant, ut nomina eorum tibi
non extant qui scribunt, cum tamen illi quibus ad legendum tan-
tum otij deest quantum tibi superest, multa memoriter etiam
unde recitare soleant. Quo pudore et ignominia te sublevare
et armare etiam contra tot iniquissimorum hereticorum viru-
lentas linguas ac falsissima dogmata ego cupiens Bibliothecam
tibi omni genere librorum instruxi ut eo quando liberet
intrares, tanquam ad amoenissimos hortos et florentia prata
omni genere doctrinae vernantia, neque sedulae ac sagacis api-
culae ornatus libris involanti animo insideres ex his verborum
ex illis apparatum rerum decerpendo, decerptaque in memoriae
receptacula tanquam in quaedam alvearia dulci scientiarum
melle stipata reponeres ut ex hoc penario in usus tuos sumeres

quando velles, nam ut nolis dicere non audeo nisi aut ingratus sis
aut fastidiosus, sed ergo auritis non surdis fabulam narro Chiage
id oboli est gratis et esurientibus appono fastidiosos et odium
addentes removeo, gratos aut et avidos legendi, et nunc quidem esse
et posthac fore mihi facile persuadeo. Libri omnis generis emantur
eorum vero emendorum curam et negotium DD. Doctores et Magri
Domus Maioris duobus ex suo Ordine fratribus quos probabunt
gubernabunt id eos et libenter et laudabiliter facturos, habebuntque
ij fratres loco ex his 20 florenis duos florenos annuatim
reputabunt autem secum, et ad cognitionem suam indicium adhi
bebunt qui in Theologia in Iure in Medicina reliquisque arti
bus Libri praecipui habeantur, ex omnibus his, veteres
libros sed novos ac recens editos attritos et antiquatos nulla
ratione emi volo, ne hac via quibusdam occasio daretur su
os libros extrudendi emptos autem aut potius priusquam em
pti sint Doctoribus Domus praesentent, talem tamen mo
dum in emendo adhibeant ut supersint unde libri et intitu
lari possint et catenisque alligari, quas catenas volo esse albas
et fabrefactas, volo autem ut rubea cute et pulchra omnes
tegantur, auro in mensura adhibito, ne autem nimio splendore
luxurient, aut nullo facile erubescant, vellem etiam si possint
ut fieri posse arbitror ut margines eorum librorum inau
rentur, quod si quid pecuniae supersit id in cista ad eam
rem capta cum indice et libello dati et accepti ad aliud
annum servetur, maiora volumina et maiori charactere
impressa magis probo, rationem eorum his fieri volo
quos Domus ad eam rem delegerit. De libris vero qui in
Bibliotheca nunc versantur, si et usui legentibus et or
namento illi loco esse possint, tantisper ibi haereant, do
nec et meliores et emendatiores ut pote scholijs et anno
tationibus illustrati alij prodeant, tunc eaeque auferantur
et alij eiusdem generis emantur, noti autem aut vendant
si vendi possunt, pecuniamque summae aggreget, aut si commo
de vendi non possunt dentur vel partim Ecclesiae Hosmiren
partim Bernardinis, partim Monasterio in arena partim
templo S. Marci et S. Agnetis ita tamen ut nulli privati sed Ecclesiae
communiter consignentur. Breviarii tamen ... Ecclesiae Hosmiren.
habere volo, ... illam congeriem librorum, exercitiis et quaestionibus
... abolendam volo, suus illis libris honor ... omnia enim
suis temporibus ... nec sunt qui totam fortassis non abolebant,
... sint instar ... illa ... in ... dicunt sibi
... si vellet ... aboleri, itaque volo sed deportari
et in aliquo scholae loco ... donec ... eos in ... adducat

* interim tamen breve usu ... atque ... conquiescant ac somno Epimenidis obdormiant. Haec de libris.

At non Benedicto. Qui Mille florenos ante omnia Divino Cultui dedicavit comparato Censu annuo Sacerdoti pro Sacris ad initium cuiuslibet diej in Oppido Cosmirensi faciendis, quo ad hunc diem Lythurgia Cracoviensi ab illa plebe dicuntur. Alterum millenarium florenorum pro pauperibus in Xenodochio eiusdem oppidi alendis ibidem locavit; Tertium Millenarium in Praetorio Cracoviensi, pro novis Libris ad Bibliothecam Collegij Maioris Artistarum augendam coemendis ex censu annuo, deposuit. quod enim ipse vixit maximam Librorum copiam Sibi non modico comparavit eamque ad usum non ad visum communem, ut ex collocatione Pluteorum Scabellorum et de Cathenis libris pendentibus constat, Bibliothecae eidem intulit. Quin hominum ipsum mortuus et sine lingua in sua imaginis apostrophe sic loquitur.

Quod Tibi Scriptorum posui monumenta bonorum
In Te sunt animi pignora clara mej
Feci quod potui quod Te quoque velle putavi
Tu memor et gratus perlege. Vive. Vale.

Ultimum Millenarium et quidquid ex vestibus et Suppellectili divendita colligi pecuniis posset ad coëmendum Censum pro Vestiendis quinquaginta (pro illo tempore dicta) pauperibus Ordinavit. Ut quia exemplum Venerabilis olim et Sancti Memoriis Joannis de Kanty in excipiendis liberaliter pauperibus Collegio mittentur imo dedecorum de communi mensa suscepisset, tota V. Cultus in paupere Christum quotidie de communi mensa X^m tegeret, meriti par ille quoque ad imitationem illius quo nudum pallio suo X^m tegerat, meriti pari ... Utramque hanc fundationem manutenendam Domini haeres et compos esse posset. ... ad se receperunt, et de medio sui Duos Bibliothecarios Collegij Maioris ad se receperunt. Bibliothecae pro Collegio Collegij Maioris procuratores eligere consueverunt. Bibliothecariis Consules et Duos Vestiarii procuratores eligere consueverunt. Bibliothecarij Curatio propter Census Certitudinem adhuc manet, præsertim si Bibliothecarij Conscientiam ad rem attentas. Altera Vestiariis fundatio (dolendum) Anno Dni. 1658 M. Joachimo Speronio S.T.D. Decano S. Floriani et M. Martino Stankowicz S.T.B. C. S. Fl. interijt. Flammis enim ex incendio casuali in Cubiculo exorto, quam M. Martinus Stankowicz suffocatus est Monimenta quoque inscriptiones et alia quo penes eundem erant maximo cum detrimento pauperum conflagrarunt. Gaudent nunc quorum possessiones obligatae erant Summis Vestiariis onere centu pensionum propter fortuitum incendium non tam soluti et liberi quam Curis vacui quod nemo sit qui repetat. At lugent pauperes qui tanta liberalitate fundationis sunt defraudati. Vetus Collegij Maioris Artistarum Repertorium hoc habet de Benedicto.

Anno Dni 1559 Die Novembris 18 Hora 14 diem Clausit extremum Clarissimus Vir Benedictus à Cosmin oppido Maioris Poloniae. Hic testabatur se venisse Cracoviam 1520 Anno pauperem esse, sed ingenio versatilem ad omne Genus doctrinae Cursum vitae suae Sexagesimo secundo aetatis peregit et cum magno omnium desiderio sui vita functus est. Erat namque Orator insignis, Consilio potens, Sermocinatione quamvis facilissimus, ingenio versatilis, in quemcunque quis partem provocaret et provocaretur opportunus paratissimusque. Viri faciem ad vivum expressam imago in bibliothecam posita cum hac epigraphe repraesentat.

Non potuit mentem potuit sed fingere vultum
In tabula pictor cum posuisset opus
Vera tamen tacitis servat quo mentis imago
Indicium vultus nobilitamque dabit
Esse putes niveo Virtutis flore nitentem
Dulceque spirantem Cum Probitate Decus.

Ex monumentis ipsius ingenij Extat Opus ut testatur Starovolscius in suis Centum illustribus Poloniae Scriptoribus Observationum Latini Sermonis et Sermones Sacri. Beatus vir qui in lege Domini meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum Quod fructum suum dabit in Tempore suo. Dedit Benedictus fructus in vita dat etiam nunc post mortem. Vi insignis et beneficijs suis ubique dubio Deo acceptis recepit Coronam vitae aeternae

+

M. Benedictus Hesse S.T. et V.J.D. Rector Univ. et Planel.

Cracoviis natus, Sacerdotia, honores, et quod maximum reputo Vitam laudabilem Matri Acad.ae
debet, non enim urbe celebri nasci; sed ea dignum fieri gloriosum censetur, Superato
in minoribus annis Musarum clivo, Jus Sacrorum Canonum et Sacrosanctam Theologiam
Bernardus Seculi Acolui: Utriusq. nobilissimae Facultatis studium, in communem
horum omnium traduxit Utilitatem. Nam praefectus Studio Generali cum potestate
ita dignitatem Sceptrorum tradabat, ut aurea commoda ex Virgis aureis in omnes
desplierent, quidquid agendum susceperat, oblitus propriis utilitatibus in bonum Coe rei
ret, neq. unam tantum aliquam partem; sed totum Univ. Corpus impense curabat.
Liquet hoc cuivis et praeclaro eius facinore, quod cum Decanus S. Floriani et S.T.D.
in Collegio ~~[illegible]~~ esset postulante tamen necessitate ad protegenda jura in Collegium Ju
ridicum recessit in quo etiam licet sero probendam fundi Canonicam ad praece multo
rum suscepit. Qui boni Viri zelus singularem divina benedictione in Academia
habuit profectum, Nam licet Academia Crac. Sanctae Catholicae et Apostolicae Eccl.
in Polonia pars fuerit et quaedam basis, eius tamen Magistratui Sanctior esse
ita est Cum Sacros Religiosorum Ordines alios sibi indissolubili foedere copulavit
alios personis e gremio sui auxit et locupletavit. Erant quidem oes Mystici
et Religiosi Viri olim tum ob unum vivendi omnino persimilem tum ob necessitudinem
cum Univ. nra conjuncti ut testantur PP.um Benedictinorum Abbatiae Tyne
cievanam et PP. Cistercensium Abbatiae Claro Tumbae, in nos collata Jura Patronatus
rensis et PP. Cistercensium Abbatiae ... beneficia jam tamen arctius innixum quae
ad Ectam Divae Annae et S. Nicolaij beneficia jam tamen arctius innixum qua
dammodo sibi implexi sunt posteaquam D. Dnicq. et S. Francisci qui olim in Univ.
ita nunc ad praesens per suos filios in Academia steterunt simul. Basis
huic inniti non jam labentem D. Petri in Vaticano, Ecctam sed totam in Septen
trione Ectam fulciunt et sustentant. Praeside enim Academiis Benedicto V.
Vir Jacobus de Bydgostia Fr. Ordinis S. Dnici dignissimus interea Superior ad
SSmae Trinitatis, ac postea Provincialis Poloniae et denique Epus Laodicensis Anno
post natum Deum hominem 1490 die vero 28 Augusti pro incorporatione
ad nram [illegible] Ordinis D. Dnici, Scitu assensu Consilio et Mandato R.mi Sui Ordinis Generalis
talem apud Almam Univ. hanc publico edicto M. D. Rectoris convocatam instituit peti
titionem.

M. D. Rector Cl.mi Omn. Facultatum Doctores et Professores

Cum alma et inclyta Univ. nra Cracoviensis, sicut jam a prima sui fundatione
ita nunc et proxime elapsis temporibus famam nominis sui Orbem Christianum
complevit, et in Conciliis Oecumenicis Constantiensi et Basiliensi, Sapientia
et fortitudine, apud omnes Christianos cum omni admiratione inclaruerit. Proi
nde pro augenda divini nominis gloria et promovenda in gentibus Schismati
cis et barbaris quibus undiq. septi sumus fide Catholica, velitis jubeatis
Patres amplissimi Doctores Septentrionis Sapientissimi Fidei Propugnatores fra
tissimi Ordinem D. Dnici signanter Provinciae Polonae, vestris non tantum quo
dlum meritis, sed etiam privilegiis, prerogativis et juribus aggregare. Ut quem
admodum nri Ordinis fratres in alijs Universitatibus Parisiensi Coloniensi ad
gradus et alia omnia jura Academica admittuntur. ita quoq. in Polonia
Unicae huius in Septentrione Univ. membra de membris efficiamur.
Super qua petitione et postulatione semel et iterum Oes Ordines Academici pu
blico M. Dni Rectoris programmate convocati maturo consilio, et bene deliberata
unanimi voce decreverunt.

Placet Universitati Gnali Studiorum Cracoviensi Sanctissimum Ordinem D.
Dnici per Poloniam. Signanter Conventum Crac. SSmae Trinitatis Omnium jurium privi
legiorumq. ac Prerogativarum participem facere prouti membro Almae Univ. nrae haberi
sub his modis. 1o Quod unusquisq. Capituli Ordinis Fr. Studere vel promoveri
in Univ. nra cupiens aut alibi promotus incorporari volens, praestet juramentum
consuetum Rectori, pro tempore existenti. 2o Quod quilibet promoveri volens
in aliqua facultate, promoveatur secundum Statuta illius Facultatis. Magister vero

in Theologia promotus in eodem ordine: petat totam Unam pro sua huiusmodi Rece:
ptione. Decreti cuius vigore praedictus V. Fr. Jacobus de Bydgoszcz S.T.D. in
Coloniensi Academia petivit se recipi et admitti pro Mgro in Theologia. et sibi locum
dari in Unte Crac. Quod factum est. postquam prius actum Responsionis in Unte
solennem quemadmodum alij Mgri Professores et Doctores aliunde ab alijs Untibus venientes
de consuetudine admittuntur, perfecit et absolvit.
Meminit huius incorporationis Sanctissimi Ordinis. Abrahamus Bzovius in Propagine
S. Hyacinthi cap. 9 mihi pag. 76. hisce verbis. Sed et cum Acadca Cracoviensi
Civitatis, nemini in Europaeo solo secunda, perennem (P.P.) iunxerunt amicitiam
consuetudinemque literariam, utpote cum viris bonitate morum, et doctrina, conspicuis,
suspiciendis. In ea saepe Magisterij laurea ornabantur. Numerantur ad haec tempora
novem supra triginta, qui insigne Theologorum decus in Acada Crac. ob Theologiae
Studia, cum laude publica absoluta videre. Quamobrem si omnes Scin et Suadela
insignes provinciae Patres mihi percensendi essent, liber excresceret, nec esset com:
pendiarius indiculus. Praetereundi tamen non sunt aliqui qui nostris temporibus floruerunt.
nempe Fr. Lucas Leopolis ℥ ℥ ℥ Phoenix Doctorum Pr. Fr. Camillus Lombardus
S.T. Mgr e Conventu Crac. ad miraculum Italiae et Coloniae Academiae doctus et acer.
Idem ibidem paulo superius Leandri Lib. 3. 4. et 5. post multam commemora:
Clarissimosque Viros D. Dnico Polonosque addit verba. Omitto et alios innumeros doctri:
nae subtilitate atque eloquentiae flore praecellentes Patres, quorum memoriam, vetustas pa:
rum diligens abolevit. Fieri enim non potuit, ut ex Studio Gnali Cracoviensi
quod semper adeo fuit celeberrimum, ut illud Hungaria, Germania, aliique Pro:
vinciae in admiratione habuerint non prodirent Viri eruditione illustres.
Hec vero Studiorum et Honorum literariorum inter Patres et Academiam Communicatio
cur hisce nostris temporibus cessaverit, et per quem rupta sit, cur Rndi P.P. do
minicani seorsim apud se novo ritu non antiquo Academico sibi creent Docto:
res, causas penitus ignoro, nec in eas inquirendas me immitto.
Eodem vero Benedicto Rectore licet diverso tempore, de Petra Academica
excisus est manibus non humanis Lapis qui jam excrevit in montem ex:
celsum valde, nimirum Sacratissima itidem Religio D. Francisci de observantia nun:
cupata. Veniente enim in Poloniam adeoque Cracoviam ad litteras frequentes
M. Joannis Elgot, invitationem Sbignei Cardinalis ipsiusque Casimiri III Regis
Poloniae D. Joanne Capistrano, ad vivam et alteram Divini viri habi
tam in publico de vanitate mundi Orationem quamplurimi ex Academia Do
ctores ex Cathedris Studiosi ex Laureis Praelati a singulis Prebendis
Levati a delitijs Nudi nudum secuti sunt Christum. (Princeps Facultatis
hi Phiae M. Joannes Stobnicensis Decanus Artistarum 1514) M. Paulus Hanvoldt
Can. Vratislaviensis Archidiaconus Legnicensis. Illris juvenis Comes de Melstyn
Barcalaureorum vero et Studentium ac aliorum Alumnorum Academiae una tantum
culum Miechovij centenario maior juxta Paprocij Moiecki Terentorum
uicta Petri Scargae Centum et triginta numerus habitum religiosum de manibus
Capistrani et invicem vota sua in manibus eiusdem aeterno Deo reddiderunt.
quibus ille et Coenobium amplum in Stradom construxit, et alios alio ordina:
vit alios secum duxit illudque e Polonia discedens Fratribus Cracoviensibus mandavit
his iniunxit. ut pro incremento Almae Acad Crac quotannis solennes
supplicationes ad pulvinaria Divorum Praesertim D. Annae quam Untas
singularem colit Patronam eius die festo instituerent. Hoc fuit di
vina plane in Benedicti Rectoratu Academiae Benedictio.
Qualis et quantus in alijs muneribus Academicis Benedictus fuerit facile
est conjectura assequi, cum Praeter labores quibus cum insudavisse necessum
erat Praeclara nobis reliquerit
ingenij et doctrinae suae
monumenta

M. alius forte [illegible] Quas fuerit [illegible] Stobnicensis [illegible] in Religione Francisci [illegible] ab illo qui Cat[illegible] tarum [illegible] cuius fuit, et qui [illegible] in Rehow [illegible] Anno circiter 1520 [illegible] [illegible] Radimirius circa [illegible] Capistranus cum sacram illam [illegible] Venationem anno primum 1554 in stituit.

in Iure et in Theologia. Et quidem in Theologicis super Evangelium Mat-
thaei notabiliores Quaestiones conscripsit. Item Tractatum de Coena Eucharistiae
Laicae plebis sub altera tantum Specie. Item de Dispensatione votorum religiosorum
Obedientiae et Castitatis non admittenda. Item Tractatum de futura Resurrectione in Vitam.
In Iure autem. Tractatum de Contractibus Specialiter de Contractu Reemptionali.
Item de Potestate Concilii supra Papam. Omnia sua Scripta Iudicio Ecclesiae Subjiciens.

M. Bernardus de Nyssa S. T. P. C. S. Floriani

Patriam Viri habes in Cognomine. Nardum Divinam Virtutum, quam ille in suis om-
nis homines, regum aulas, et ipsos Superos spiravit sentias! Recto Man-
sionarii Primi in Acad. Patres observerunt, Divumque Ornatum laureis in numerum et ordi-
nem suum ultro adsciverunt. Erat enim revera is Bernardus, qui non intelligentiae
Sapientiae, artium et Scientiarum tantum; sed aliarum quoque moralium virtutum com-
gratissima longe lateque spiramina spargebat. quarum odor ex vita et doctrina gratis-
simus in aulam quoque Jagiellonum non potuit non penetrare. Quare cum de
Ioanne Gastoldt Duce Litvaniae, Regii sanguinis Principe, ubinam et a quo edu-
cari deberet in Regia deliberabatur. Non alibi quam in Collegio Serenissimi Vladislai Jagel-
lonis Artistarum, nec ab alio quam a Bernardo instituendum fore, ii quibus ea res
curae fuit censuerunt. Suscipit e Regia manu illustrem Principem Bernardus
inter bonas artes in virtutibus educandum. Positoque tenero in aevo timoris
divini initio, literator noster adolescentulum per omnes artes, breviter subiectis
ad oculum exemplis, perspicue revocatis in compendium praeceptis, suaviter magistro addu-
cta praeceptorum usu, ad ipsa plane sapientiae limina deduxit. Superi! quantum
praeclaram indolem etiam in virtutibus simul profecit probo usu magistro. magistrum-
ne hic vincendi plus laudem an discipulum dubito. Gastoldus dum in pu-
lchrorem inspicit, oppido quam omnes virtutes amplectitur, transfert ille oculos ne videant vanitatem
istius in oculis versatur simul pudor. Lingua illius verba vitae ad aras et
Cathedras profundit; iste similiter vel orat vel discit vel facile, benigne
non tuberis Seculo accommodat aurem: ille Christum in altaris sacrificio
suscipit, iste in corde alterius quasi sacrificii munere relucet. ille vel potius
non ille sed in illo vivit Christus. iste in omnibus longum verus philosophus
sectator membris continentiam cum multorum admiratione servat. relictis gra-
tiis et hominibus. Erat jucundissimum istud in Magno literatorum theatro et inda-
pientissimorum virorum oculis spectaculum cum non segnior discipulus magi-
strum in virtutibus exprimeret. quam exercitatissimus Doctor virtutum mirandas easdem ipse
praemonstraret. Instabat tandem ultimus quem in vita sua singulari devotione
maxima coluit, Virginis Sanctissimae qui dignum Coelo munus Deo Patri in San-
ctissimo templo praesentavit, dies, quem ut solenniorem apud se haberet eundem
inedia, Cilicio et sacra exomologesi aliis diebus octo anteverunt. Ipso vero
Marescente ad D. Floriani in laudem Deiparae Virginis ad populum ex su-
more verba fecit quo nunquam alias. post Concionem de more illius Lecto
S. Lythurgiae Officium decantavit. Refecto ad mensam Collegii corpusculo
iterum in aedes S. Floriani descendit et officium divinum psallit, celebra-
tisque vesperis tanquam virgula fumi ante aram maiorem animam Deo exhala-
vit. O Bernarde Bonus odor Christi omnibus in vita fuisti nunc etiam
Coelo gratissimus tanquam incensum in conspectum Dei ascendisti. Nec jam
in hac lacrymarum valle. Sed in gaudio Coelesti Canticum Simeonis facie
ad faciem non in aenigmate Unitrinae Deitati canis Nunc dimittis
Servum tuum Domine. Abiit Aº a partu Virginis 1490 ipso die Cele-
Purificationis Bae Mariae Virginis ut in ipsius Libris post mortem anno-
tatum est qui in Bibliotheca Vetere asservantur. Celebratis Vesperis.

Joannes Gastoldt Litvaniae Dux quo maturior esset arcendoret post obitum Primi
sui Institutoris Mgro Joanni de Glogovia in multiiugi doctrina traditur perficiendus
apud quem absoluto Studiorum Cursu 1492 in recessu suo è Collegio Maiori Artistarum
reliquit exemplum memorabile Principis morigeri Praeceptoris gratitudinis ergo duas
telas Sericeas pro ornamento altaris S. Bernardi in dicta Hypocausto eiusdem
Collegij et alteram pro altari S. Donati ad D. Annae reliquit.
Bernardus autem etiam num miros doctrinae et Pietatis Spirat Odores in volumi
ne Sacrorum Sermonum quod satis grande manu propria conscripsit.

M. Bernardus de Biskupie S. T. D. S. Tae Doctor

Nullas Cerae in atrijs numerat, plurimas virtutes in Stemmate gerit Bernardus. Natus
in Episcopali vernacule Biskupie dicto, [illegible] sub mœnibus Craci. cognomen a pa
tria sibi assumpsit. Literae, Pietas, Labor, inter praecipuos Academiae Patres homines
collocarunt ipse Spartam quam natus fuerat adornavit, singulari industria et continuo
labore. Decanus Capituli Ecclae S. Floriani et in Aula Primarius S. T. D. Omni
incuriationis bonorum V. Capituli quo Posteriorum conditio esset melior, et magna
Capituli adipatior quoad vixit nunquam dimisit. In cunctis negotijs prudens,
de extremo vitae termino solicitus cum D. Ephrem Saepius animo volvebat
Si membris integris et valentibus flores, noli corporis robore et viribus gloriari
Sed considera quot et quanta Corpori pericula immineant. Quamvis enim ad exi
quum tempus corpus nostrum firmum sit, tamen quid posterior paritura sit
dies ignoramus. Quare quoties in viam se dabat, saepius autem idem
facere, si bonus Oeconomus esse volebat, et bona Capituli locis admodum distan
tibus invisere saepius [illegible] necessum erat, toties ultimam voluntatem suam testa
mento condito, vindicabat ultimae suae voluntatis commendabat. Quod suum
propositum commodo illi cessit. In reditu enim ex Villa Capituli Lu
bienko nuncupata in Bochnia Anno Dni 1531 die 24 Aprilis mo
ribus maturus aetate grandaevus, praeter omnium spem, at non praeter
propriam expectationem diem extremum clausit. Corpus eius ipso
die S. Adalberti Cracoviam adductum et non post multos dies funera
le honorifice in Ecclesia S. Floriani sepultum. Quos libros conscri
pserit solus è pluribus Bibliothecae Vnlis [illegible] nobis monstrare posset
quorum autorem ignoramus quod ipse nomina sua illis non adscripse
rint. Executores testamenti Doctoris Bernardi ex bonis relictis
et Supellectile quae non erat modica, Craterem plane regium intus et
foris deauratum in cuius summitate Statua D. Floriani eminet V. Collati
[illegible] Maioris donaverunt. Praeterea Altare in Ecclesia S. Floriani de bo
nis eiusdem erexerunt et dotarunt. Ad quod tandem Anno Dni 1534
die 14 Maij, quae fuit Solennitas Ascensionis Dni honorata prius V. Collatione
opiparo prandio Ius Patronatus eidem V. Collati liberalissime contulerunt.
Vna cum literis Erectionis et Consensus S. R. Mtis super censu noviter empto
in villis Vioska et Brzeznica Nobilis et Generosi Dni Jacobi Palczewskj
ibidem oblatis et praesentatis. Cuius altaris Census viginti floreni inter
reliquos proventus mensae nostrae in suis libris descripti videantur. Item
duo Cochlearia magna. Sed et Epithaphium super eiusdem Se
pulchro posuerunt. Quod sic habet Epitaphium

Eximij viri
M. Bernardi de Biskupie
S. Tae D. in Ecclesia S. Floriani Decani
Hic tumulatus quiescit in pace.

+

Hac recubat dura contectus mole sepulchri
Bernardus Sophiae cultor, et ingenij
Qui Cracae quondam natus sub moenibus altis
Hac tandem senis duxit in urbe dies
Nam primum juvenis didicit vigilante labore
Quidquid Aristoteles Plato ve doctus habet
Postea divino Sacrorum captus amore.
Doctorum, meriti candida signa tulit.
Hic vigili cura spectabat cuncta profecto,
Quod rerum ratio monstrat, et acta probant.
Namque huius sumptu paries decoratus in urbem
Praesentis templi perstat et ara sacra.
Atque alarota suo consistunt munere structa
Eius amor siquidem, condere templa fuit.
Tandem mortali sejunctus, quod manet in omnes
Corpore conscendit, sydera pulchra poli.
Hoc siquidem precium, justo stat crede labori
Ut liber huius sydera celsa petat
Anno Dni M. D. XXXV.

M. Bernardus Wapowskj J.V.D. Cub. Aplicus Cantor C. et Regius Secretarius

Sanguine et Sapientiae laude illustris inter primores in hoc Parnasso potest occupare locum. Quam enim clara sit in Russiis partibus Vapoviorum familia nemo ambigit, cum etiam nunc numerare liceat ex ipsa Senatorij Ordinis Viros. quam vero multum ipse gloriae sibi comparaverit testes sunt eius Exotici et domestici tituli. Datus is erat penes Academiam, in disciplinam excellentis ingenii Viri M. Alberti de Brudzevo ex cuius schola non tantum mathematicis disciplinis cum Nicolao Copernico et alijs condiscipulis imbutus, sed etiam eloquentiae ligatae et solutae facundia insignis evasit. Mox ad Ius Sacrum et profanum accessit et in utroque lauream accepit, professusque aliquamdiu eam facultatem Sacerdotio se consecravit. Rex Poloniae Praelatorum in summo choris Crac. et Secretarij sui nomine condecoravit. Romam veniens à Supremo Rei Christianae Parente propter morum sereintatem humanitate conditam, singularem in consilijs capiendis prudentiam, constantiam incredibilem, et mentem illam Civilis juris et Pontificij nec non rerum humanarum divinarumque notitia excultam in Cubicularium suum libenter accepit. Jam enim Annales Poloniae ab ipso luculentissime conscripti, quos, Chronicon Joannis Tarnovij Castellani Crac. et exercituum Gnalis Ducis continuare aggressus perstiterat, non solum nostrae gentis hominibus, sed etiam cultissimis Ausoniae ingenijs multum probabantur. Multo maiora grandis animus in lucem promere meditabatur qui in morbo gravi oppressus prius vivere desijt quam ultra vulgarem literatorum conditionem clarissimam mentem voluminibus explicare potuisset. Mortuus est XI calendas Xbris 1535.

Corpus in Cathedrali Crac. terrę mandatum superaddito elogio

Bernardo Wapowskj. I.V.D. Cantori Crac. Cubiculario Apl̃ico et Regio Secretario. Viro Erudito, Carmine et Prosa excellenti, Patruus posuit. Scripsit Hystoriam Polonor. ex qua quantum ingenio valuerit, posteris judicandum reliquit. Obijt 21 Nov. 1535.

Gentis Sarmaticę clarissima fama Vapovi
Vexit et dicam Buccina magna cecinit.
Quam florent viris expressa Coloribus a te
Laus Patriae, atq. Tuę Nobilitatis honos.

+

M. Camillus Samborien. in Ordine S. Dnici
Sae Theologiae Mgr

Meretur Camillus in Capite Fastorum huiusce Literariae aliis praeponi pro-
pter testimonium eorum qui ipsum de proximo inspexerunt, potissimum
vero Sui Sacri Ordinis Patrum, et Academiae huius Professorum,
quorum ex illis Abrahamus Bzovius omni exceptione maior, alter est
~~alter~~ ex Academia M. Martinus Starkienius S.T. Licentiatus Vir inno-
centissimus et eruditissimus. Verba amborum inferius admetiemur.
Primas literas Camillus in Patria à Praeceptore Academico Venabili Jo:
sepho Twardowski Artium et Philosophiae Baccalaureo, Scholae Samboriensis
directore accepit, Cracoviam delatus, decurso in Academia Aristo:
telici Textus Stadio, et accenso lampadis suo ~~ex~~ profanae Sa:
pientiae quantum opus erat Lychno, ad D. Dnici Praescripta
vitam suam formare instituit, Receptus in Sam Religionem et in ea
professus, ad exteros peregrinari autoritate Superiorum jussus est.
Ex qua sua peregrinatione, ut quondam Plato ex Aegypto ab Chal:
daeis; ita Ille à Cultissimis Italiae et Germaniae Universitatibus, florem
Sapientiae in Patriam reportavit. Abrahamus Bzovius in Propagine
D. Hyacinthi in Cathalogo et recensione Virorum doctrina et elo:
quentia ex Provincia Poloniae illustrium tale elogium ipsi adscribit.
Post Michaelem Moscicen. quem Zenonem et Chrysippum ob acumen
in disserendo et suavitatem in dicendo, saeculum nostrum potuit appel-
lare, qui decessit Posnaniae Prioris Officio fungens, Hunc proxime
ut Officij autoritate ita doctrinae Subtilitate, secutus est Phoenix Do:
ctorum Pr Fr Camillus Samboriensis S. Te Mgr è Conventu Cracovien.
ad miraculum Italiae et Poloniae Academiarum doctus et acer.
Heu infida et invida mors, praeripuisti Philosophis Aristotelem, alterum
Mathesi Albumasarem, Poëtis Graecis et Latinis, Virgilium et Homerum,
Theologis novum Caietanum, Religioni et Provinciae decus, Mystre,
Conventui Posnaniensi, Pastorem optimum, nobis suavem condiscipulum,
junioribus Praeceptorem methodicum, Cracoviensi Monasterio et Studio
delicium. Poloniae Universae prodigium.
Jam vero Martinus Starkienius in suis M.S. haec adnotavit. Anno
Dni 1596 R. P. olim nr Mgr. Cenobij SSmae Trinitatis Theologus
nomine Camillus Samborien. nullis Thesibus ut moris est impressis, sed
Universam Theologiam D. Thomae ad disputandum proposuit. Feria se:
cunda et sequentibus diebus Pentecostes. Sustinebat ingeniosissime disputan:
tes extraneos Viros, quicunque in Urbe interim erant, doctissimos, Trigesimum
excedens annum. Moritur Posnaniae, X kalen. Novembris 1605. Reliquit
Commentarios in D. Thomam et Arist. doctissimos, ut testatur Bzovius
C. 12. de rebus gestis, in Polonia Ordinis Praedicatorum.

M. Caspar Lubarthus.

Anno partus Virginei 1595 Aprilis 28 Hora 20. Rectore Joanne
Mußenio Curelouiensi Praeposito S. Floriani Mgr Lubarthus Cathibor
nij DD. Iureconsultorum Vicesenior, vocatus ad Rectorem à quodam Stu-
dioso Przeredzierski cognomine, quem ille ob flagitia exclu serat,
in via prope Scholam ab eodem nefarie adacta acinace per in cor
et caput interfectus est. Mortuus est extempli Magister, Scholaris
fugere non potuit, diris et conscientia ab eo poenas exigente. Igitur
in fornace repertus est tribus horis post parricidiatum hanc eodem,
Consultatum est in Universitate quid illo heri deberet. Volebant juri
ores ut capitis poena afficeretur à Senatu. Senioribus non videbatur id
Universitatis esse, sed Magistratus ipsius. Medicis tandem comissa
est diligentia causae. Cum autem in eo esset res, ut de adolescente per-
dito extremum supplicium sumi debere decernendum esset. M. Ba-
silius Golinius ut popularis erat et videretur in atrocissimo fa-
cinore patrocinium adolescenti praestitit. Regi Sygismundo III à se,
tanquam ab Academia Scriptum obtulit, quo victor abysset, nisi
rem caeteris Capitaneus Cracouiensis qui Palatinus Lublinensis tunc
erat Nicolaus Zebrzydowski ostendisset. Golinensi principio cessit
tum impune cum negaret suum esse ut chirographo conuictus emen-
dasse se tandemque sua manu characteres eleganti ores fecisse fateri
coactus gratiis Rectoris se permisit. Is eum poena pecuniaria tan-
tummodo multauit, et absoluit. Scriptum autem huiusmodi fuit

Vox Academiae Sum
Te Appello ô Rex

Qui ut et me ex alio nomine, et causam meam ex ijs quae proxima
rei intimaque sunt et rerum summum è summa cognoscas.
Ego sum illa TECVITIS ex memoria Sacrae vetustatis, ancilla Tua
vidua: quae in hac urbe Tua TECVA duos habebam filios Ma-
gistrum alterum, Studiosum alterum: tertium praeterea nominem.
Sed in duobus omnes et omnia. Ab ijs ego pignoribus omnem ju-
cunditatem quae in vita percipi potuit capiebam. Hi mihi non
pignora sed oculi duo, nec oculi sed cor animaque fuerunt. Sed
ecce urbe egressi, in agro dum sunt soli, ubi qui contentionem
inter hos ortam prohiberet nemo fuisset: alteri alterum vulnus
altius quam voluit imposuit, atque id mors consequuta est. Alter
nihil timuit, alter se sanguine obstrinxit, si modo quid ab utroque con-
missum, ac non potius à perturbato quodam tum Studioso meo profectum
videri possit. Quare qui Studioso periculum judicij tui intendunt,
qui possunt ad poenam capitis, ne audiantur ô Rex. Nam
oculum quem reliquum unum habeo, mihi eruit; nec oculum sed
animam eripi possunt. Pientissima sum, quae meum libertius

fuderim sanguinem. Vidua sum, quam quis nescit, si ob casum magistri al-
tero filio priuata sum. Ob eadem studiosi uxori filio in perpetuum orbatam
fore! Si eueniat quod omen Dij auferat, et feriatur is in quo uno spes
Spes nostrae reliqua salutis est; orbitatem et desiderium non feram. Si su-
perviuat, quod oro et spero, superierunt in uno duo, nec mihi Mgr
praesente Studioso unquam defuerit. Et quia magnis in rebus difficilius
est conseruare quam quaerere; Tua quidem laus conseruatoris Academiae
maior quam inceptoris semper fuerit. A me autem TECUM [illegible] quam
a summo orbitatis timore ad spes optatas laetitiamque traduceres; omne
officium fidelissimae ancillae Tuae, tum in Te tum in [illegible] expecta.
Studiosus tamen interiectis diebus aliquot, eductusque e carcere capitis
poena damnatus est; quem cum vellet carnifex ferire in collum, currens
do superiora cranei vulnerauit, ac ictum geminare non ausus, effugit,
illo ad tridui tormentum post quod expirauit miserabilis, relicto.
Sepultus est Mgr Lubartus perhonorifice sepultum, et pro concione
ab adolescente Venicio Leopoliensi et scripto Simonis Birowij
laudatus est. Funeri Sawilgi postmodum pauci, ijque inimici quieti
ac bonis moribus interfuere.

M. Caspar Glinskinus.

Vnus saltus non alit duos erithacos inquit Zenodotus; parva licet sit avicula,
solitaria tamen, et nemorε in vno alteram non patitur. Par malum nempe est Polyarchia
et Anarchia in vna domo, vico, civitate, sive populus curat Rectore, sive duobus
fariat obsequium. Nititamus Amphionem et Zethum fratres, apud Platonem Euripi:
dem et Pacuvium, Sacrae Scripturae, omni humano testimonio maior autoritas, du:
orum fratrum Lothi et Abrahe Servorum commemorat jurgia, Facta est
inquit rixa inter pastores Abraham et Loth, et coacti sunt vicinia relicta
ab invicem procul separari.
Dicere vix possis, quam multi talia plorent.
Hoc ipsum diu in vnico pago passa est Alma et vetusta Studiorum Mater Academia.
M. Joannes Isnerus S. T. D. et Pro: Ere non modico post translatam Casimiria
in vrbem Cracoviensem Vniver: emerat villae Trudnowice partem, cum Praedio.
eandemq Successoribus Professoribus suae fundationis, cum obligatione ad p. sle:
gendum in Theologia vel Phia: itemq ad sacra in summo Cracoviensi ad a
ram D. Bartholomaei facienda. Collegio Maiori Artistarum jure aeterno
consignavit. Partem alterius villae Felicis sine praedio, haeres Dnus
Joannes Sassinnicz aemulatus zelo pietatis Charismata meliora, ad idem
altare Secundi ministery et Presbyterum super parte villae et eius proventi
bus erigit, et instituit, jusq Patronatus pro voto Collegio Artistarum
attribuit. At non omnino prosperum evenit, quod in votis nostrorum
erat. Asinus Thaletis ut est apud Plutarchum, sal ferens casu in
aquam lapsus, liquefacto sale, onere levatus est: idem spongias ferens
et simile levamen sperans, sponte lapsus, et spongys aqua repletis, levare
se non valens, suffocatus est. Non aliter homines vota sua pro commo:
dis, fallente saepius eventu, permutare consueverunt. Bonum Altare secunda
ministery: sed aliquid mali propter vicinum malum. Post decessum ex
vita hac mortali Joannis Isneri ex Collatione legitima Collegy Artistarum
Ds Creisrewitz ad altare vtrumq et totam haereditatem villae, successit
S. T. B sed nonnisi ad altare primi mi
luar pone M. K. de Pyrkowice
nistery et partem villae cum praedio successit. cui cum Nicolao Cav:
diatek de Stawkow ratione fructus censuum de medietate villae Tra:
dnowice longae lites et controversiae fuere, donec eas Raphael de Sra:
vina, Canonicus et Officialis Crac. Anno Xi 1441 sopiret. Exorsit
deinde dissensio praedicti pagi propter duos Dominos administratio
vtriusq Collegy Maioris Artistarum inquietatio, postquam Maiores no
stri altare Secundi ministery Collegis Minoribus dimiserunt, ut in Libris
Conclusionum Domus maioris, Praepositi non sine magnis rationibus, pro Trudno:
wice Trudnowice villam quae tot ipsis molestias pareret, nuncuparant;
Honestissimi Anno Dni 1590 Praeposito Collegy Maioris M. Valentino
Fontano ad instantiam M. Adami Faleckj possessoris partis villae

Tradnowice sine praedio et ad querimonias rusticorum super possessore alte-
rius partis cum praedio M. Stanislao Jacobeio [Cervelino] M. Doctore et Mathematum Pro-
fessore data fuit convocatio Domi, cui interfuit etiam praedictus M. Adamus
Falęcki Collega minor, et Rustici villae. Expositis autem suas quasdam prae-
tensas injurias, quibus omnibus cum responsum esset per M. Stanislaum Cervel.
nium. V. Communitas diligenter omnibus trutinatis et expensis occurren-
tibus magnis periculis fundi ipsius villae, et ceteris difficultatibus, [illegible]
quae diu sedi magno suspicio fuit, conclusit ut dispositio bonorum
unum utriusque partis villae, et defensa fundi esset penes possessorem partis
villae quae est cum praedio, prout ex antiquo fuit, et rustici praeter antiqua one-
ra unam diem laborent pro praedio, ~~prout ex antiquo fuit~~ in septimana [illegible]
tempore defensionis, et praecurorum, quorum laborum respectu, ubi ad effectum per-
venerint. V. Communitas deliberabit de auctione stipendii alterius Collegae.
Quod quidem utrique possessores pro rato et grato susceperunt, et hoc decre-
tum V. Communitatis
praesentibus colonis per expositum est denunciatum nomine V. Communitatis.
Porro Magr. Cylindrius Collega minor successor in Collegiatura M. Adae Falęcki
et possessor partis villae sine praedio quietis amore et cessante omni odio
ac rei in eo augendae studio, cum literis magis quam opibus inhiaret, ut
eo (quae laus et commendatio viri maxima est) studium suum poneret, ut
pro sui officio viris purioris et doctrinae perfectionis exemplo juventu-
tem instrueret, et sic educatam Patriae offerret, postulante id M. Stani-
slao Jacobejo Cervelinio Collega maiore Primi ministerii Altaris S. Bartholo-
[mei] Altarista et possessore partem villae sine praedio ad Secundum ministerium
altaris pertinentem. Consentiente Collegio Maiore in Judicio Illmi et Rmi
Cardinalis Bernardi Maciejowski eidem florenis Polonicalibus octingen-
tis vendidit. Quam venditionem Eppus Loci Ordinarius eo quod sine [illegible]
et damno Ecclesiae facta fuisset approbavit et confirmavit: ita tamen [ut]
pro summa Octingentorum fl. quos D. Casparus Cylindrius pro sorte eadem [rece-]
pit censum aliquem reemptionalem, in bonis aliquibus certis mundis et
liberis pro eodem ministerio suo eiusque possessoribus emat, literasque appro-
bationis desuper opportunas in forma solita extradendas decrevit. Cuius
quidem Constitutionis Venditionis atque Ordinationis, etiam in Actis Univer-
[si]tatis tenor extat talis.
Prospectis Doctores Magistri totaque Communitas Maioris Collegii per [sta-]
tum ad pulsum campanae pro consuetudine congregati, nec non M. Stani-
slaus Jacobeius Cervelinius Collega Maioris Collegii et M. Casparus Cylin-
drinus Collega Minor, illi quidem tanquam Patroni et Collatores, isti vero
tanquam possessores et Altaristae, Altaris S. Bartholomei in Eccl. Colleg. Alt[aris]
quidem Primi, alter Secundi ministerii fundi villae Tradnowice. P[ri-]
mi quidem ministerii cum praedio, Secundi vero sine praedio.
Animadvertentes magnam iniquitatem temporum, et caritatem rerum, et exi[li-]
tatem proventuum ad praedicta ministeria provenientium, quia centum a[ut]
octuaginta annis augeri non poterant, idque propter pluralitatem Dom[ino-]
rum, et frequentes mutationes Possessorum, et multas difficultates, [illegible]

quae circa bona illa eveniunt. Matura itaque deliberatione in communi de augmento
proventuum utriusque ministerii adhibita, accedente ad hoc singulari affectu, et liberali-
tate praedicti Stanislai Curelowicz primi ministerij praedicti Altaris, et partis villae
Trzebunowice cum praedio possessoris, de consensu V. Coetus et Altaristae M.
Casparus Cylindrius partem villae sine praedio, octo subditos colonos: Martinum Ma:
suret, Albertum Zak. Cyerny. Oczko. Joannem Kovak Tabernatorem
Stanislaum Rzyczyna Nicolaum Chłowski vendiderunt M. Stanislao Jaco:
bejo Curelowicz pro Octingentis fl. monetae et numeri Polonicalis, per
30 grossos computando cum omni jure et Dominio, agris hortis, omnibusque
emolumentis, nil juris pro successoribus suis altaristis secundi ministerij
relinquendo; sed totum jus cum omnibus proventibus in M. Stanislaum Jaco
beium Curelowicz ad vitam, et successores suos altaristas primi ministerij
transferendo. Quam quidem villae partem ille emit propria pecunia in
perpetuum, pro se quidem ad vitam, post mortem vero vel decessum pro
successoribus suis Maioribus Collegii Altaris S. Bartholomej primi ministerij
Canonice per locationem electis, ut sic unusquisque eorum praedictae villae
possit pacificum et commoda eiusdem villae pro se et altaristis successoribus
suis augere prout melius poterit, regere tueri defendere sine aliquo alterius et Com:
munitatis impedimento. Mala siquidem est pluralitas Principum.
Ad quam quidem venditionem libere imo libenter possessor huius partis villae quae
vendita M. Casparus Cylindrius prius consensit. Communitas vero praedicta cum
Casparo Cylindrino, pro dote secundi ministerij, in locum sedecim marcarum, non aeri:
plius enim a Centum et Octuaginta annis ex parte villae Trzebunowice sine praedio
percipiebat, emere in aliquibus certis bonis Censum reemptionalem 800 fl. (a M.
Stanislao Jacobejo Curelowicz in effectu numeratis) quadraginta vel quadraginta
octo florenos, ut altarista 2di ministerij qui sedecim marcas integro anno capie-
bat, habeat singulis quadrantalibus anni, suum certum stipendium, pro quo onera
omnia et singula, in priori erectione Altaris sui secundi ministerij expressa
eo avidius explere teneatur. Quam quidem priorem erectionem, in omnibus punctis
salvam et integram esse voluerunt. Ut cuius altarista Primi ministerij pro tempore
existens nec emptione M. Stanislaj Curelowicz octo coloni praedicti agris
augebitur et laboribus; sed etiam Curia nova ex fundamento aedificata, cuius aedificij
existimatur interim ad Quingentos florenos certus numerus petorum emptus, semper auge:
bitur, duo piscinae altera maior altera minor, non parvo sumptu exductae, et piscibus repletae
quae omnia successori in magnum commodum cedent, et proventus praedictj triplo augebuntur
Voluit et decrevit V. Coetus et M. Stanislaus Jacobeius Curelowicz emptor et rei
nus fundator et successores primi ministerij Altaris S. Bartholomej in arce Crac:
Sub Organis obligant. Dignum est enim ut qui sentiunt commoda, ferant et one:
ra, singulis annis pro Festo S. Martini solvere tenebitur et erit adstrictus
in manus quidem dum vivit M. Stanislaj Curelowicz, post mortem vero ipsius
in manus Praepositi Collegij Maioris florenos 40 Census perpetui per eundem prae
positum prout per M. Stanislaum Curelowicium fundatorem in alia Ordinatione
speciali constitutum fuerit, in pios usus distribuendos. Idque sub amissione
et privatione eiusmodi accessionis colonorum et commodorum, vel depositione
huius summae praedictae Octingentorum florenorum haeredibus una cum consanguineis
praedicti M. Stanislaj Curelowicz, ut eam summam
quicunque fuerint in vivis

pro pys operibus censu reemptionali emptis converterunt. et ita satisfiat pro
posito pio de quo datur eis libera iure agendi potestas. Quod quidem Capitulum
V. Collis. tanquam Rationi firmum et ratum esse voluerunt et sententiam suam appro
baverunt et firmiter observari decreverunt. Actum in Collegio Maiori in Studio
V. Collegiis ultima die Iuny quae fuit Feria IV postridie Petri et Pauli 1599.
V. M. Ioannis Nyslenitani Dispositum.
Mortuus in Professione Hadrianiana Iacobeius, successorem accepit M. Martinum
Plocecko. qui eandem post duos annos, assecutus Canonicatum S. Floriani ultro
resignavit de qua sibi conferenda pro more duo personam instituerunt
Pr Mathias Blosig Brusinski M. Matthias Blosig Brusinsky et Mgr Adamus Opalinius ille gradu et Promo
tione ad Collegium Senior iste vero inferior. Quanquam autem plura vota
Blosio fuerunt tamen in iudicio Petri Tylicki Adamo de Hadrianiensi bene
filio et altori provisum est. Eo quod Adamus continuo haberet labo
res. Blosius intercalares. Itaque A°. 1615 per Simonem Italicum de
mus Dispositum in possessionem villae est inductus, nec ultra postea assi
sus ad Florianum beneficium amplius affectavit. Post mortem vero Do
minici Sigonij C.C. non tam sua quam Almae Universitatis voluntate Canonica
tum Ecclesiae Cathedralis suscepit, et ideo Hadrianiensem Professionem dimisit
Autor autem et suasor V. Collegii fuit ut facta Provisione Altaristae de
Centum florenis et professori de duobus Centenarijs reliquum redituum
villae pro mensa communi augenda converteretur, quod et factum est
ut hic authentice leges ab Ego Iacobo Zawicio.
Recteno an secus in medio relinquo. Post vitae ex affectu iudicet
Mihi religio esset. Sanctae Sedis Aplicae super eo placitum non requirere
maiorem communis reditus quam Altaris et Professoris rationem habere.

In Nomine Domini Amen. Praesenti hoc publico Transumpti Instrumento universis ac singulis ubique pateat evidenter et sit notum. Quomodo Anno a Nativitate eiusdem Domini Nri Jesu Christi, Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Octavo. Indictione Romana undecima, Pontificatu Smi D.N.D. Alexandri Divina providentia Papae eius Nominis Septimi, feliciter moderni, Anno ipsius Quarto. Die vero Veneris vigesima quarta May. In mei Notarii publici, Testiumque infrascriptorum ad id specialiter vocatorum et rogatorum praesentia personaliter constitutus Excellmus D. Martinus Radzimirski Philiae Doctor eiusdemque Professor Trzebnovicen, tenens et habens suis in manibus, certas quasdam literas Incorporationis villae Trzebnowice ad Mensam Maioris Collegii Almae Universitatis Studii Cracovien in se continentes, sanas salvas illaesas et omni suspicione carentes, manu Illmi olim et Rdmi Jacobi Zadzik Episcopi Cracovien subscriptas et sigillo eiusdem communitas, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est eiusmodi. In Nomine Domini Amen. Jacobus Zadzik Dei et Aplicae Sedis gratia Episcopus Cracovien Dux Severiae. Ad perpetuam rei memoriam. Cogit temporum vicissitudo, et necessitatis ratio expostulat, antiquas Eniorum redituum fundationes, quae ad decentem et honestam sustentationem eorum, quorum intuitu elargitae sunt non sufficiunt, iusta aliqua ratione augere et amplificare. Proinde significamus praesentibus literis Nostris, quorum interest praesentibus et futuris harum notitiam habituris, lecturis, pariter et audituris. quomodo Excellentes et Rndi Dni, Bartholomaeus Przyborowski et Albertus Miemilowic in Alma Academia Cracovien Sac. Th. Professores, Eccliae Collegiatae S. Floriani Clepardiae ad Cracoviam Canci, suo et totius Domus Doctorum Magistrorum et Professorum Collegii Maioris nomine, uti ab eis specialiter deputati, ad Nostri praesentiam venientes, et facta fide de sua deputatione, per literas patentes Sigillo Collegii Maioris communitas, et manu propria M. Simonis Gotkowic Philiae Regii, et Hebraicae linguae Ordinarii Professoris, Collegii Maioris Praepositi subscriptas, primum publico eiusdem Domus nomine, quomodo propter ingravescentem annonae caritatem, de reditibus communis mensae suae, congrue ali et sustentari non possunt, ita quod propter tenuitatem provisionis suae, unde pro coena parent cibos non habeant, exposuerunt, deinde eadem sua expositione Nobis humiliter supplicarunt, quatenus ipsis in praemissis paterne succurrere, et redditus tituli S. Bartholomaei in Eccla Cath. Crac. dict, Domui suprascriptae Collegii Maioris, pro Altarista et Professore antiquitus incorporati; nunc post assecutionem Canonicatus in Eccla Cath. Crac. Rndi Adami Opatovii S. Th. Doct. et Professor illius ultimi et immediati possessoris vacan, (sua ratione Altaris et Professionis onerum impositorum obligatione remanente) pro eadem communi mensa praefatae Domus Collegii Maioris perpetuis temporibus applicare, adiungere et convertere, Domui praedictae adscribere, incorporare et inviscerare dignaremur. Nos vero Episcopus praememorata expositione et supplicatione Nobis factis, exauditis, et diligenter perpensis, tametsi antiquas fidelium fundationes tollere vel minuere minime velimus, quinimo omnes pias in Deum et Ecclam voluntates sartas et integras retinere cupiamus: cum tamen fide digna relatione eorundem exponentium, virorum fidei et existimationis integerrimae, de Alma Academia Cracoviensi bene meritorum, et eiusdem Academiae Domus Collegii Maioris nomine publico, ad Nos missorum, de tenuitate provisionis Mensae eorundem intellexissemus, et e contra Altaris suprascripti proventus (quos ex villa Trzebnowice eidem Domus Professori et Altaristae (ut praemittitur) antiquitus incorporata, idem Professor et Altarista percipit) his temporibus in tantum excrevisse et auctos fuisse, ut ex iis antiquae fundationi satisfieri, et tenuitati Mensae Professorum consuli et provideri possit cognovissemus: eo attento quod praefatae villae Trzebnowice cum omnibus fructibus, proventibus, et emolumentis eius Collegii

Maioris

+

Maiori, donatio ad usus beneplacitos Collegii eiusdem sit facta, ut constat ex verbis et tenore Privilegii et Inscriptionis coram Sermo olim Vladislao Jagellone de Anno Domini 1409. insinuatae et extraditae, haud difficulter rationibus eorundem Professor. perspectis, et petitionibus eorum annuen. esse censuimus, Uti quidem adhibito Vrorum Consiliariorum et Iurisperitorum consilio, et matura animi Nri intra Nos deliberatione praehabita, de eorundem Consiliariorum et Assessorum Nrorum consilio et assensu, et ex causis iustis et rationabilibus animum Nostrum moventibus, annuimus, et proventus Altaris expediti; ac ipsam Villam Trzetnowice cum omni ipsius Iure, dominio et proprietate, ita longe late et circumferentionaliter prout eam Adm. Rndus B. Opatovius Canonicus Cracovien. eiusdem Altaris ultimus et immediatus Altarista tenuit habuit sub conditionibus infrascriptis pro Mensa communi Dominis Collegii Maioris, perpetuo et in aevum convertimus, applicamus et adiungimus, Dominiique proprietati Collegii Maioris adscribimus incorporamus, invisceramus, conditiones autem sub quibus praemissa stare et in suo robore permanere debere volumus sunt istiusmodi. Primum, ut satisfiat antiquis obligationibus et oneribus dictae Villae annexis, scilicet quod Collegium Maius omni Vacatione occurrente teneatur eligere Altaristam et Professorem ad intentionem Fundatoris et fundationis, qui sint distincti Altarista et Professor, nisi simul et semel unus utrumque sustinere velit et valeat. Et Altarista quidem ratione onerum Altaris habebit unum Centenarium floren. Numeri et monetae Polon., Professor vero ratione Professionis florenos ducentos quotannis, vel trecentos, si unus utrumque sustineat. Secundo Quoniam his temporibus nimium quam creverunt pretia rerum, decernimus et statuimus quod idem Collegium Maius tanquam haeres et possessor dictorum bonorum Villae Trzetnowice, tam suae Domus Maioris quam etiam Minoris Praepositis, itemque Capitulis Ecclesiarum Collegiatarum S. Floriani et S. Annae Crac. decem marcas Numeri et pecuniae usualis Polon., iuxta antiquam obligationem Trzetnowicianam singulis annis solvere et numerare teneatur et sit adstrictum. Tertio Ratione fructuum et proventuum ex dicta Villa Trzetnowice a tempore Vacationis Altaris fundationis eiusmodi provenien., ad Nostram dispositionem devolutor., quos iisdem Professoribus Collegii Maioris praesentibus literis Nris damus et donamus, tenebitur dictum Collegium pro semel tantum et pro nunc duntaxat Centum florenos Polon. ad manus Altaristae dicti pro usibus, necessitatibus, et ornamentis Altaris realiter et in effectu dare et numerare, in quo conscientias Omnium et singulorum oneramus. Ad extremum, reliquum fructuum, proventuum, censuum, et emolumentorum quorumcunque dictae Villae Trzetnowice, extra summas supra recensitas, hoc idem Collegium, tanquam veri Domini et legitimi haeredes Villae antedictae sine ulla talium fructuum exceptione pro Mensa sua communi habebit, tollet et percipiet, ad praemissa omnia et singula praesenti Nro mediante Decreto. Super quae omnia et singula praemissa robur authoritatis Nrae Ordinariae et perpetuae firmitatis, pariter et Decretum desuper apponimus, literasque Ordinationis, applicationis, donationis, et incorporationis Nrae in forma solita decernimus et extradimus. In cuius rei fidem praesentes manu propria subscriptas sigillo Nro muniri iussimus. Actum et Datum Radlowiae Die Lunae 14. Mensis Martii. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Nono. Praesentibus Adm Rndis, Alexandro de Bnin Bnieski Archidiacono Zawichosten., Scholastico Sandomirien. S.R.M. Secrio. Bartholomaeo Janiszewic I.V. Doctoribus, Canonicis Cracovien. Ecclesiarum Collegiatarum S. Annae Cracoviae, et Parochialis Xiążnicen. Praepositis, Curiae Causarum gnalis Auditore. Paulo Stanislao Smolicki Sac. Theol. Doctore Dzierżaznen. Laurentio Francisco Spinek Canco Scarbimirien. Zborowecen. Parocho, Actorum Curiae Nrae Notario, et Generosis, Stanislao Rawicki Curiae Nrae Marschalco, Olbracht Mikolaiowski, Adamo Zdziemborski,

Alberto

Alberto Miroszowski, Zawisio Busynski, Matthia Lipski, et alijs Curiæ Nostræ Aulicis et domesticis. Jacobus Zadzik Epis Cracoviensis Locus + Sigilli. Super quibus omnibus et singulis præmissis et præinsertis Excell. D. Radominski petijt a me publico infrascripto Notario præsens publicum confici et extradi sibi instrumentum. Acta sunt hæc Cracoviæ, Indictione, Pontificatu, Anno mense et die quibus supra. Præsentibus, Excellen. D. Gregorio Scalbowicz A.A. Mgro et Dñico Doct. et Nli Stanislao Swierowic Studioso Almæ Academiæ Cracovien. testibus ad præmissa omnia et singula vocatis rogatis et adhibitis.



Et quia Ego M. Hyacinthus Tomaszewic Phiæ D. et Professor Publicus S. Aplica authe Notarius Dioc. Crac. præinsertas Incorporationis Villæ Trzytnowice ad Mensam Communis Collegij Almæ Universitatis Studij Crac. Lras Originales et authenticas mihi præsentatas Vidi legi ideo easd. transumpsi exemplificavi et super præmissis pns Publicum Instrum per me confectum manu licet aliena mihi tamen bene fida conscriptum subscripsi nomeq cognoe et signo meis solitis quibus in talibq utor communivi in fidem et testimonium omnium præmissor. rogatq et requisitus.

M Casparus Gelasinus C.M.

M. Christophorus Sapelius n. d. C. C.

+

M. Daniel Sigonius S.T.D. CC.

Qui nomina de fonte lustrico, aut à parentibus accepta, non solo titulo tenent
sed etiam reipsa referunt, eorum de numero erit Daniel Sigonius S.T.D. CC.
Cognominis enim sui Sigonij historici et oratoris antiquitatum memoriâ et linguæ
facundiâ æmulus, licet monumenta ingenij sui nulla typis mandauerit ea
tamen quâ maximè pollebat Capituli S. Floriani præsentium de Curatore et
eiusdem presbyterij arbitratus est. fidelissimè connotata successoribus re-
liquit. Scribendorum autem librorum munere alijs dimisso ipse conuersa-
tionem ingressus ex quo intelligere cœpit aliquod, Diuini Vatis Davidis
vitam et gesta relegens ad eius exemplum mores suos componendi sibi
ipsemet imposuit necessitatem ne aliquando audiret aut mores aut vitæ mutat.
Celonis oppido Regali liberis et honestis parentibus natus et verè liber
esset totum se bonis disciplinis mancipauit. Ad Cathedram promotus
non vanorum somniorum sed arcanorum Platonis et Pythagoræ in Philoso-
phia: in Theologia verò Diuinæ Sapientiæ interpres fuit. Trina po-
tissimum quæ alijs summoperè commendabat) Deum precabatur 1 Ut sibi
assistricem sedium suarum Sapientiam concederet. 2 Ut in agendis
præuenientem concomitantem ac subsequentem et in omnibus manuducentem gratiâ suâ ad dimicandum præcipitaret. 3 Tandem ut bona et sancta proposita, [illegible]
bilitium efficienter perduceret. Sciebat enim statuam illam Nabu-
chodonosori Regi Babiloniorum per quietem obiectam ipsissimum
esse vitæ et humanarum actionum archetypum. Cuius caput esset
aureum purissimæ ac solidissimæ feruentissimæque intentionis: bra-
chia et pectus argentea, Intentione videlicet operum ipsa languidio-
ra: pedes fictiles ad calcem operis minima offensiuncula et scru-
pulo, vulneraui [illegible] contentionis confundi omnia, ac tamen in totum cineres et fa-
uillam abire. Quam multi Spiritu inchoauerunt, Carne consumma-
vunt? Sapientissimus Salomon ab infantia dilexit Deum ambu-
lans in præceptis Patris sui David Rex constitutus curvus ad bella
indictiones magnas pro ad augendo thesauro populo Israelitico imposuit
In fine totum corrupit, et auxit malum quando cum mulieribus idola
Sidoniorum adorauit. Secreta in sacra et ecclesiastica huiusmodi
legimus exempla. Ex profana historia unicum Neronem commemoro
Hic a principio sui dominatus Romæ plane totus aureus fuit. Patris
Patriæ nomen sibi adscribi non sinit nec ex arbitrio sed ex Augusti
præscripto imperaturum se spopondit magnificentiæ, humanitatis, beni-
gnitatis nullam sibi occasionem elabi passus est. Vectigalia omnia tribu-
ta aboleuit, alia minuit. Quibus qui cum dignitate ob egestatem ma-
gistratum gerere non poterant liberalissimè succurrit. Cum de supplicio
cuiusdam damnati ut ex more subscriberet moneretur. Quam vellem inquit
nescire litteras! O aurea Imperatoris principia, quæ in ferrum et sine
nomine infanda scelera exierunt. Obscuratum est aurum mutatus est co-
lor eius. Ibat ergo noster sensim de virtute in virtutem, proficiebat nec
relabebatur retrorsum, non progredi, putabat esse regredi, Tendebat ad
finem nec a cursu illo aut malis aureis retardabatur aut ut Idolis vanis
rotus est ob ambitionem et fastum, nocte dieque Deum orabat sup-
plices tendebat ad cælum manus ut finem scopo vitæ suæ similem
obtineret

abstinentia subtrahebat fomitem libidini. Castimonia domabat carnem ne efflo-
rescentis aetatis incendio combureretur in oculis praeceptorum tanquam in con-
spectu angelorum castissime versabatur. unde illi in vita longaeva vegeta
Senectus contigit. Modesta enim juventus et inquit Cicero honestam et mini-
me molestam reddit hominibus Senectutem. Elationem animi quam Daniel
in rege suo reprehenderat, Vitulum aureum vanam esse dicebat. Idem
ipse modestissime de seipso sentiens, nemine se non superiorem profi-
tebatur in virtutibus et scientiis reputabat. Ubi tamen periculum legum vertebatur
tur non dubitavit legum veterum patrocinium suscipere contra se etiam maiores, imita-
tor in passu veteri Susannae innocenti se opitulaturum, si testimonium fidele
Statutis Universitatis reddidisset. Itaque cum M. Martinus Vadovius longo
Romae in Doctorem S.T.ae creatus facultatem pro loco inter Doctores nostros
respondendi ab Universitate impetrasset restitit eidem in faciem Sigoni
adducta in judicium. Decade rationum cur praejudiciosa sibi et multis in Acade-
mia huiusmodi Responsio admitti non deberet. Achilles erat instabilis
Academiae. Ideo enim Summi Pontifices Jura Universitati Professoribus
concesserunt, ut dignis et promeritis testimonium doctrinae Candidatis da-
rent ne emptitios titulos ad alienas terras Poloni amplius excurrerent.
Ordinatione quoque Universitatis sub annum 1543 in Rectoratu Dni
annis a Piotrowice cautum est ne quisquam DD. Professorum alibi quam
Ornamenta Doctoratus in quacunque facultate assumat. Cuius transgressor
alias magno et excellenti ingenio viri Josephus Wrzedowius qui Can-
tantino Herbuito in Concilio Tridentino fuerat et Romae aureolam Doctoris
Theologiae assumpserat, nonnisi ad intercessionem Stephani Regis
Poloniae. Mgr vero Wierzbowius similiter ad promotoriales Annae Jagiel-
loniae litteras. Itemque Coronius, ad Respondendum sunt admissi. Ac-
cedit quod non aliter nec alias quis ad respondendum per Statuta
admitti debeat nisi in Ordine et loco suae promotionis et vocationis ne praeju-
dicium fiat Senio et natu maioribus in Academia quorum primo-
itinerum per favores intercessitivos everti et invecti contingeret.
Haec libertas dicendi et agendi odium illi apud multos peperit prae-
sertim vero apud Responsurum qui appetens laudis et beneficiorum admissus
per Rationem in Doctores memor accepte iniuriae (si propugnatio legis
iniuria dici potest) Sigonium ne ad S.T. Doctoratum promoveretur impe-
divisset nisi Deus humilem Danielem ab infimis ad supremos inter
principes ne cogitantem quidem evehere decrevisset. Patronumque qui
Causam illius ageret inspirasset. Jacobus namque Zaymanowicius D. J. U.
Rector V. Ao 1628 Convocatione publica Professorum facta periculo prose-
cutissima quae ea vastitate Theologica ô multis potessimum in id intenta
ut per hanc fenestram adhuc illis ad Academiam pateat. asseruit
Rum D. Vadovium Unicum Doctorem esse nec inclinari velle ad alios
promovendos tot annis et Conclusionibus fatigatum. Magni vero probri
esse Domum Maiorem et Theologicam Facultatem suum Doctorem non
habere nisi extraneo salutum. Consilium suum esse ut Alma Uni-
versitas ineat modos quibus et Doctores sufficientes numero habere
possit et discordiarum radices ex fibris funditus evellantur.
Post longam et seriam deliberationem non obstante absentia Decani
Theologicae Facultatis Conclusum est ut Rdi Martinus Gelowski et Adam

Adamus Spatouij respondeant, ubi uterq Responderit non poterunt lo:
cu Doctorum Universitate occupare, nec pro ijs recipi nec se nominare
nisi prius R. Sigonius Senior, Doctor Creatus fuerit. Tum demum
enim Primum locum Sigonius tum subsequentes capient. Ita Ddus humiles
exaltavit ambitiosos simul depressit. Doctor Creatus vir Sclerani ii Ma:
D. Andr.ae in Canonicum. Crimniensem ac Rectorem Lichenensem electus ni
hilo fuit elatior idem illi animus eadem in incessu vestitu moderatio
qui fuit in privato quamtad extremum spiritum usq retinuit. Scepta
eius fato quodam confecta A.o 1637 parum parata et minus felicia fue:
runt. altera tumultus in Studiosos et Judaeos excitati crudelis lanige
nas et occasione levissima causa fuerat. Studiosi enim ex Sacra
peregrinatione Calvariis redeuntes et sitim potu generosiore restinguere
rent in vicum Judaeorum descenderunt cum autem ijs ad integram so
lutionem aliquot denarij deessent, querela Judaei primum eosdem obiur
gare ac postmodum tumultuose convocatis vicinis quod sibi satisfactione decerat in
tormenta pugnis verberibus ac vulneribus in corpore exigere coepit.
Misera juventus videns se in periculum inopinatum venisse portam cui
vicis eorum oculis et pedibus spectavit in qua extra metum constituta
tuta affecta dederunt, audacior loco facta Sanguine et tabo de vulne
ribus sui stantes redeuntes ex urbe Judaeos vexabat feriebat vulne:
rabat. Recurrunt illi Judaei in urbem et apud Stanislaum Lubomirski Russiae
Palatinum supplices contra Studentes orant, implorant. Unum et alte:
rum peditem sui tormentarium ille pro salvo conductu Hebraeis et capi
endis eorum invasoribus Casimirium ablegat. Studiosi interim vul
nerandis eorum invasoribus curabant, et obligabant sua
nerati, in domo Chirurgi cuiusdam curabant, et obligabant sua
vulnera, qui quod bene clausa esset, eam Satellitum Lubomirskij
invadit vi fores effringit Studiosos latitantes foras extrahit et
ad Dnum adducit cognita causa quae ad se minime pertinebat
Unum Studiosorum in gratiam Recutitae gentis pro foribus domus
suae in foro Cisiano fustigari mandat, alios omnes verbis
increpitos dimittit. Hac liberalis suae conditionis dehonestatione
et Jurisdictionis Rectoralis violatione Studiosi offensi, tumultum per
urbem et omnes illius plateas excitant, qui ad vesperam feriae
Sextae illius diei (29 Maij erat) cum maximo Judaeorum detrimento
nec minori trepidatione, passim enim per lapideas cinive delapsi
conspectum hominum fugiebant, perduravit. In crastino Sabbathi
summo mane officium Castrense peditatum cracoviensem propter defen
sionem Judaeorum et ad comprimendum tumultum per Civitatem di
misit qui per forum et plateas Judaeos colligentes ab invasoribus
defendebant, tuebantur, et castrum versus ductitabant modum au
tem inculpatae defensionis in gratiam Judaeorum à quibus forte subor
dinati erant, excedentes duos Scholares innocentissimos selo
petis exonerata traiecerunt, et occiderunt. Tum vero sanguis
ille innocens qui ad restinguendum effusus erat maximum
post memoriam hominum Cracoviae excitavit incendium
Judaei rebantur .i. in secretissimis domium recessibus pretio recondi

apellis

extrahebantur in lucem raptabantur per fora vulnerabantur ex viden[illegible]
innocenti sanguini mandabantur. In tanto furore res publica Paci[illegible]
Custoditus parum est. Illmus enim Palatinus Russiae qui Causam et tutela[illegible]
Judaeorum susceperat, ne se rei ad se non pertinenti immisse vide[illegible]
ab Illmo Tenczinio Palatino Cracoviensi interpellatus dum ex
urbe ne tragoediis finem et ultimum Actum, quam ipse instrue[illegible]
rat clauderet. ad proximum Rus suum vola dicitur discedi[illegible]
sibillis et sannis insultantium explosus et lapidibus in rheda [illegible]
dere impetitus est. Feruntur duo de viginti Judaeos hoc tumult[illegible]
esi. Unus de ponte cum corbe, quo ferebatur in Vistulam praecipita[illegible]
Compositis tamen ad quietem animis post unam septimanam Commiss[illegible]
Rmi Epi Illmi Palatini et Consiliarios Universitatis pacem Urbi Amnys[illegible]
partibus imposita in Urbem et Academiam revocarunt. Sed Gor. Do[illegible]
his credebat atrox interfectio innocentium Scholarium ut illi ferr[illegible]
Ds non fuerit et intra annum Apoplexia tactus in vivis esse des[illegible]
erit. Reliquit de demenso suo Ecclesiae Parochiali Lelovien[illegible] Orna
menta et fundationes ibidemque PP. Franciscanis aliquot millia [illegible]
Structura templi Universitati pro Anniversario Censum f. 70
Altaristis in Arce Crac. Vicario Canonici Acad. fl. 70. et ad Co[illegible]
Arad itidem 70. emptum tribus millibus apud Generosum Hieronimum Co[illegible]
Martinum Minor de Przybyslawice in villa Grodkow et Sorkow[illegible]
in villa Pcary in Ducatu Severiensi Inscriptione ad Capsam me[illegible]
ante facta in Castro Crac. Dat. ipso die Transfigurationis Xi 16[illegible]
Corporis eius umbram testem depositae mortalitatis in Cathedrali Ec[illegible]
ad tumulum et in Bibliotheca Communi Amici et Executores posu[illegible]

58

a [illegible] in hoc negotio [illegible] ipse [illegible]
innocentem sanguinem [illegible] [illegible]
Castellani [illegible] Illmi [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
et Illmi [illegible] Palatini [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Judaeos [illegible]
[illegible] Judaeis [illegible]
[illegible]
Illmi Palatini et Castellani [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] in [illegible]

[illegible]

[illegible]

M. Erasmus Eustachij de Cracovia.

Quicunq fortunam non alia compendiosiori quam per haereditatem adi
ri via existimatis, si aurem mihi advertentis longe brevius et
facilius compendium haereditandi eiusdem familiis vobis monstraue
ro. Res non parta labore sed relicta facile dominum accipit.
at longe facilius mutat possessorem. Ut viscus tenax est quod pro
prio parta labore venit. Doctorem huius aulis inspicite is est
Erasmus Eustachij Cracovianus qui male a fortuna acceptus et ipsis
parentibus orbatus à puero inter DD. Collegas servivit apud
quos gratiam litteris sibi conciliavit litteris probium pietatem
addidit. Hanc Vilnensis Eps Canonicatu suae Sedis Cathedralis or
navit ille iterum praeclaris virtutibus et laboribus eundem in se re
navit ille iterum praeclaris virtutibus et laboribus eundem in se re
nevandum reddidit. Curator Capituli Vilnensis Parochiis Collatam
sis designatus ultra omnem spem industria sua illorum Sacer
dotiorum meliorem et auctiorem fecit conditionem. Fama Saga
citatis Regi Sigismundo I. commendatus, eiusdem voluntate Telo
neorum exactoribus in partibus Lithuanis et Prussiis fuit Praepo
situs. quorum ille Rationes ita introspexit ut ex Fisco pu
blico in privatum marsupium propter justa Salaria ne terun
cius quidem deflueret. Hyrudines ab exhauriendo Sangui
ne pauperum amovit spongias expressit et maculas Thelo
neariorum quibus notabantur abstersit. Ipse sine querela cuius
quam dives fortunam ad omnem aetatem sibi obsequentem ha
buit At ne hic eum thesaurisasse putes omne peculium suum
per manus pauperum et Sacerdotum transtulit. Ubi neq tinea
demolitur deposita nec aerugo consumpta corrumpit. Vitam
deposuit. anno aetatis suae anno 56 clausit
Ao 1546 diem extremum aetatis suae anno 56 clausit testamento Scripsit
Heredes bonorum Sacerdotes et pauperes testamento Scripsit
inter quos Collegium Maij Study Cracoviensis ipse a puero
erat alumnus numeravit Cui tria pocula argentea
Regia mensa digna in honorem Dei et domus commodum
legavit

Fridericus Alembek natus sum Leopoli Parente utroq Patricio, Patre Consule Leopoliensi, cuius
literarum nomine in Patria multum celebri, apud exteros potissimum Belgas, cum quibus in studio [illegible]
itineribus peregit, non mediocriter commendato, et quem Justus Lipsius dignum iudicavit, cuius memoriis
ipsam Epistolam in publica luce conservaret. Extat hoc in Epistolarum Centuria singulari ad Germanos
et Gallos numero LXXXV inter illas, quarum altera ad Gyillum Alexandrum Achymandritam
altera ad Josephum Julij Filium Scaligerum. Incipit: Ioanni Alapekio (hoc enim antiq[uum]
gentis meae nomen sed usu linguae Polonae in Alembek deformatum) Civi Leopolitano. Nec
missa nec excusa si me alloqueris literis .... et post alia. O Sarmatia quam dispa[r]
illi veteri es, quam ad artes et elegantias nunc aspiras. Quas quidem artes a nobis
et violento isto Marte exules ad vos iverunt, non hospitium ut video, sed domicilium e[t]
[illegible] Alapekius. Serenissimus autem Rex olim Sigismundus III tantum illi gratiarum i[m]
pendit, ut praedium quoq ad gravitiem villarum Lysienice et Mlynowce uno milliari
Leopoliensi muris dissitum in perpetuum et in suum donavit.
Ab isto Patre cum puerilem educationem accepissem, traditus sum Magistro tunc et Rectori Sch[olae]
Baranecio nunc I. V. Doctori Archidiacono Officiali Leopoliensi, sub quo prima literarum fu[n]
damenta iecit, sub alijsq succedentibus Scholae Rectoribus sum profectus.
Severioribus Musis in Academia Cracoviensi complures annos dedi, ac plurimum in Ph[ilosophia]
desudavi. Iunxi Mathematicas disciplinas in quibus potissimum mihi animator et p[rae]
dilector fuit memoriae Valentinus Fontanus Medicinae Doctor, propter Simonis Simon[ii]
(cuiq multa opera extant in publico) Avunculi mei Maioris, tum Gasparis Shelij Medicin[ae]
Doctoris Avunculi, Patris denique commendationem, mirum in modum mihi favens et Craco[viae]
pene alter avunculus alter pater. In utroq studio quantum profecerim nescio, certum [illegible]
est a Magnis Academiae Viris plurimum amoris et favoris donatum mihi fuisse. Cum [illegible]
Patris mei voluntate ad Medicinae Doctoratum dirigerer, Medicinam studijs meis conj[unxi]
et sub Excellentissimo Dno Joanne Innocentio Petricio cognato meo compendium Medicinae [illegible]
magno profectu audivi scriptisq. Anatomicas sub Excell.mo Dno Woienski [illegible]
[illegible], de febribus et nonnulla alia audivi in Academia Cracoviensi non leviter me
disponens ad Medicinam Patavij plenius, ut putaveram, perdiscendam. Interim primam
[illegible] sumpsi, et duobus postea semisseq annis absumptis post Cracoviam [illegible]
sum [illegible].
Dum Leopoli ago oblatis varijs occasionibus visus in alium statum divertendi et in [illegible]
[illegible]

eas dum studeo, Sacros Ordines Nobis ab Illustrissimo quondam Archiepiscopo Leopoliensi Grochnicio (domus meae Paternae ac mei amantissimo) sumo, et brevi post hoc est A° 1624 in Aprili ad Beneficium Ecclesiasticum cum honesta provisione in Dioecesi Premisliensi instituor, Plebaniam scilicet Ceravicensem, quam ante 70 fere annos possederat Stanislaus Orichovius Polonus Annalium etc. Scriptor famosus. Hinc aulicus aurae consuetudo, et kovniakowo in domo multis non necessarius evas. Debebam enim pro Patronos suos operam meam libenter navare in variis negotiis et Domesticis et forensibus, qua de causa et Lublinum et Lituaniam non semel adivi, et ab his Crisi parva rerum experientia, quam ubique non mediocrem sum assecutus solatii magnum esset reliquum ob iacturam temporis perniciosa.

Ab Illustrissimo dein olim Summo Regni Marschalco Nicolao de Podhayce Wolski (cui ab annis ante pluribus Mathematica studia conciliaverant me commendatum) per multos Illustres viros amicos et patronos meos vocatus, manum aulae dedi, et curas Domini in meum caput transfundi passus sum, domum eius totam et familiam, curam fabricarum (et superintendentis) habui, reditus dispensavi. Cum autem in Italiam iter apparasset in quo comitem me fore promiseram, in morbum lethalem Premisliae incidit, et testamento suo gratitudinem solenni honorario cum mihi testatus fuisset, fato cessit. Abhinc cum Illustrissimo olim Duce Zbaraski Castellano Cracoviensi, cuius singularis favoris sum expertus, tum et Perillustri ac admodum Reverendo Domino Kilthonski Officiali Cracoviensi ac Executoribus Testamenti rem habui cum bono successu. Thesaurum iura, et quae commissa custodiebam integre secundum regestra restitui, calculum feci quietationem ac contentatione honesta accepta valedixi aulae.

Inter has autem curas discendi semper avarus, è partibus in sacrae campo perdendo aliquid multum metuens Artem, et maxime D. Thomam è manu nunquam seposui, historias quotidie legi, stylum maxime Latinum, pro temporis opportunitate exercui, semper illa ocia aspirans, è quibus plurimum voluptatis consequi senebus.

Haec autem studia conciliarunt mihi, per Dei gratiam, favores Capitulorum maxime Leopoliensibus et Premisliensibus, à quo vacante Cathedra post Miesconium, et dein post Ossekum precibus inductus sum, ut solennioribus diebus, et Indulgentiarum, et Nobilium in Sepulturis Conciones haberem, et pro mea in illos observantia etsi virium tenuitate bene conscius, libenter peragebam hoc munus. Hinc autem favor natus amplissimi praesertim apud Illustrissimos olim Achacium Grochowski, tum Adamum

Nowodworski

Nowodworski Episcopus Premisliensis quod alter nunc Posnaniensis Episcopus in Mathematicis
quoque operâ meâ usus, et Serenissimo Vladislao IV Regi ac Domino nostro Clementissimo, tunc
Principi, ut nonnulla eiusdem e Scientiis campo scriberem effecit. Hinc vocatio per va-
rios Heroes ad Aulam, inprimis per Illustrissimum Dominum Dominum de Bnin Opalinski
Supremum nunc Regni Marschalcum, quas tamen honestis praetensionibus hactenus
subterfugi. Leopoliensis quoque Senatus pene toto sanguine mihi iunctus Canoniam
a Leopoliensibus fundatam sui iuris Patronatus, quam olim Thomas Pirawski IV
Suffraganeus tenuit, nunc possidet D. Stephanides IVD, quamprimum vacaverit,
promissione ultro obtulit, nec cessat unquam in offerendo. Concionatoris officium ab
iisdem oblatum suscepissem (quod eorundem quoque collationis est) sed angustiae nonnihil
pectoris cum sint periculo deterreor succumbendi.

Post haec, et alia, quae Deus et favor magnorum virorum dederant, ad Doctoratus
Insignia voluntate cum propendissem, et alii suaderent Italiam, sumptusque per Dei
gratiam non esset emendicandus, tandem illa placuit, stetitque turpe esse alibi
quam apud Matrem, quae me adolescentem aluit, quae primâ laureâ coronavit, quae
vi, et ab Exteris habeo, quae Patres ac Praeceptores mei maiori cum Dignitate
dare potuissent. Maxime quia duos mihi sunt germani, quos ab Italia et
parte adolescentium ut avocem, Academiaeque Cracoviensi magis ac magis devincam
affectu, opus esse video meo exemplo, Itaque hic Gradum Doctoratus in
S. Theologiâ postulatum est et petere, et cum Dei gratiâ Patrumque eminentissimorum
favore sumere. Sed quia promotiones per saltum et naturâ et iudicio
multum odi, et videremque pusillanimitate aut praesumptionem saepe quotquot rigores
tentaminum, examinum vexationes et alia molesta declinant, nolui ad altiora
pedem ferre, quin molestias huiusmodi, et labores patientiâ, modestiâque meâ su-
perassem.

Quod attinet succedentia. Animus est sub Leopoliensi caelo vitam agere quae
Deo sit grata, Ecclesiae utilis, Domus meae paternae inserviens necessitati

1634 - 10 Martij Fridericus Hembl...

Primus Candi
datus.
Juny 2.

M. Florianus Lepicki, Regius Philosophiæ, et Tilicianus in Universitate Studiorum Cracoviensi Eloquentiæ Professor, in Polonia Minori, Palatinatu Sandomirien: N.N. Jacobo Lepicki; et Zuzanna Koczanowna, Rndi Pris F. Bernardini Koczanowij Magni olim Theologi et ad Sanctum Bernardinum Cracoviæ Prædicatoris, germanâ Sorore natus, post susceptam primam et secundam Philosophiæ in Academia Cracovien: lauream, absolutâque decem annorum in Eadem ex Artibus publicam Professionem, ad perficiendum Studium Theologicum ~~Romam~~ in Italiam Collega Minor profectus, post curriculum annuum, in Sapientia Romana, auctoritate Sctmi olim D. N. Innocentij X Consessus O. M., Doctor in Sacra Th: creatus, Cracoviam ad Collegium Maius, et Professionem Tilicianam biennalem rediijt, Vir ut moribus probus et candidus, ita in utroque genere styli elegans: Scripsit

Solutâ Oratione

Panegyricum Nuptialem, sub titulo Felicitas Poloniæ, Vladislao IV:

Panegyricum Gratulatorium, sub titulo, Corona Civica: Item Salutatorium sub titulo, Magnorum Heroum Magnus Heres, Joanni Casimiro: Regi Poloniæ et Sueciæ N3

Carmen sub titulo, Lampas pro sidere, in Funere Ceciliæ Renatæ Austriacæ:

Carmen sub titulo, Messis triumphorum, in Coronatione Ludovicæ Mariæ Gonzagæ: Reginarum Poloniæ et Sueciæ.

Carmen sub titulo, Fructus in flore præcisus, in Funere Sigismundi Casimiri Infantis Poloniæ et Sueciæ. N3

Panegyricum Gratulatorium Episcopatus Posnanien: sub titulo, Tres mitræ, Ducalis, Doctoralis, Episcopalis: Casimiro Floriano Duci in Klewan Czartoryski:

Panegyricum Epithalamicum, sub titulo, Secunda Vota secunda omnia: Georgio Comiti in Wisnicz Lubomirski, S. R. I. Principi, Supremo Regni Poloniæ Mareschalco.

Panegyricum Simoni Starovolscio Canonico Cracovien: seculi nostri Plutarcho.

Multa præterea alia utroque dicendi charactere typis impressit; sed longè plura pressit, premitque hactenus felices bonæ mentis elaboratas præsertim in Tiliciana Eloquentiæ palæstra luce dignas lucubrationes, ut est

Mater Matris Dei Humilitas, de Annuntiatione B. M. Virg:

Laudetur Sanctissimum Sacramentum, de Eucharistia:

Doctor Angelicus, de Sancto Thoma Aquinate:

Martinus Victor, de Sancto Martino Episcopo:

Agnes Triumphans, de Sancta Agnete Virg et Martyre:

Dolorum Christi Comitia, de Deo passo:

Dulce nomen Pacis, de tranquillo rerum in Polonia Statu, Regnante Vladislao IV.

Fama ad posteros pulcherrimum Eloquentiæ pretium, in Laudes Tilicij Episcopi et Fundatoris

Princeps Transylvaniæ Racocius Junium Nobilitatis Polonæ Candidatus:

Campus Martius, de conscribenda quotannis Nobilitate Polona:

Pactio Servitutis, de Pace petentibus Cosacis neganda:

Disciplina militaris in Polonia restauranda:

5

Funus Smolensci, de Smolenseo Moschis dedito:
Praeservativa adversus pericula Philosophiae:
Laurea Academica: gradus non quies:
Notae supra Topica Ciceronis:
Notae in Orones Cic: pro L. Muraena: et Cornelio Balbo.
Palaestra Tileriana, de Cicerone imitando Veterisque eloquentia recuperanda:
Haec et alia fecerat iuris publici, si pretium foret authori bonis, imo et ipsis bonis: scripturusque plura, ni ad Professorem Theologicam sibi in Academia Cracovien: collatam properaret, quâ Vitam et mores in hanc et aliam quietem componeret.

M. Gregorius à Sanok post Archiepiscopus Leopoliensis

Musis amicum nomen, in Parnasso Academiae Cracoviensis canoris
Sarmatiae vatibus, alter Apollo carmine, ipso voce, fidibusque fuit.
Fuit enim Gregorio ut Callimachus testatur, naturalis quidam affectus
ad Musicam cui supremodum natus videbatur. Siquidem perci:
piendis disciplinis istius modi et Symphoniis ingenio promptis:
simo erat. Ad modulationem vero vocem habebat elegantissimam
quippe solidam et sonoram, et in qua nec minus suavitatis esset
quam splendoris. Ea res plurimis in locis magno usui illi esset
et honori. Nam quos in admirationem sui, propter litteraturam
non adduxisset, Musica attrahebat. Sed imprimis Cracoviam ve:
nienti, vocis splendor ac modulandi ratio profuit. Namque ad
id tempus ea Civitas Theologiae potissimum dedita omissis fere
ceteris disciplinis liberalibus Musicam inter prima ducebat, cuius
maximo opere divinis Cerimoniis quam solenniter procurarentur
Itaque in ipso initio Gregorio plurimum ab omnibus Cracoviensibus tri:
buebatur, quia in ea arte excellebat, cuius effectum studio Civitas
tenerentur. Ceterum Gregorius Ao 1433 in Decanatu M. Joannis
Dambrowca ad quatuor tempora S. Luciae Baccalaureus est
renunciatus in eoque gradu constitutus, Epicedium Regi Vladislao
Jagielloni quod apud Dlugossum libro XI invenies Cygnea
voce scripsit et in funere recinit. Ao deinde XI[?] nati:
1439 promotus est ad Magisterii gradum ~~cum ea Gregorium~~ [illegible] prim:
dentiae et gravitatis morum argumenta de se dedisset ut
~~a Vladislao Tertio ad Regnum Hungariae capessendum abe:~~
unti, Comitem Palatinum aulae et Secretorum suorum particeps adscisce
~~rit~~ voluit. Quo in officio talem se gessit qualem eundem:
[illegible] nempe Pium religiosum, Principi fidelem et sa:
pientem Consultorem, formaverat. Ex multis eius Scelere
factis et dictis vel unicam eius in Consultatione senten:
tiam hic subiungere liceat. Sic autem eum Cum Ste:
phano Rege Poloniae Sarolouis[?] ex libello Callimachi
de Rebus gestis Vladislai Regis Hungariae et Poloniae. De
prolato Sacramento Eucharistiae Rex et eius exercitus Parem
concessam Turcis iuraverat. (Hoc enim Turcae ad firmam
pacem putabant, quam hac vere Sanctissimam putabant fore
a Rege Vladislao exposcebant) introducit loquentem.
Deus inquiebat ille Deus tam execrabile sceleris auctoritat
ut qui paulo ante, contra impios pugnantes omnia infestia.

Interlinear additions: "Albert Vladislaus[?] a Dlugosso Hungarorum[?]"; "non plus[?] in humanis rebus confidens[?] pontificis[?] 1443 [illegible] Regis [illegible]"

Margin note: Necnon multi postea apud Eugenium IV PP. [illegible] Gregorium in [illegible] Regis ea eius [illegible] Dimissus et vocis [illegible] suavitate

difficultatesque perpessi sumus, dum vinceremus; nunc rursus pro relig
armati, et propemodum Victoriam manu tenentes, Sacrosanctum div
mysterij arcanum sub prophanorum oculis sponte prostravimus. Qu
prima quid hac secunda expeditione à nobis petitum? quid ad
ingentem belli molem et tam diversis inter se regionibus Itali
Burgundia Thracia cievare? quid denuo arma induere? quid
usque progredi oportuit? si Sacra nostra prodenda erant? Mitior
sine facinore pro ignaviam domi inermes sedendo, pati potuit
illa prophanatio, quam nunc sumus armati prodituri. Pudeat
gratulationum, quibus nuper victores accepti, pudeat laudumque
ut Christianæ rei servatores prope in coelum modo elati sumus
audeat divinisque obnoxior adeò nefarijs cogitationibus, nos dig
haberi, aut in quibus totius Europæ Reges, et principes spes s
collocaverint, aut pro quibus innumerabiles populi, et nation
omnibus in templis supplices ad Deum tendant manus pro vi
ria nostra vota nuncupando. Quanto sanctius Prisci Roman
qui rapta à Gallis urbe, ne sacra sua conspici possent, terr
infoderè! Nos victores nostra ultro impijs prodere cogita
committemus; ut religiosius ab illis inanes quædam divinorum
persuasiones servatæ dicantur, quam à nobis Sacrosanctum im
mortalitatis nostræ pignus, ac mysterium; et publicè nos eo s
re contaminabimus, quod si unus quispiam sacrilega audacia pe
traret severissimè vindicaremus. Omitto quantum piaculi a
contrahemus, qui non modo ab ipsius causa defecerimus, sed ips
chum testem, ac pignus defectionis nostræ impijs exhiberim
Quid de nobis hostes sentire poterunt videntes nos tanti par
æstimasse, ut non minus sacrilegè juraverimus, quam ipsi impud
postulaverint? Sed et lex pacis ultimæ leviora videri fac
omnia quæ aut in nostra, aut aliorum secta, altius elata sunt, qu
quæ humanis sensibus attingi nequeant, ceremoniarum velamine
sanctoque arcano mortalium animis infunduntur. quæ si nuda
medium protrahantur, quia nullo humanæ rationis argumento
sistunt et temerè asseverari et impudenter peti, ut credantur
arget. Audivere dudum hostes, Deum à nobis præsentem col
servarique in Sacrariorum penetralibus, et quia ignorant quo pacto
contingat, cum de eo cogitant, nihil simile his quæ terr
et momentanea cognoscunt. Sed quidquid extra mortalitat
tem, positum putant, mentibus eorum occurrit, et id quod s
sit nesciunt, tantæ nostræ de eo asseverationi par figuran
Nos hanc theoreticam persuasionem, patefactis arcanis nostris

corrumperemus, elataque ad divina et coelestia de sacris nostris mentes
ad caduca et terrena revocabimus? specie panis in conspectum
exhibita, quae verum corpus Christi continet, ut nos quidem scienter
credamus; efficit divina institutio, gratiaque in qua nati sumus. Quibus
illi orbati, cum res per se fidem non faciat, restat ut nos irride-
ant, veluti minime possibilia credamus. Nolite per Deum com-
mittere, ut aboleatur sacer ille horror, quo ipsosque animi perstrin-
guntur in bello, quem sacrum reputant, inimicos se Christi contra
nos, quibus adeo propitius sit Deus ut propemodum videamus no-
bis coram pariter inter nos versetur. Quantum de nostrae reli-
gionis nostrae maiestate hoc facto minueretur, tantum cresceret
apud illos audacia, credituros subinde, ut ipsis quidem videba-
tur, ex sponsione quam intuebantur nos non modo in verum Deum
mentitos non esse, sed nec in alterius cuiuspiam. Multis modis
stabilitati conventionum caveri potest (quamvis ad fidei pignus
regium verbum satis esse deberet) aliisque inter privatos cautio-
nes, aliis inter principes exhibentur. Ad extremum acri-
ter urna se prophananda causa asserebat, si eo modo Rex in
rure pergeret. Itaque cum videretur tam vere quam ire
ligione e qua ipsosque quos alloquebatur esse, et maiestate
te dixisse; consultum esse in confirmanda pace, ut uterque
proferret in medium sacrum mysterium suum, quod Evange-
lium nostri, Alcoranum illi vocant, quibus ubi suam quisque
dextram admovit religiose juratum est, conventa servatu-
ri et sancta atque inviolata permansura.

Non diu post blandientibus exquisitis titulos et gratulationum vi-
deri Regi genere exhaureis principibus, qui alieno negotio
otium suum promovebant, ac ut ictum cum Turca foedus
rumperet instantibus; ipsoque Cardinali S. Angeli Regem sa-
cramento juramenti solvente, in contrariam pleno senatu
ibat sententiam Gregorius fidemque hosti servandam esse multis
rationibus et exemplis adductis persuadebat. Sed nec
quidquam profecit nolensque ad funestum bellum et proelium
apud Varnam commissum sequi et officio Regem debuit. Ubi
amisso principe fusaque tota acie in fuga et acie con-
spiratus Julianum Cardinalem infelicis pugnae autorem
continere se non potuit quin illi violati jurisjurandi
sceleris exprobraret. Non fuisse ingenium cordi Deo ca-
gus contra foedus olim et jusiurandum more argutorum ho-
minum magis quam proborum virorum disseruisset

Colligeret studij sui consilium viris et cum eorum adhesione, agnosceret
cladis causam non aliam esse quam vindictam irati numinis cujus
nomen in vanum Rex sumpto dato [illegible]. Erat iam ante tremen-
dum supremi judicis tribunal et regem violati jurisiurandi defenderet.
A pugna Varnensi multis jactatus periculis Gregorius redijt in Poloniam
a Casimiro Poloniae [illegible] defuncti regis fratre ad aulam
[illegible] et consiliis et armis et sago et toga praesto illi fuit Bellum
gerenti in Silesia militavit. Probris affectos Patriotas vindi-
cavit ingeniose. Erat Gabriel Agriensis Episcopus in exercitu
Matthiae Corvini Regis Hungariae quo cum Rex Poloniae certabat
is non armis tantum sed etiam Theonino dente pro Rege
suo depugnabat, inter alia Scommata ut argutus videretur di-
vulgaverat versus in Polonos quorum principium sic habet

Bruma venit, nix alta ruit migrate Poloni
O fugite ad proprios algida turba lares

Intrepide genuinum umbone opposito Sanoceus repressit
in auctorem probrum non dissimili acumine

Garrula lingua tace nec sensu nec ratione
Ulla vales tantum verba pudenda jacis

Pertaesus ad extremum aulae et militiae sacram anchoram arripuit
Servire Deo regnum esse omni tempore magis reputavit. Rex ob
excellentem viri probitatem Archiepiscopatum Leopoliensi eundem orna-
dederat scilicet dignitati mitratus virum maxime opportunum
enim tunc temporis dioecesis illa nimium angusta ob circumstantes undi-
que Schismaticos Ruthenos Armenos colluviem frequentissimam
in partibus Recuperaturum. Redditus sub Apostolicis qualis fuit
Sanos persecutiones improperia, abundabat sed adversa [illegible]
[illegible] experimentum suo vivendi qua ille munijs hostes
veritate vincebat Populum sibi creditum Sanctissimis moribus
et doctrinis salutaribus imbuebat adversarios vitae sanctitate
et exemplo superabat ut non haberent adversus dicere
plerique autem a Schismate ad unionem S. Matris Ecclesiae ab ipso
[illegible] ad sanctam religionem ultro convertebantur et in [illegible]
tute ad sanctam religionem [illegible]
viginti annorum quibus praefuit illi Ecclesiae Gregorius longe lateque
Catholicae Fidei fines dilatarentur res ipsa non [illegible]
dioecesis Leopoliensis sit effecta. [illegible] adeo
haec sit reddita. De Gregorio nostro sic Dlugossus
A° 1477 Gregorius Sanoceus Leopoliensis Archiepiscopus Vir doctrina
singularis et in studijs humanitatis apprime eruditus cum
annos prope viginti in Cathedram [illegible] exegisset, coenam
aliquot villis Consensuque regio ad id obtento defenso a [illegible]
this oppido Dunaiow apud Rohatyn oppidum sub [illegible]
cessis agens, nullumque dolorem sentiens in [illegible] modum

modum in Cubiculo suo in terram faciebat prostratus. Quarum repertus est
Leopoli in sua Cathedra sepultus. Vir Musis amicissimus, et tam in prosa
oratione quam in versis carmine, caeterisque humanitatis studiis. In declamationibus
quoque ac sermonibus ad populum ut antiqui temporis memorabilis. Sic vitam
Philippus Callimachus luculentissimi hominis Gregorii quod in defensione sua
ab illo acceperat descripsit. Viri mores. Fuerunt non tantum hospitalis
sed etiam exteris ut Simoni Sipontino Joanni Garra et Paulo ver
genio atque Philippo Podacathero suspicatissimis illa aetate hominibus qui
domo Garrae tanquam asylo utebantur quorum alter Cyprius alter fuit
Italus gratissimi cum quos gesserant apud Pannones et Siculos
ut ad regnum et Regem Poloniae Legati vice fungerentur. Inerant
animo eius libertas quaedam antiquitatis, neque metui, neque cupiditati ulli obnoxia
sed honestatis appetens, et ab omni turpitudine abhorrens, nec secundis rebus extollebatur, nec adversis
muliebriter succumbebat. Somni et alimentorum nulla cura, nullus apparatus, negligens deinde quam
frugi dici potuit, habitu quoque haud egregio utebatur, sed qui frugalitati victus congrueret. Fa-
miliaris ad eum aditus omnibus erat, nec minus ipse facile quo omnes voluissent circumducebatur.
Dum Episcopum vehiculis ageret, conveniebant ad eum Cracovia, propter rei divinitatem
gaudia quamplures docti viri nec ipse infrequenter urbem commeabat, recipiebat se ad
collegia Academiae, ad loca disputantium aut legentium, et quod in rebus sentiret tum libenter pro-
ferebat, quam aliorum sententias audiebat. Dialecticis vero congrediebatur, Sophisticos non
ad veram doctrinam usum, eam in facultate homines erudiri asseverans. cui tantisper operam
dandam putabat, dum circa solidam rerum cognitionem versatur in reliquis reputandum
esse. Nil enim in se continere nisi vigilantium insomnia. Medicinam anteponendam aliis
doctrinis, ac veluti omnium naturam venerandam censebat. Primam enim illam omnium parentem na-
turam Corpora tantum creare: istam conservare, atque ubi prima in aliquo peccare coeperit. Ipsam
esse ad emendandum, ac extremum succurrendo illius imbecillitati, multa corpora medicinam red-
dere dixitur, quae quantum attinet ad naturam jam perierant, et professis nisi autem illam
professioni suae parum conjungere judicasset, omissis caeteris disciplinis, medicinae tantum
intendisset. Illos qui novos Grammaticos omissis veteribus legebant, similes esse dicebat
aegrotis, qui ab optimis salutaribus abhorrent, contraria vero appetunt et sequuntur. Alexan-
dri Grammatici Expositiones, differentium appellabat Labyrinthum, in quem semel immissi
pueri multi circuitus ambages suamque vestigia flexuoso gressu recalcantes consenesce-
rent, priusquam inde egrederentur invenirent. Poetas lectionem tam pueris neces-
sariam quam alimenta putabat, istis nutriri corpus, illis legendis augeri ingenium. Eos
autem qui ad alias disciplinas sine adminiculo Poetices accedere conabantur, comparabat
volentibus per murum transcendere in civitatem aperta porta, qua pateret. Possibilius esse
asseverabat, ut per Poesin reliquas omnes disciplinas percipere, quam quod imbutus aliquis aliis perve-
nire ad Poesin cum vellet pervenire. Contra Rhetoricam ab illa unquam separ-
set aliquis ad poesin cum vellet pervenire, impendendam, et Medicis per exulceratum
quendam censuit. Sed [illegible] Sic utique operam pariter impendendam, ut Medicis per exulcerati
Sunt medicamenta apparat vel adhibet, quod aut os aut nervum laedere possit; sed ali-
ud curans, alterius quoque rationem non obmittit. Ebriosum qui consumpto patrimonio donatum
aquam circumferebat. per urbem sic jocatus est. Si potuisses aquam ferre, nequaquam ferres.
Scortum annosum et Spinae hoc disticho compellavit. Nam emit et quondam vendebat basia dortis
Non bene quaesitus, sic bene perdit opes
Quidam per laudes efferenti uxoris pulchritudinem. Tace inquit. Nam si crederetur tibi, cogeris ae-
quanimo turpem habuisse. Cum videret cuiusdam Suburbani agricolae filium sacris initiari. Re-
liquendo inquit arare instituit. Accipiebat amicos modico aut nullo apparatu. Quod quidem indi-
gnantes ferens splendidius se domi prandere dixit. Ille lumen afferri jussit, et appositae
candelae splendorem mensae addidit. Erat enim pronus ingenii ad jocos et lepores, in qui-
bus excurrendis semper modestiae rationem habuit, cumque alios libenter jocis lacesseret, non
minus in se dicta aequo animo ferebat. Ebriosi filio objicienti quod ex paterno
vestitu videri

ischtulo velon. cenam apposuisset, ait Ego vilius ut pater meus comedo. Tu et Tuna bibis. Dicentis
Sonum in pallium suum, quod sordidis maculis distinctum, vicem nebulonis in Baccharalis implere posse
hoc dicto compensavit. Facilior est ablutio palli quam animi. Erat enim ille multis conjugii alii
flagitiis. Exprobranti cuipiam quod patriam disciplinam ferre non posset, Ego inquit in aliena domo
ita mihi, ut in paterna videar educatus. Multi apud Patrem sic degunt, ut apud quemvis potius
cor quam sub paterna disciplina nutriti appareant. Claudum maledicum, Linguam debilitari non
pede oportuisse ait. In eum qui rerum suarum custodiam Lusco commiserat distichon tale edidit
Qui videt binoculum cernentur singula solum. Non erat Lusco credere quidquid habet. Nonnulli
nulli inopes et malefici homines, credulos ac simplices elusuri, fingebant se a malo daemone vexari
eaque fallacia per civitates quasi opem implorantes consistebant in templis ut quoque insigniora aliqua
religione essent atque ob id magis quam cetera frequentarentur. Quo astu non mediocres pecuniae a
miserantibus emungebantur. Cum igitur in urbem Gregorii sese recepissent, ille per varias subtiles
interrogationes deprehensa quaestuosa fallacia, mox verberibus veritatem extorsit, humanitus
servans eos qui divinam opem eludebant. Interrogantis Podachatero, Quodnam in Polonia
regione vitium esset pretio. Potio inquit Gregorius. Et cum ille quid ibi carius veniret
quaereret. Potionem etiam esse asseveravit. Mirante vero qua ratione id esse posset. Postremo ait
totis patrimoniis, Potionem emunt. Sic autem bibunt, ut ex omnibus fontibus puteis, scaturiginibus
Quaerenti ego Quodnam factum Cypri hominis, vitam cum Sarmata coniunxisset. An
ignoras inquit Gregorius. Venerem cum primum ex mari prodiit, in Cyprio consedisse littore
ibique sanctissime cultam, Martem vero in nostra regione natum atque coli. Qui Dii quam
ardentissimis amoris vinculis inter se iuncti sint etiam vulgares sciunt. Et proinde
inde nemo mirari debet, si conveniat inter se hominibus earum regionum, quarum
Dei tam propensissimo affectu se invicem prosequuntur. Dicebat saepius famulos
homines multitudine sui non ostentationi. Eos homines vanissimos esse qui in foris magno
cum apparatu servorum incedant, praeter id quod facultates suas intemperato et
insolenti cuique exponerent veluti diripiendas, domi tam multa foeda patrarentur ut deterior
gentium in honesta servitute multo potior habenda sit conditio, quam eorum qui tales
famulatus per ambitionem alere et tolerare perseverarint. Ipse interrogatus, quare nimio
veste ac cetero ornatu inferiorem omnibus suis familiam haberet. Quia inquit servos meos
servus esse neque volo nec possum, sed satius in qualicunque simplicitate contemni puto
quam perpetua simulatione torqueri
A Rege ferri abstinuit, quod parum tutum crederet libere consulere. In consilio de recuperandis
prussiis civitatibus, quae a Regno defecerant dixit, eas ea ratione recipiendas esse
~~similiter~~ si mitius et justius imperium regium quam Regni esset aliogui non esse sarcipiendum
gratuitum bellum. Nam fore aliquando ut eadem causa propter quam a Regno
defecissent a Rege quoque alienarentur. Cum de modo gerendi belli ac facultatibus ad
gerendum Gregorius inquit Non prius futurum esse ut Rex pro dignitate sua, eorumque quibus
imperat bellum suscipiat et gerat, quam aestimatio in possessionem eorum omnium, quae sunt
sunt in regno universo. Nam dum licuit sibi egestatem allegare, prius omnes ad
ultimam inopiam redigemur, quam necessitatibus Regiis autorum satisfiat, et cum
nobis quod jam demus non erit, plurimis tamen ipse indigebit. Et proinde ut
maiores nostri voluere regio nomini regias adsint facultates, quae opportunitatibus
quibuscunque emergentibus sufficiant, et non semper in publicus curiis ad privatam
opem confugere cogamur antequam de gerendo bello agatur deliberandum consensu
quo pacto abstinendo nos ipsos a tam frequenti tributorum positione Regi
necessitatem injungamus ut per facultates suas publica pericula propulsentur
Ea vox ut Regi grata ita Gregorio multos adversarios fecit quod ut simulantur
ter evaderet a Rege se ultro subtrahebat. Plurima eius sapientissime dicta
refert Callimachus antiquis stilis patria et forte etiam negligenter. quod nos hic
compendium sequenter missa facimus. Fuit statura altiore hominis justae
mensuram procera et eleganti colore robustus et carne admodum molli. Barba capillis
denso ac plano oculis vivacissimis et claris superciliis elevatis et spissis
nasoque ad crassitiem fastigiato. In manibus peculiare robur habuit firmiter
mei tenebat ea quae semel apprehendisset. Ventrem compressit. Crura tenuia
quam pro modo staturae in ambulandum tamen nullo scipione utebatur se
de extrema nec sibi nec aliis gravior fuit et viventes sensit ad
extremum usque spiritum perseveravit.

modum in Cubiculo suo in terram facie tenus prostratus exani
mis repertus est. Neopoli in sua Cathedra sepultus. Vir musis a
micissimus et tum in Prosa Oratione quam Pierio carmine
caeterisque Humanitatis Studys et declamationibus quoque ad populum
memorabilis

M. Gregorius Vigilantius Sambor S.T.P. C.S. Floriani
Nicii sui Poëta clarissimus, Ovum Roxis, nomen Magno Lito do:
ctori, Cunas et cognomen Civitati Samboriensi refert. Erant plerique
ea pietate illius Civitatis in Patriam filii ut omisso paterno cogno
mine sufficere sibi ad laudem et commendationem putabant, si Samborienses
dicerentur, sive quod in Academia a prima illius erectione quibusvis
a natalibus terris nuncupari tritum esset, sive quod iam tunc
per Ora Professorum vulgatum esset, Vates Samboria, nectar et am
brosia. Enumerare singulos infinitum esset, commemorare nonnullos
qui laureis et eruditione singulari hic et alibi claruerunt oper
manum censeo. Tales fuerunt ab Aº 1420. Nicolaus Michaelis de
Sambor. Simon Henrici de Sambor, Petrus Clementis de Sambor, An
dreas Nicolai de Sambor Gregorius Michaelis de Sambor Joan
nes Stanislai de Sambor. Andreas Joannis de Sambor Joannes
Matthiae de Sambor. Petrus Raphaelis de Sambor. Albertus Michae
lis de Sambor, Valentinus Martini a Sambor, Joannes Martini a
Sambor Joannes Laurentii de Sambor, Stanislaus Thomae de Sam
bor. Leonardus Jacobi de Sambor, Laurentius Thomae de Sambor
Petrus Nicolai de Sambor Bartholomaeus Stanislai de Sambor
Matthias Stanislai de Sambor. Joannes Stanislai Herbesti de
Sambor, Gregorius Joannis Sambor, Laurentius Raphaelis a Sambor
Jacobus Gaspari de Sambor, Blasius Matthiae Sambor, Christophorus
Georgii Sambor. Martinus Zachariae de Sambor Nicolaus Lauren
tii de Sambor Sebastianus Jacobi de Sambor Lucas Matthiae a Sam
bor Laurentius Michaelis de Sambor. Gregorius Alberti de Sambor
Joannes Martini Mareczkowicz Sambor. Bartholomaeus Stani
slai Sambor, Simon Matthiae Sambor Cyprianus Jacobi Colus y
Sambor Fridericus Adami Sambor. Valentinus Georgii de Sambor
Sebastianus Jacobi Sambor Andreas Andreae Sambor. Albertus Si
monis Neo Sambor Georgius Jacobi Sambor Simon Georgii Sam
bor Sambor Matthias Alberti Vrasey Sambor Bartholomaeus Sta
nislai Mareczkowicz Sambor Andreas Adami Cedyto Sambor
Commendarius in Patria ambone Concionatoris immortuus. Sta
nislaus Gorski de Sambor. Joannes Stanislai Gawlowicz Tho
mas Gregorii Sambor. Albertus Valentini Sambor Joannes
Procopii Sambor etc etc.

His non connumerandus tantum sed etiam praeponendus est Gregorius de quo scribimus. Non enim pietate tantum in patria sed meritis in Academiam et Sanctimonia vitae fuit celebris. Nam veniens a Schola Patria in Parnassum Sarmaticum vitam penes Academiam egit qualem agere illi solent a tumultibus et turbis segregem ac secretam nec tam fabulosae subtilitati quam divinis illuminationibus recipiendis accommodatissimam. * Lectus illi terra, cibus panis, potus aqua (de quo alicubi reputans eum qui Bacchi thyrso amentatum Syros pedes trahere calumniabatur ipse meminit.) hac enim et non mero fluere Hypocrenen noverat. Cum advenit Cracoviam, offendit non paucos suos populares [illegible] in Peripato valde excellentes, praesertim M. Petrum de Samb[illegible] qui brevi post ad Theologi officium vocatus onus Praedicatoris Varsoviae magna cum aedificatione populi sustinuit ibidemque et continuis laboribus phthisi Ao 1563 consumptus est. M. Andream Borgiet qui Regia voluntate ob egregias virtutes Rector Sand[illegible] praepositus est, gratamque sui memoriam in Bibliotheca ad illam Ecclesiam relicta et epitaphio non vulgari ~~sibi~~ exstructo sibi comparavit et M. Benedictum Herbestum quo cum studia Academiae huius deseruit. Horum tum suo exemplo tum suasu utque assumpta in Philosophia laurea ne sibi tantum natus videretur precibus nobilitatis ad ~~[illegible]~~ Cuiaviensem terram desiderium se contulit Klodawicze Scholam aperuit. Fama ipsa sui nominis nobilis iuventutis florem ad se pellexit, interque plurimos [illegible] Paulum et Stanislaum Joannis Kostkae filios a primis unguiculis non discipulos tantum sed et commensales annos aliquot habuit quos cum litteris tum imprimis pietate et aliis omnibus virtutibus sedulo imbuit; adeo ut cum Gregorius ad Academiam se rursus reciperet ~~Pater~~ Kostka Castellanus Zacroczimensis filios quasi non habere[n]t quod in Polonia discerent, Viennam ad discendam linguam Germanicam transmiserit. Junior ut scriptores vitae eius memorant Romam peregrinus veniens Religionem Societatis Jesu [illegible], in eam receptus decimo post ingressum mense in morbum incidit, sanctissimeque mortuus est. de quo licet Auctor fabulis Gregorius affectum quem erga discipulum habuit celare non potuit sed eum etiam defunctum testatus est insigni carmine vitam eius celebrando. Sed quod magnam partem versibus complexus est in illa Elegia quam ad Simonem Maricium Pilsnensem miserat. Sacris initiatus cathedris Theologicis admotus totum se sacris litteris tradidit, Sacra Biblia vinculis metricis comprehensa in Parnassum intulit. Hinc illi sacrorum vatum monumenta volvere et evolvere. In illis non vana Musarum nomina; sed Numen ipsum vocare ita demum pleno ore solitus canere. Confecit opus laboris immensi nec minoris impensae si praelo vulgandum esset quo minus lucem ~~[illegible]~~ hic divini ingenii partus aspireret obstitit res angusta domi Auctoris.

Sacra Biblia vinculis metricis comprehensa [illegible] sumptibus

Polyhymnia quam pater ad patronos oratum supplicias pro ipso ex
pedierat cudsuit Mecoenates per Poloniam; sed non invenit Ora
vit omnes, neminem tamen exoravit. Sub hoc ortae fuerant ingeni
osae lites popularis sui Herbesti cum Jacobo Gorscio de Periodis
quas ut aliquando terminaret Herbestus ex Academia cedere consti:
tuit. Abeuntem Benedictum Gregorius alter Pylades Orestem nequaquam
deseruit, sed eum usque in exilium spontaneum secutus est. Retinuit
enimvero vel invitum et locum Gregorio si redire vellet reser
vavit in Collegio Patrum autoritas. Herbestus ea tempestate aliquot
annos jactatus cum nullibi certam stationem figeret permissu sibi 1571
in quo haereret apud Societatem JESU designavit, qui cum
Gregorio minime arrideret, brevi ad spartam suae professionis in Colle
gio Maiori ornandam vel potius ad Scyllam et Charibdin
freti Academici redijt. Quam cum sponte pauper esset et
in eleemosynas quidquid habebat libenter erogaret studijs
postremis domus Maioris nequaquam superesse potuisset nisi
illi carbasa Martinus Cromerus Eps Varmiensis olim suus f
militaris liberalitate sua implevisset. Praepositum Parentem
longe onerosior filia cui Xenia nomen est in caput Gre
gorij successit quam ut leniorem redderet Terpsichorea [illegible]
pignore apud Borekum Canonicum Cracoviensem invadimo
nium posuerat, donec se aere contracto exolveret. Ad e
xemplum laboriose et innocenter vivendi post [illegible] [illegible]
cessit ad S. Floriani Canonicatum in quo ille non diuturnam
stationem tenuit. Quam antequam anni elaberentur inter
quae pro laurea Doctorali obtinenda ad superos abijt
M. Joannes Mussenius S.Th.D. Canonicus Cracoviensis. Vindex illi
mo eius voluntatis in copia tabularii ipsius scriptum reliquit
Testamentum Rndi olim Gregorij Vigilantij Samber artium illum
Collegij Maioris in Acad. Crac. incolae Canonici S. Floriani de:
Scriptum ex Originali fideliter ad verbum opera M. Joannis Musseni
Secundi Executoris. Originale autem accepit primus Executor Gnosus
Ds Nicolaus Taranowskij. Ds Gregorius Samber dicti fundus est
Qui quidem praedictus Rndus ante vel circa auroram animam
Ao Dni 1573. die 26 Februarij
id animadvertente, Quam me hortante et instigante noluit puerum
meum admittere in custodiam quod quidem superiore modo fecerat
Sed puero eius obdormiente ex lecto surgens, crepidas in pedes accipiens
(ut ex gestu corporis accepi) flexis genibus orabat, postea ad Orien
Solis versa facie in humum provolutus expiravit, et ita summo
mane a nobis inventus, Rubebat tota facies, una crepida adhae
rebat pedi altera non procul decidens jacebat. Die octava an
te auroram, qua quidem hora conicio illum Deo animam commen:

Observandum Gregorium fuisse anno 1564 ad Academiam Pernam rediisse, neque adeo ingens Herbesti in Ordinem Jesuiticum capessere, sed ipsam eius intentionem aliquot annis reditu suo praecessisse quam quidem minime caetam in tota narratione, in libello a nobis de statu Academiae lingua vernacula edito, emendavimus pro nostris viribus.

commendasse) apparuit mihi in somnis, cui data cum dextera socium deam-
bulandi quaesivi; an fuerit in purgatorio (tenebam enim memoria illum
iam mortuum esse) Asseruit se fuisse; sed iam Dei gratia liberatum esse. In-
terrogavi et de nonnullis collegis potissimum de Petro Proboszcowicio Praecepto-
re meo, et alijs non ita pridem defunctis, Respondit nullum esse in Pur-
gatorio; sed omnes Dei gratia perfrui gloria etc. etc. Interrogavi postea
quid factum fuerit quod corpus eius humi iacens invenerimus. Dixit
venisse quendam hominem maturitate gravem, et dixisse ut surgeret, et
separaretur ab hac vita qui etiam manu surgentem adiuvit et ita
procumbens in terram Deo animam commendasse. Dixit. His dictis
disparuit nec postea visus. Haec autem collocutio nostra fuit fere
per integram horam.

Altera eiusdem apparitio, facta est A. R. D. Martino Bilsnensi S. T. D. Canonico
Cracoviensi et Vratislaviensi Vicecancellario Academiae Ao 1574 28 Febr.
in medio noctis sequentis quam sic ipsemet R. Martinus Bilsnensis in suo
Diario describit, verba eius fidelissime nec iota aut idiomate mutato
admittit. Venit ad me in somnis M. Gregorius Vigilantius Sambor Ca-
no 1573 26 Februarij Hora fere 13 mortuus, in vestitu quo nobiscum co-
versabatur incedebat et dixit. Pan Bog cie namiedza prze ze mnie y wsta-
zał ci, ze cie chce mieć z sobą. Aczby cie tu iescze potrzeba, ale ro-
zkazał mi, ze cie chce mieć z sobą. Jam temu rad, że mie z tąd Pan Bog przeprowadził.
miłe twoie opatrzy. Jam temu rad, że mie z tąd Pan Bog przepro-
wadził. Pobytem tu nędze, a dostatem wielkiey radości. His dictis
disparuit, et ego evigilans flexis genibus dixi Domine fiat voluntas
Tua.

Epicedium Sambori quod a M. Joanne Brosceo S. T. D. Can. Cracoviensi accepimus
(plurima autem ipse, ex illa antiquitate prisca et erudita habebat) adiungimus
in quo non pauca sunt notatu digna quae sapiunt veterem Academiam
ut illud Qui triplicem norunt linguam Cyclumque sophorum Nam
Stanislaus Socolovius cum de quadam Academia Italis ad Mag. Matthi-
am Lisovsko et Stanislaum Marcinium scriberet hoc pronunciavit
Homines aliquot in sua professione unusque docti quos tamen si ad ve-
rum illam encyclopediae rationem revoces, nullus plane est eiusmo-
di. Studia humanitatis linguarum plane nulla, non mirum est quod
nostri hic nihil proficiant, nihil enim docentur. Hoc ille Vir in-
comparabilis, et habetur haec epistola ipsius manu scripta inter li-
bros Dni Broscij in Collegio Minori cognomine Remliny.

Epicedion

Clarissimi Viri et Doctissimi Theologiae Sacrae in
Academia Cracoviensi Professoris et Canonici
S. Floriani

Occidis ante diem Sambor dulcemque Sarmatiam

Occidis ante diem Sambor dulcemq; senectam
Occidis et misero luctu nos, totaq; reples
In facie quorum lacrymas gemitusq; madentes
Morte Leopoliensis adhuc cernuntur oborti — M. Joannes Leopolita
Nec dolor ex tristi suscepto funere Grzebij — Stan. Grzebski
Aruit, Chr fuerant clarissima lumina Musis
Ingenio priscos superabant ambo Poëtas
Qui triplicem norant linguam cyclumq; Sophorum ×
Additus hisce comes fueras facundus et acer
Cui dedit ore loqui Clio formosa rotundo
Cui floridum molli de pectore fundere carmen
Et frontem laetam, fulgentiaq; arma loquendi
De rebus caelo natis VERBOrum tonantis
Raptus es ante diem Sambor tempusq; senectae
Tot linquens nobis immensa volumina scriptis — m eius opera
Ingenij studijq; tui confecta labore
Tot nedum perfecta relinquens, flebile visu — multa nondum perfecta
Et quibus cum priscis poterant certare Poëtis
Extremam manum tantis imponere libris
Te vetuere Parcae noluerunt? Anne inodora
Multorum livor? qui morsu sufferat atro
Quidquid ab eximio cognoscit pectore natum
An quia non digni nos sumus munere tanto?
O utinam prius è latebris in vulgus abissent
Materiae grandes: quas infima pectore nunquam
Cingere atq; stylo simili exornare valebunt
Aspera quum filum praedens abrumperet ore.
Atropos et tumulo, tua conderet ossa recenti
Tu tua scribendo transmittis tempora vitae
Tu tenebrosa fugis nec claris otia digna
Ut vivus et per ora virum volitando manusq;
Perpetuam tibi conciliens laudemq; decusq;
Te tecum tuto capiant plaudissima caeli
Limina non motamq; tibi dent vivere vitam
Te terra quibus dederant eadem nunc ubere laeto
Accipient reducem, summo cum funere lucis
Nox ubi cum tenebris nulla est sed gaudia vitae
Agmina laeta Patrum, soboles castissima divum
Omnes Caelicolae, atq; omnes supera alta tenentes.

Progenies Magna coeli quae viuit in arce
Quae dulces audit cantus cantatque vicissim
Et faciem spectans nihil admirabile Iesu
Virginis os habitumque Dei Solemque Lunamque
Et quodcunque fouet species pulcherrima coeli
Felices animas felicia corda virorum
Pondere corporeo carnis quoque mole solutas
Quas nihil impediat sceleris nihil arceat alto
Conspectu Regis Christi mundumque regentis
Si via clamosi vivum qui tabida corpora gestant
Corrupto coeli tractu dum lethifer annus
Arboribusque satisque lues pestisque famesque
Adveniunt animas dulces et corpora vexat
Non fremitus Martis, non bella ferocia terris
Arentes herbas victum et spes aegra negabit
Expectas, tantis iam liber usque periclis
Non tibi mutanda sedes, non littora non res
Hos ea damna manent qui [illegible] in corpore sudant
Tu liber et mortis sera formidine Coelum
Cernis ubi nostrosque Patres de more salutas
Glogouios, Sadkos, Cosminos atque Rauenses
Grzebscium: et insigni clarum nouo lumine natos
Quotquot Leonis in Urbe, sat[illegible] aut Academica tecta
Posthabitis coluere iocis, pia iura docentes
Artes septenas, docentque cuncta Sophorum
Aut triplices linguas, inventaque splendida vatum.

Videtur autem hoc Epicedion descriptum esse, ex aliquo manuscripto libro. Nam multa sunt castiganda contra carminis leges, quae ego non attigi ut describentis servarem fidem. Quaecunque autem ab illis magnis viris vel primo impetu effusa sunt in chartam, omni reverentia a nobis, qui tanto temporis et eruditionis intervallo ab iis distamus, excipienda sunt.

Eidem.

Ut te Roxiacis natum constaret in oris
Mel merum et ambrosiam Samboritano carnis
Fontibus Aonijs sacroque Helicone videris
Exsuxisse tuis Attica mella labris
Ut tibi nectareis maduerunt carmina guttis
Aurifero maduit sic quoque rore manus

In nomine Domini Amen.

Anno Domini Millesimo, quingentesimo Septuagesimo Tertio, die February octavadecima, Ego Magr Gregorius Samboritanus, Cracovij Collega Maior Ecclesiae S. Floriani Cleparvien Canonicus, hoc facio Testamentum: et corpore quidem in parte aeger: sed animo bene sanus, sic ultima voluntate meam dispono: Primum DEO Opt. Max. Animam meam commendo. Deinde res mihi ab eo ad temporalis usus benigne concessas, et datas, ita per Executores meos disponi ac dispensari volo cupio, Rogo: Habeo Pecuniae paratae florenos Monetae Polon. fermi Nonaginta, Interim forsan plures accedent. Ex his Lego pro Exequijs florenos Triginta. Pro Templo S. Catharinae Samborien flor. Sex. Pro Templo S. Mariae in Zielonki florenos Sex. et alios a Pekowsky, quos mihi ad minimum XII. pro trium annorum Decimis debent, Hos Parochus et Aeditui Templi exigat Lego pro Xenodochio Samborien flor. Sex. Pro Templo S. Annae Crac. Fundum istius anni, Hebdomadas, et omne quod mihi Capitulum ipsius debet. Lego Paulo Fratri flor. Sex. Agneti sorori flo. tres. Byszkombus pupillis flor. Sex. Sostacis orphanis flo. unum. F. Amicanis Leopolien flor. 3. F. Dominicanis Posnanien flor. tres. Si quis puerorum Samb. legit pro me orationis Brigittae de Passione Dni quotidie in Templo per annum unum, ei lego flor. duos. Legenti ibidem pro me Cursus B. M. V. unius nocturni Trigesies, lego grossos quindecim. Eunti pro me ad Czestochowa, flor. unum. Ieiunanti pro me in quolibet anni Mense diem unum, grossos duodecim. Sacerdotib. Samborien Vigilias et Missam pro me canentib. flor. unum cum Cantore et acolito. Ita Anniversarium canentibus ijsdem flor. unum. Sebastiano a Fulsztin ibidem Parocho Posit. libras Ecclesiae mea supr. leuis flor. decem; Alioqui M. Andreae Parocho Samb. eidem ut fiat pro aliquem curanti. F. Simos Gorbio flo. unum. Legenti missas pro benefactorib. meis flor. unum. Pro imagini simplici, in qua sit S. Anna Tergemina una mecum et Parentibus meis flor. Tres aut si, plures

Libros meos omnes lego Scholae Samborien pro D. Parochum aut COSS. disponendos, quorum usum habeant Studiosi pietatis et clericum puerj. Credo his suos D. Parochum olim adiuturos esse. Vestes: Georgio fratri vestem nouam nigram, aut pro vendita pecuniam florenorum duodecim et qs decem a reformationi datorum, caligas unas: cortinam cum Lepusculis texta. Indumenta balnei duo: mappam: pellem vulpinam veterem cum veteri suo panno: crumenam, als Vack. Paulo Fratri meo, vestem et pileum pluuialis: vestem pectoralem pellitam nouiorem, pellem simplex pellitum vetus. Indusia meliora tria: vestem quotidianam, caligas alteras. Hedwigi sorori meae cum filiab. suis, vestem puniceam, pileum nouum pellitum serici villosi. als axamitnie. Agneti cum filiab. suis Linea vestimenta vetera et noua cum cussinis et lectisternijs. Lego Ioanni Zelaro Civi Samborien Agnum Dei, cum reliquijs. Uxori eius speculum. Casparino Ratobezyna ibidem lego Sphaerulas precatorias a summo Pont. benedictas, una cum Psalmis eius specientib. et Regulam Stancziaris minus. Lego Laurentio caro Casimir. mensa et cista veteres. et scabe. Vestem nouam magnam pellitam viginti propter flor. constantem lego pro elocatione duarum puellarum Samborien bene educatarum pauperum, in matrimonium honestum. Lego Matthaeo Sybnay: civi Crac. Sculptas in ligneis Tabellis Imagines, et excusa libelli Confessionalia Lego Collegis meis Ristulum Scriptorium nouum, quem a M. Wnikowo Collega meo emeram pro viginti duob. is est nunc in Sokolowij habitatione. Lignorum unam partem lego Scholae S. Annae Crac. Aliam partem Scholae S. Spus: Tertiam Annae Cerazykowa: et Annae famulae olim Praepositi S. Annae. Amicus. Liber Andreae Vega est D. olim Leopol. Alij libri Collegis reddantur eis. Libri Rx. D. Martini Cromeri Epi Varmien in Psalterium mihi ad usum datos, restituantur ad eius Oeconomum D. Parochum S. Stephani. Tela noua linea filiae Georgij fratris mei Margaretae cedat. Dalmaticum flor. Sex. Suppellectilis flor. quatuor fere cum defectioribus constitit flor quatuor. Sacculus nouus flor. uno: amphora ania flor. uno. Pallium et caputium Theologicum flor. quatuor, vendatur. Alioqui cognatis meis cedant. Ad refectionem Communitatis meae flor. tres Lego. Biretum nigrum vetus praefecto Scholae S. Annae. Epomidem als kaptur magisterialem sexagena constantem minoris vendi volo. Libri sex Scripti, seu potius Opus Anonymi Libr. 6. constans pro me emi, datus Dec aut Pri Melchiori Dominicano: aut Pri Brioj Cracovien restituatur, una cum libello parvo impresso Compilationum Variarum. Erant apud me in usu. Catalogus librorum M. Andreae Borgelo reddatur. Speculum Aur. Uxori Georgij Fratris mei dentur. aut ipsi Fili. Fictilia vasa Servitor accipiat.

Videtur mihi hoc Testamentum, posterius descripta copia, in originali manu propria Gregorii descripto, hic affixum fuisse et esse. Dedicatio enim breviuscula Polyhymniae Joanni Vaelicziano facta et manu propria Auctoris exarata, eadem qua hocce Testamentum scripturam in toto refert. Vidi et saepe dictum opusculum in Bibliotheca. Nostra asservatur vario loco 3°, nunc sub Signo X. XV. 45. reperibile.

Debeo quaedam quibusdam. R. olim Doctori Sebastiano debui marcas decem: praeter illi cum aliquot florenos dedi: et post Mortem Epithaphium ei scripsi, e quali dabatur mihi taleri 2, ab alijs.
Debui Ioanni Herbesto flor. sex, sed videtur mihi, me illi restituisse. Et tamen vel illi, vel cognatis eius, vel Templo Nouemiasto reddantur isti sex floreni. Debui R. olim Doctori Joanni Leopolien. taleros tres; sed videor mihi eos reddidisse, Nam et per quinque fermi annos, nulla eorum apud quenquam neque apud me fuit mentio. Debui Communitati meae florenos pro lignis ciuitati omnibus solutis communes quinquaginta: eos per manus M. Clodaiitz tunc in Judicio po mestico existentis. Et tamen ille bonus vir, nescio quam ob causam chirographum meum mihi reddere noluit, neque hactenus reddidit. Debeo Vniuersitati flor. quinquaginta pro torque aureo quem in Ciuitatis usum oppignoraui. Sed.
Debet mihi Ciuitas florinos quinquaginta: quos inter alios in eius usus exposui, ac alios cum expensis aliquot. Petijerat aut mihi redderet: aut longum acciperet a debitoribus meis 50 flo. in se noluit. Maneat ipsa Amicis meis pauperem [illegible] pati quam ipsa [illegible]. Debet mihi M. Iosephus Vrzedow Marcas [illegible] viginti tres et quod est Ex Capitulo S. Floriani et Anno [illegible] aliqua mihi pueniret, quod cognatis meis reddantur.
Reius Canonicatus mei apud S. Flor. pro redemptione Conuiuij fecerit [illegible] Iustitiam. Nec Longum in eo vixi, nec multum ex eo accepi.
Ad eorum triginta flor. apud Tomiscii ex Morauica [illegible], aut forsan [illegible] condonatorum, nihil ego pertineo. Constat D. Doctorem [illegible] M. Nouinum Clodaii. M. Joan. Vrchouium M. Josephum Vrzedouium quod [illegible] in [illegible] inscriptum meam [illegible] cum in scriptionis forma fecisse mihi [illegible], Si fiscaui registra Ms [illegible], et milij ex [illegible] debiti omitterent. [illegible] acta ista produxit in publicum forte absoluere. Alioquin plerumque manifesta sunt errore et culpam in me transferri conabuntur impudentes: DEVM APELLO Iudicem, quem non [illegible] neque [illegible] neque fauoris Iustum. M. Gabrielem audio [illegible] [illegible] ab Mersade Polzeruski decem florinos reddet. Et [illegible] a Mora, et Nadzwedz Ostrongouiae Debet mihi per [illegible] anno [illegible] pauperes [illegible] duodecim: Pelowskij [illegible] anni [illegible] Debet ad minimum flor. [illegible]
In Executores mihi eligo, Viros tres pios, et fideliss.mos, Primum Generosum Dominum Nicolaum Taranowski, hominem in Dei et Proximi gratiam multa facientem. cui Lego [illegible] nouas: Mensam nouam: Gutturnium Stanneum maius: Castrum nouum: [illegible] [illegible], Aut, si maluit, flor. sex. Secundum M. Joan Curelouium S. Floriani Canonicum, hominem Deum timentem, ac M. [illegible]. Cui Lego Cantaros duos: patinas duas, et Orbem de stanno. Candelabrum [illegible] cum [illegible] Laternam corneam: Briclum [illegible] sine pelle, pugillaria minora cum spongio Vasa lignea. Craticulam et [illegible], Clepsydram, [illegible] Aut si maluit, flor. sex. Tertium M. Andream Bargielum Calissien. Decanum Samboriensem, virum [illegible] amicum mihi Chariss. Cui lego pugillatoria Maiora: Cortinam nouam, [illegible] vtrumque, Imaginem Christi [illegible]: et [illegible] Britum pellitum. Aut si maluit, flor. sex. Quos ego moribundus per Deum Optimum Max. precor, vt non tam propter me et [illegible] cognatos pauperes meos, quod ipsi ipsi Deum contenti sint rebus assignatis, et quantacunque potuerint operam in rebus ipsis [illegible] pirsent A Deo laudem et bonorum gratiam. A bonis [illegible] existimationem bonam habituri Res hic forte non singillatim descriptas aut [illegible] [illegible] quoque sunt, cognatis meis, et alijs pauperibus. Sambor [illegible] [illegible] D. [illegible] Samboriensis [illegible] distribuat in Timore Dei, De [illegible] [illegible] multa [illegible] Cognosstator [illegible]. [illegible] flor. [illegible] [illegible] [illegible] Quartalem Vt [illegible] 1572. [illegible] M. Curelouius, M. Clodaii. M. Sadek, vel [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Jesu [illegible] ex [illegible] mei [illegible], quae non sunt [illegible]. Haec ergo [illegible] ad mensam scripsi.

Idem qui supra manu mea propria ac sigillo [illegible]

Sebastianus [illegible] [illegible]

Opuscula mea Impressa, Non impressa, et Scripta
&c. ac exemplaria, et omnes conciones,
Poemata, in vase inclusa ligneo magno. [illegible]
Scamborio transmittantur, ut M. Andreas [illegible]
[illegible] per Sebast. [illegible] aut emendanda,
et imprimenda [illegible] Regii [illegible]
Salario Emendatoris [illegible] ex [illegible]
[illegible]

Ita quae supra

Quae in [illegible] aut Scamb. cognati [illegible] [illegible] sunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Ita quae supra.

Carmina de Epithalamio Regis [illegible], et alia de [illegible] [illegible] corrigi et edi [illegible]

Ita [illegible]

Scyphos quos cum tabula Argenti meliores D. Tarnowio: Altos M. Cur[illegible]. [illegible] M. [illegible]. Executorib. lego.

Sigillum meum [illegible] [illegible].

[illegible] Executoribus.

Ita q supra.

D. Doctori [illegible] [illegible] [illegible]

Ita q [illegible]

Testamentum M. Gregorii Sambontani Canci S. Floriani

Testamentum M. Gre-
gorij Sampovitani quod
fecit facultate [illegible]
Generosus D. Mat. Baranowski
Zgrozanus et M. Joan Curylo-
nij quos in Executores
elegi.

Hac donante, labor quidquid congessit honestus
Factus et exiguas prodigus inter opes
Omnia Sanctus amor, cum spargeret omnia tandem
In proprios iterum mox rediere sinus;
Nam cum diligeres patientis vulnera Christi
Dilectus dilecto omnia Christus erat

M. Joannes Zamojski Archieps Leopoliensis

Joannes Zamoscius Archieps Leopolien. mortalis cum esset, et Patriae quidem ac amicis
parum; sed gloriae et naturae satis vixisset, ultimum eidem debitum Anno 1614 exolvit
animam ut nobiliorem sui partem coelitus delatam, propriis sedibus restituit, praestan-
tissimarum Virtutum singulare exemplum posteritati conservavit. Vitae laudabiliter transa-
ctae immortalem memoriam in ore et animis omnium condidit, ut quotiescunque nominis
eius fit mentio, totas mentes audientium subeat necesse est ingens quaedam boni Praesulis
admiratio, atque non vulgare ad imitandas plurimas eius virtutes studium. Non defuerunt
qui laudes viri et merita doctissimi et disertissimis debitis encomiis celebrarunt. Ego
summa nominis capita in decursu virorum Academicorum attingam, plenam segetem
Oratoribus et historicis in eo describendo relinquens.
Vetusta in ducatu Masoviae Zamosciorum de stemmate Grimaliorum nobilissimus pa-
rentibus Joannes progenitus in prima juventa sedulam juventutis operam artibus liberali-
bus penes Academiam Crac. quas illius summis principibus commendaverunt. et ingenuis si-
mul publicis negotiis juvanserunt ... ornavit. Domicilium illi fuit Bursa ut vulgo
vocatur Jerusalem ... Praeceptores lectissimi quique Professores ac inter alios Martinus
Pilsnensis. Decurso felicissime Studiorum cursu. Sumptaque utraque in Phia Laurea.
cum sciret se esse Patriae natum, totum se ad Remp. convertit ad cuius scopum
omnes suas in disciplinis perdiscendis vigilias collineabat ut aliquando eidem
prodesse posset. Ac primum ad aulam Regiam Stephani Primi sese contulit, ubi
tanquam in luce positus et eminentissimum suum ingenium ostenderet, et diuturnam
nomini suo gloriam compararet. Nec male suis propositis fortuna favit. Brevi enim
e collegio assessorum judicum Curialium inter eos qui Regi a secretis fuerunt
est adoptatus, quod in causis discernendis, tum in ceteris negotiis peragendis summam
fidem et dexteritatem suam semper probaret. Atque in eo munere versatus et in-
Stephani et in Sigismundi III animo tantam virtutis suae opinionem concitavit, ut Ayn
Stephanus ad Gregorium XIII in causa suae electionis, et iterum ad exorandos in Aca-
demiam Crac. R. Antonium Murettum, Zabarellam. Papiam cum stato sapientissimos Di-
ros pro cathedris ornandis. et Sigis. III ad Amuratem Turcarum Imperatorem 1589 ×
Regno Poloniae infensum ac ei imminentem, cum stato Legati amandarent. qui
cum nonnulli plurimum essent tantorum principum de longe Maiestatem venerari, qui
dum pro maxima felicitatis parte aliquem eorum adysse. Certe Zamoscius (si innata
tu modestia permisisset) iure meritissimo gloriari poterat se apud summum Pontificem
per alterum Christianum, legationibus functum fuisse gravissima et universae Christiani-
tatis apprime necessaria negotia felicissime tractavisse. A Turcarum vero Caesare
aliquis Tyranno etiam munera retulisse. Multa et singularia eius in Remp. et
privatos officia praeterire debeo ut reliquum eius vitae cursum percurrat. circa navali
Itaque cum Zamoscius maiorem vitae partem, in pulvere scholastico ac sudore, postea in
aula tanquam in periculosissimo ac inter Syrtim et Charybdim posito mari pluri-
morum negotiorum fluctibus obrutus et variis invidiarum procellis vexatus, transegisset.
Summo studio, ut reliquum aetatis in aliquo abdito recessu tranquillo peragere-
tur exoptavit. Qua in parte votis eius Rex Sigismundus indulsit, delata ei
dem Abbatia Plocensi. In qua cum ipse libenter acquiescerat. fata tamen alio
eundem habebant, alio fortuna invitabat, alio Respublica postulabat. Vacante enim
post Demetrii Solikovii mortem sede Archiepiscopali Leopoliensi. Rex eidem
talem virum quaerebat qui muneri huic cum summo Ecclesiae ornamento, et Rei-
Publicae emolumento posset.

et non tam facile quam optaverat inter Curiales inveniens, ab aula ad Asisterium
S. Benedicti limina sua retorquens ultro adrexit Zamoscium nostrum, in mira soli-
tudine religiosam vitam sanctissime viventem et seposita omni cura secularium ne-
gotiorum divino cultui vacantem, ipsumque e tenebris in lucem, a Cuculla ad Tiaram
e tranquillo recessu ad Euripum Publicae agitationis protrahit. Leopoliensem Archi-
episcopum nominat et Regni secundum Senatorem facit et ad Throno proximam dignitatem
assumpsit. Tanta Regis gratia Joannes tanto in Reip. splendore Zamoscius
quanquam libentius caruisset qui Deo in claustro servire et sibimet imperare
ac amplissimum esse regnum reputaret. Deesse tamen et Regis voluntati et
Patriae necessitati noluit jugoque colla quod Pallium nuncupatur submisit. Vir-
tutis exercendae amplissimum campum sibi aperiri sentiens. Felix Russia
cui ad perpetuum posteritatis ornamentum talem Praesulem fata dederunt qui et vitae
sanctitate, et in omnibus negotijs peragendis dexteritate, et summa erga salutem ani-
marum vigilantia successoris in officio suo Pastoribus nobilissimum exemplar re-
linqueret. Beata Leopolis Russiae caput quae Zamoscium Antistitem habuisti.
Talem enim Pontificem tuum esse decebat, ad cujus nominis famam barbari et
feri homines mitescerent Schismatici et ab Unione excussi in sinum et gremium
Ecclesiae accurrerent. Vicini Pagani in sacrosancti baptismatis fonte renati JESU
nomen adorarent. Fideles Oves vocem Pastoris audirent et ab ejus ore penderent.
Praecipuam esse in omni praesule virtutem existimo, ut bono exemplo vitae tanquam
face quadam populo praeluceat. Divinus ea peregrinatio fuit ac Zamoscij post-
quam enim ad hoc sublime dignitatis fastigium evectus fuit nihilo factus elatior
tam in victu quam in amictu antiquam coenobij sui omnibus sese monstravit
modestiam ut ejus sublimi humilitati omnis se fastus et superbiae vitae sub-
mitteret. Regulam S. Benedicti semel professus extra regulam nihil egit dixit fecit
unquam. In ipso ingressu ad Episcopatum, quem frequentia hospitum invitatorum
alij solennem faciunt, modestiam demonstravit. Suo enim nonnisi Rde Officij
et dignitatis habitu comitatu. Leopolim veniens, a Clero numerosissimo et
a populo occurrente in Ecclesiam intravit. Epulis nullis nulla convivia nul-
la congiarii apposita ea die ut alijs mos est fuere apposita divinis laudibus
vacatum. Sequenti die Capitulares et Clerum nec non ea Senatus urbici
frugali mensa excepit. Factus norma gregis orationibus supplicationibus
administrationi Sacramentorum. Dijudicandis causis nunquam defuit. In
depravatos mores Cleri adrexit. Probos sacerdotes benigne habuit, in-
pro Clero suo indictionem iniquissimo Reip. tempore praestitit. Viros
eruditos dilexit beneficijs ornare studuit illud saepius repetens se
hoc unicum optare ut nonnisi docti in collegium Canonicorum adlegerentur.
Ecclesiae proventus non in convivia aut commessationes, non in aucupia
et venationes verum ad pia opera sublevandos egenos, augenda sacra
dotanda dotanda Coenobia convertit ut nullus sit locus Leopoli sacer quem
ille annuo censu non providerit. Tectum templi Cathedralis aere texit
interiores parietes tapetibus in Turcia elaboratis ornavit. Sacellum ab
condi debuit erexit et dotavit.+ Senator Regni tam bonus quam dan-
dus Consul. Post Deum patria carius nihil habuit calamitatibus et
casibus ejus intime indoluit, et quantum in eo virium erat ad suble-
vandam opis et operae ferebat. Veritatem in oculis et in dentibus ferebat.

+ Jesuitarum et Carmelitarum Discalceatorum Coenobijs Leo-
polim auxit.

nullius respectu habito dicebat. maluitq gratia ipsius etiam inimicitias gerere
quam in illius offensionem incurrere. Frugalitatem privatim magnificentiam pu:
blice servavit. Unde verbum illi solenne erat. Sextantem se aegre e manibus
dimittere ubi opus non sit, millenos florenos ubi res posceret non magnifa:
cere. Unde aerario publico suspirante. ipse 13 pro bello Moschovitico suppeditavit
pro redimendis captivis de servitute Turcarum mille aureos nummos expendit
Multos liberalitate sua sublevavit, multis sua erogavit, et in excipiendis Roxolani
cis magnatibus nemo illo splendidior fuit. Principes Confoederationis Militaris
qui ob non soluta stipendia Regis Rei Publicae et Ecclesiae bona invaserant et fru:
ctus omnes in usus suos convertebant, et hortationibus paternis et auctoritate
tamen suis ob oculos illis ponendis ad obsequium Ducebant ad Regis commiss.
ationem adducebat. qua in sollicitudine valetudinem afflixit insigniter et
debilitavit. Academiae Cracoviensi singulariter affectus. devastationem fundi Bro:
nonice apud Confoederatos ut potuit obtentis 150. fl. vindicavit. Quinque milli
a florenorum ad censum pro Collegio Maiori, Minori et Contubernio Theolo:
gicum, et pro VI Studiosis qui in Acad. Crac. literis operam darent legavit
Pro Universitate Crac. ne nova aliqua Posnaniae apud Societatem erigeretur
ardenter ad Paulum V. P.P. scripsit. 5 Tertia Aprilis Condito testamento e:
vivis discessit 1614 Cuius hoc est insculptum in Sepulchro epithaphium.
Joannes Zamoyski Gymnasiis. quod vide in Vitis Archiepiscoporum Leopol
Poculum Argenteum cum Cratere, à Turcarum Imperatore sibi, dum nomine Si
gismundi III Regis Poloniae Legatione fungeretur donatum, Venerabili
Maioris domus Communitati gratissimo animo, in signum amoris sui
erga Universitatem donavit. Cuius quidem Epicopium membrum et veluti
cor fuit et est Collegium Maius.

Literarum vero pro Univ. Crac. eiusdem tenor qui sequitur ô talis

Beatissime Pater

Orta est controversia inter Academicos Cracovienses, et Soc. JESU PP. Patres
Academici queruntur et moleste ferunt, quod PP. Societ. J. locatis hinc in:
de per Regnum Poloniae et Magnum Ducatum Lituaniae, plus quam quin:
decim praeter residentiarum domos collegiis, insuper in Collegio Posna:
niensi novam Academiam excitare moliuntur. Unde Academiae verentur et
metuunt, ne plurimum Jus Academiae decedat. quandoquidem PP. Societ. J.
Suis et tot Collegiorum Studiosis legem imponere possunt, ut spreta Aca:
demia Cracoviensi pro capessendis gradibus, quos hactenus in Acad.
Crac. consequebantur, ad Academiam Posnaniensem confluant et sic Aca:
demia Crac. in solitudinem atque desertum vertatur. Ego Beatissime Pater
ad eandem Causam, tanquam filius à Matre, ab eadem Acad. Cracovien.
exitus, ita eam Sanctitati Vestrae commendo, ut nihil aliud obtinere pro:
sumam, quam ut Sanctitatis Vestrae, hoc est Apostolico arbitrio terminetur
Utraque enim pars pro religione se certare affirmat. Utraque Dei nego
tium gerere dicit. Inter zelum igitur et zelum, maxime S.V. quam
Deus.

Dlus S. religioni praeesse voluit) judicare et quidnam sit secundum Scientiam
discernere convenit. Certe vero Charitatis esse duco, ut alius alium non prae-
mat, non coangustet, et ita Dei negotium curet, ut proximo non sit gravis aut
molestus. Tum vero ut Acad. Crac. quae me adolescentem erudivit et suis laureis
ornavit, debitum coram S. V. exolvam, hoc pro illa apud S. V. testimonium libens
ac volens depono. Quod sit et semper fuerit S. Sedi Aplicae addictissima, devotis-
sima atque subiectissima. Quod a sua fundatione, ne levissima quidem alicuius
haereseos macula unquam fuerit aspersa, Quodque sit ingeniorum altrix fecundis-
sima atque felicissima, ita ut ausim S. V. affirmare quotquot in Regno
huiusce nostri Ordinibus dignos aut summos viros, ac ubique tam Ecclesiae quam
Saeculari Reip. utiles habemus, omnes ex illa prodiisse. Proinde ac merito
S. Sedes Aplica semper eidem Acad. patrocinabatur, non solum contra
domesticos, verum etiam contra externos. Julius enim II gloriosae ille S. V.
Antecessor, non est passus, uti Vratislavienses (quod nostri Annales testantur)
novam Academiam in diminutionem Cracov. erigerent, quamvis Uladislai
potentissimi Bohemiae et Hungariae Regis fulti autoritate, id summopere effica-
ce conarentur. Cuius beneficii atque patrocinii apud nos et in Academia [illegible]
immortalis est memoria. Nec illud praetermittendum esse puto, Quod
conversi[illegible] mutationes et novationes semper suspectas habuerint. Non video etiam
quomodo Patres S. J. Academiis nrae et dignitatem sustinere possint, cum
ipsi praecipue Theologiam tractent. Jurisprudentiam vero Medicinam Mathe-
matica et Politicas artes ne attingant quidem. Magisque vereor ne antiquam
Academiam perturbent quam ut novam efficiant. Quod ego cum S. V.
summo judicio ac prudentiae melius et exactius perpendenda relinquo.
Quod vero meum est Deum O. M. supplex oro, ut Sanctitatem V.
diutissime salvam nobis et incolumem Ecclesiae Dei servet. Tum vero beatis-
simos Sae Vrae pedes exosculor subiectissime, meque ac Clerum meum de-
votissime S. V. commendo. Dat. Leopoli 1614 2 Januarii

Joannes Zamoyski Archiepus Leop.
Abbas [illegible]

M. Joannes Dantiscy Epus Varmien. et Culmen. olim
S. Romani Imperij Princeps.

Joannes de Curys à familia, a patria Dantiscus, a cognomine quod sibi im
posuerat Linodesmon. bonis literis et Virtute, supremam in Eccl.a Varmien.
adeptus est dignitatem. Arti Pangendorum versuum addictus, non in Epigramma:
tum argutijs ingenij acumen ostentavit aut in diversorum Poëmatum compo
sitione Poëticum furorem spiravit, verum ipso Deo mentem suam agitante verus
vates evasit, cum pro Lyra Appollinis et fistulis Musarum Sacrae Scriptu:
rae et Lectioni Prophetarum continuo inhaerens, tanquam unus ex illis futura
Scelera populo annunciavit, et iram Vindicem Dei jam jam imminentem scele:
ratis vaticinatus est. Dum eum minor teneret status, more aliorum Pro:
fessorum Academiae nrae et pia aliorum Catholicorum erga Salvatorem Mundi
devotione, Terram Sanctam adyt, Palaestinam Iudaeam, Syriam Arabiam Cretam
Dulichium Corcyram Rhodum, Graeciam, lustravit. Urbem Hierosolimitanam
et in ea vestigia, Christi Sanguine conspersa devotissime veneratus est.
Scriptione Poëmatum inter Claros Parnassi nostratis viros inclaruit
Agendorum vero eximia felicitate, etiam Aulae Jagellonicae innotuit.
inter cuius Judices Curiales receptus, variarum Commissionum sibi
factarum expeditione capacem animum quorumvis machinorum negotio
rum exequendorum demonstravit, quare eorum numero qui a Secretis
Regi Poloniae recensus, non otiosus aliquis sed cum eximiae laudis
elogio maior inter eos fuit appellatus. Tandem à Sigismundo Imo
Regni Senator Creatus, excelsi animi, incorrupti judicij argumentis
officium Senatoris boni adimplevit. Ad Clementem VII. Papam Maxi:
milianum Imum et Carolum V. Caesares, ad Ferdinandum Bohemiae Regem
omnesque pene, Christiani Orbis Monarchas, totos duodecim annos Orator
Regius Germaniam Italiam Galliam Hispaniam. Brittaniam Belgium
Daniamque non legationibus magis, quam laudibus peragravit. Cum Ve:
neta Resp. victricibus Imperatoris armis premeretur ter ad eorum
castra missus Legatus, certis conditionibus Venetis pacem dedit. Carolo
V. Sceptrum Imperij Romani Ferdinando tradituro, omnium Regum et
principum legatis ab se dimissis, unum ex omnibus Dantiscum
elegit qui se è Belgio in Hispaniam usque comitaretur, ex qua
reversus, exemplo Imperatoris, secularibus omnibus negotijs ab:
jectis, in specula suae ecclesiae constitutus, plebis suae scelera vo:
ce plus humana arguebat, ad viam veritatis et poenitentiae re:
vocabat. Gedano Patriae suae carissimae, ruinam ob exaggerata
flagitia et peccata in coelum clamantia metuens. Persona Jonae Prophe:
tae assumpta interitum Ninivae vaticinatus est Nisi (quod illico
fecerunt) cinere conspersa, seria vitae emendatione Deum placaret.
Hanc ipsius Vaticinationem post Centum annos superbae Civitati et Ci
stas Cond Vladislaum IV Regem Poloniae exigenti Eliseus Chri
Montanus 1649 in memoriam revocavit. Scripsit praeterea Epitha
lamium in Nuptijs Sigismundi Imi R.P. ac Illmae Principis Barbarae, filiae [illegible]
quondam Stephani Comitis perpetui Scepusiensis et Regni Hungariae Palatini. Apopho
reta. Sylvam et alia quae leges in Odeporico Riccardi Bartholini

[illegible] Gdansky Prorok

M. Joannes Lubrańskj Artium et Decretorum Doctor
Eps Posnaniensis

118
287

Rudolphus Wassenburgensis sus observantis in Rd. Praesulem
ergo Carmen Saphicum hoc posuit
ad Introductionem loca Poloniae
M. Joannis de Stobnicza. 1538

In tuas quamvis mea Musa laudes
Torpeat Praesul teneris sub annis
Te tamen versu celebrande gestit
Dicere Saphus

Gentis Antistes decus et potentis
Ipse LZBRAXI: Patriisque splendor
Sic tuum nomen trifido pererrat
Climata terris

Inclytis virtus generosa gentis
Sic tuis floret per hos in annos
Ut Tripartita hoc remaneat virenti
Pinus honore

Tu viros Xristi colis exequentes
Jura vel lege superisque divis
Qui modis cœli: studiisque juvenum
Gaudia magno

Alter in sacris Numa praedicaris
Aedibus: regem recolens Tonantem
Ut tuae genti faveat: nec urbe
Deserat ...

Ejus studiis bene facta muris
Moenia vitam queat in quieta
Ante non tutum placido sacerdos
Psallere Christo

Xama proruptis tua templa muro
Sacra vallasti, quibus irruebant
Ante latrones jugulum petentes
Canonicorum

Ipse virtutes sequeris beatas
Cum quibus summa resides in arce
Gloriae: et tandem penetrabis alti
Cardinis axes

Diceris clemens: pius et benignus:
Atque doctorum facilis virorum
Fautor: sibi quod patescat
Janua semper

Pluribus affers suppetias alumnis
Et tibi cordi est studiosa pubes
Unde complures aliis in palaestris
Saepe sacratis

Ergo te cuncti venerentur atque
Te colant, laudent celebrent anentes
Vulgus et praestans procerum ac dilecta
Turba virorum

Regia nobis venerandus urbe es
Quam duo cingunt altipotentem
Quamque diffuso secat inquietus
Vistula fluctu

Nunc velim vultu capias sereno
Codicem ducdus modo Stobnicensis
Quem tibi multa dicat arte factum
Rite magister

\+

M. Joannes Ursinus M. D.

Joannes Ursinus Leopoli in Russia ~~natus~~, Patre Valentino Ursino honesto et nobili
natus, in prima pueritia, utroq parente orbatus, cum illa Civitas, imo totum post mor:
tem Sigismundi Augusti Poloniae Regnum, gravissime pestilentia vexaretur: datus
fuit in tutelam Viro Clarissimo et integerrimo Jacobo Mytzkowsky, in cuius disципli
na, adeo severis moribus imbutus est, ut alumnus tanti Viri semper fuisse agno:
sceretur. Leopoli primum sub optimis praeceptoribus, Renato, Radiano, Sebastiano
Petricio, Graecis et Latinis literis instructus, plurimum Simoni Simonidae addictus
erat, cuius autoritate humaniores literas adeo excoluit, ut inter suos coaetaneos
praecipuus esse censeretur. Cracoviam adultus petijt et in Philosophicis atq Mat:
thematicis disciplinis Valentino Fontano Viro doctissimo usus est. Mortem Stani:
slaj Slovaij Medici et Astrologi praestantissimi, iniquissime tulit, cum enim
Doctorem in disciplina Geometrica et Astrologia habuit. Vocatus in Patriam ad
juventutis institutionem, vitae asperitate et exacta professione humaniorum lite:
rarum, tum quod severius dissolutam juventutem castigaret, civibus quibusdam
displicuit, praesertim qui a Graecis literis abhorrebant. Habuit Collegam et:
damum Bursium Virum literatissimum qui Scholae illius Rector erat, ambo si:
mul gravissima disciplina juventutem fervientem cohibebant, cum Grammaticae
docendae praefectus esset, ipsius methodum felicissime conscripsit. Dialecticam e:
tiam, nimirum facultate Graece ex Aristotele collectam, compendiose edidit, praecipue
tamen in Geometria, Arithmetica, Ecclesiastico ut vocant Computo docendis ope:
ram navavit, Romanae historiae, dum epistolas M. Tullij Ciceronis, tam fa:
miliares quam eas quae ad Atticum inscribuntur, explicaret, diligentissimus enar:
rator fuit. Cum autem Cives ipsi infensi essent, Cracoviam una cum Bursio
migravit, ubi in Academia Professione perfunctus, ad Zamoscense Gymnasium
a Joanne Zamoscio Regni Cancellario et Supremo Exercituum duce evocatus est.
Erexerat enim ipse tunc recens Academiam, quam voluit esse, tum viris quam lite:
ris instructissimam, in qua cum Ursinus strenuum se in professione literarum hu:
maniorum et Mathematicarum disciplinarum exhibuisset, a Zamoscio in Italiam
missus est, ut medicinam perdisceret. Videbat enim Vir summus in Ursino et
rerum multiplicem cognitionem, et raram eruditionem; vitae vero eam integritatem
ut tuto seipsum et valetudinem suam ipsi concredere posset. In Medicina per
discenda usus est doctissimis praeceptoribus Hercule Saxonia, Hieronymo ab
Aquapendente, quem etiam Chyrurgiam explicantem diligentissime audivit,
Reversus quinquennio Antenoris Urbe, rursus professioni in Academia Za:
moscensi, parti nimirum illi Philosophiae, quae de natura est mancipatus, do:
cuit summa fide et diligentia, tum viro quam nostro Zamoscio, Unde etiam
a Tutoribus Illmi juvenis Thomae Zamoscij, ad docendum ipsum literas
Mathematicas adhibitus est; in docendo etiam vitam profudit, nam et se:
nio et laboribus fractus, sensibus integris Anno Christi 1600 13 Jan.
mortuus est quinquagenario maior. ibidemq in Ecclesia D. Thomae in qua
Canonicus erat et Sacerdos sepultus. Cui fatis Concedenti tale elo:
gium Simon Birkowsky Philos et M. D. adscripsit.

D. O. M.

Joannes Ursinus
Canonicus et Professor Zamoscensis
Doctor Medicinæ
Vir Summæ eruditionis, et vitæ integerrimæ
In omni literatura accuratissimus
Juventutis institutor fidelissimus et diligentissimus
Moribus comissimus
Pietatis observantissimus
Erga pauperes, Scholasticos, Sacerdotes
Liberalissimus
Omnibus carus nemini molestus.

M. Joannis Cynerski Rachtamouij, S. T. Sentent. Canonici Cracouien. Vita breuiter descripta.

M. Joannes Cynerski Rachtamouius Collega Maior, S. T. Sententiarius, Ecclesiæ Cathedralis Cracou. Canonicus, VIR cum aliis eximiis animi dotibus; tum potissimum oris calamique disertissimi gloriâ, scriptorumque pari elegantiâ ac multitudine Clarissimus, natus est tertio ab Vrbe Cracou. lapide, in Villâ Igotomiâ Capituli S. Floriani, cuius postea Decanus dignissimus extitit, Parentibus simplicibus illis quidem, sed ab animi et fortunæ dotibus non mediocriter instructis. Pueritiam nondum egressus, ex Villâ Igotomiensi Vna cum Parentibus Cracouiam commigrauit, cuius eam Suburbii partem, quæ Krupniki olim dicebatur, incoluit, iamque tum in hortorum culturâ, cuius studio Parentes eius tenebantur, quomodo amœnissima olim Parnassi JAGELLONICI Vireta, totque in eis Nobilissimæ Iuuentutis fragrantissimos flosculos plantaret, et excoleret, non inani prœludio addiscebat. Porrò ex Parentibus, Patrem quidem Virum antiquæ simplicitatis, et honestatis, florentibus adhuc annis, cœlo præmisit; Matrem Verò Catharinam, pientissimam fœminam, candoris et columbinæ simplicitatis speculum, septuagenario fermè maiorem, Vsque ad tempora Typiciaræ Professionis superstitem habuit, et Verè filiali affectu complexus, sumptu proprio honestissimè aluit; Piòs quoque defunctæ cineres in templo Patrum Carmelitarum ad Arenas dicto, quod Vnicè dilexerat, honorificè tumulauit. Postquam Verò eam in puberis ætatis partem attigit, quæ liberalibus disciplinis ad humanitatem informari solet, illicò Vberibus Almæ Matris Academiæ Cracouiensis admotus, pietatis et eruditionis, honestissimæque educationis lac illud dulcissimum exsuxit, quo deinde ad Vlteriora studiorum incrementa, totiusque Vitæ actus eximios est mirificè roboratus. In rudimentis Poëticis, humaniorumque (Vt Vocant) disciplinarum Præceptore inter cæteros Vsus est M. JACOBO VITELLIO, Viro Versæ, prosæque orationis Eloquentiâ clarissimo: Sub cuius felici institutione tantos breui fecit progressus ob ingenii felicitatem, et studii contentionem, Vt coætaneos suos, et Condiscipulos longè post se relinquens insigni præsertim in Arte Poëticâ profectu antecelleret, iamque tum a tardioribus et negligentioribus condiscipulis passim expeteretur, Vt in Exercitiis Scholasticis, præsertim difficilioribus, operam illis suæ impenderet, et commodaret, adeoque hocce studium in eo excreuerat, Vt noctes plerumque insomnes duceret, et aliis inseruiendo, seipsum quodammodo conficeret. Narrabat plerumque, Vt erat Vir Candidissimi pectoris, Parentes suos omnem sibi sumptum, ad lucernæ nocturnæ comparandæ subtrahere solitos, frequenter etiam lychnum, ad quem Vigilabat, exstinxisse, cumque necquicquam proficerent, candelarum sibi copiam iis, quorum in Exercitiis Scholasticis Vices fungebatur, abundè suppeditantibus, Præceptorem suum JACOBVM VITELLIVM adiisse, incusasseque liberalium Artium disciplinas, quæ homines, ita quodammodo dementarent, Vt sui penitus obliuiscerentur, cui filius suus, eò Vsque nocturnis lucubrationibus progressus sit, Vt cum abstrahi ab iis non possit, timendum sit, ne graue aliquod periculum Valetudinis incurrat, et sic in herba, quod aiunt, sine fructu contabescat. Hâc tantâ animi contentione et singulari industriâ celerrimo progressu tam priuati, quàm publici studii curriculo emensus, primâ in Artibus et Philosophiâ laureâ Baccalaureatus meruit coronari. Cum Verò ad informandam iuuentutem eximiis instructus eet dotibus, ad regendam Scholam Neokorcynensem euocatus est; quam quidem prouinciam summâ cum laude modestiæ, fidelitatis in instituendo, Vigilantiæ, et integritatis administrauit, Vberemque admodum prouentum discipulorum habuit, quorum deinde gratitudinem et promptissima officia toto Vitæ decursu expertus est. Porrò cum eius tanta in institutione Juuentutis felicitas, et diligentia longiùs emanâsset, ad instituendam Illmi Comitis Tarnouii charissimam sobolem, maiorum Voluntate destinatus et missus est, in qua etiam pari cum laude, et profectu discipulorum eximio Versatus est, placuitque cum toti illi Nobilissimæ Prosapiæ, tum Affinibus quoque eius, præsertim Ossoliniis, apprimis acerrimo illi ingeniorum Censori Georgio Ossolinio Regni posteà supremo Cancellario, à quo tum et benignè semper habitus, et singularibus encomiis adornatus est. Tandem Verò, cum Nobilissimæ huic Institutioni diligentius incumberet, secundam quoque in Artibus Magisterii, et in Philia Doctoratus lauream obtinuit. Gemino hocce ornatus honore, geminum quoque laborem, et maiorem in Philosophicis, Oratoriisque exercitiis sedulitatem adhibuit, cumque et modestissimæ conuersationis, et exquisitæ eruditionis laude inter cæteros emineret, in oculos Maiorum facilè incurrit, à quibus dignus iudicatus est, cui Scholarum Nouoduorsijanarum Scholæ Dialecticæs Professio, et Contubernii Hierosolymitani Præfectura demandaretur. Hic iam exercendæ Virtutis, et tam colligendæ, quàm instillandæ aliis eruditionis amplissimum nactus spatium, manus (Vt aiunt) operi accingens,

ad oem sese industriam et sedulitatem apprimè composuit, et tanto oneri parem animum Variâ lectione et frequen-
tionibus lucubrationibus praeparauit. Enituit in illo inter caetera fidelissimi Praeceptoris ornamenta magna, in Exercitiis scho-
sticis Tullianae praesertim Eloquentiae cura, et accuratissimum studium, quae ille tanto cum inuentionis acumine, dispositionis
iudicio, elocutionis nitore, et apparatu nobilissimae iuuentuti solitus erat tradere, Vt ea à multis deinde, et asseruarentur
diligentissimè, et passim etiam cum mirificè oibg placerent, describerentur. Accesserunt ad hasce Priuatas lucubra-
tiones Publica etiam opera, quae ab illo, ad quamcunqz honorificam occasionem, eleganti potissimum Poëmate luci pub-
cae mandabantur, quin et domi quoqz non exiguum florentissimae Iuuentutis numerum mensâ conductâ aluit, et ad eam
tàm Virtutis, quàm eruditionis gloriam informauit. Sed cum diurnis nocturnisqz laboribus sine intermissione fatiga-
retur, in morbum tandem grauissimum incidit, in quo iam fermè lethaliter decumbens, à Medicis relictus, et deplora-
tus, Vrnae, quàm Vitae propior, lachrymas oium ingentemqz dolorem promeruit; Diuinâ tandem benignitate, et poten-
dexterâ, ad ornamentum Academiae, et Vlteriores labores seruatus conualuit, suisqz iterum Musis, et desideratissimum
Praeceptorem amantissimè suspirantibus discipulis, redditus atqz restitutus est. Quanquam autem praeteriti labores tanto sibi
Valetudinis ingendio, constitissent, nihilominus tamen, de feruore studii, et fidelissimae institutionis diligentia, nequicquam remi-
sit; otii quippè osor semper fuit maximus, quod etiam et in aliis acerrimè persequebatur, adeòqz capitales inimici-
tias totâ Vitâ cum eo gessit, Vt ipsum etiam mortis agonem nonnisi in sacrae lectionis auscultatione quam sibi
ex D. Bernardi operibus praelegi iusserat, Voluerit terminare. Ergò cum priuatis publicisqz laboribus non exi-
guum meritorum manipulum collegisset, Voluntate Maiorũ ad Collegium minus Vocatus, et inter dignissimos eius
Professores Ordinariam Eloquentiae Professionem felicissimis auspiciis suscepit. Si quisquam alius amplissimae Or-
dinarii Oratoris Professioni; hic certè Vir ore, calamoqz disertissimus, examussim respondit, solitus plerumqz
dicere; non ad Vllam ostentationem, à qua semper abhorruit, sed ex niuei pectoris candore, nullibi se plus, feruen-
tiusqz laborasse, nullibi Vigilias, lucubrationesqz Academicas felicius sibi successisse, calamumqz ad oe genq scriptio-
nis expeditum, nullibi, quàm in Collegio Minori abundantius sibi respondisse. Vt enim primum amplissimae huius Pro-
fessionis ad eum delatae fama percrebuit; illicò numerosa cohors discipulorum sese illi adiunxit, certatimqz illuc
et admodum frequenter nobilissimi Iuuenes conuenire soliti erant, quibus praeter Ordinariam Professionis suae
praelectionem, domi quoqz priuata exercitia genere dicendi accuratissimo et cultissimo exhibebat, multa quoqz
partim alieno nomine, partim proprio insignita opuscula, luci publicae mandabat. Apparebat tum in eo, Viuaxsimus
animus, aetatis et Valetudinis florenti robore firmatus, indefessum studium, mira in scribendo dexteritas, et promptitu-
do. Vnde factum, Vt multa admodum egregia opuscula, ab eiq Musaeo in apricum prodirent, ex quibus Sereni-
XXX Hateczyanam Czarnkouii, Acroâma Pietatis Ducis Radziuilii, Thesaurum meritorum Danilouicii, Debitum pi-
tatis et Prussiam recuperatam, Victoriosissimi Regis Vladislai IV. laudibus (Vt alia multa oibq notissima prae-
dedicauit. Frequenter etiam à Clarissimis Procancellariis Vt potè summo Theologorũ Martino Campio Vadouio
et Vraniae Delicio Stanislao Pudlouio ad Examen eoae Laureae Candidatorum adhibitus est, cum in eo prae-
sertim Vadouius humaniorum literarum locupletissimas supellectilem mirificè complecteretur, nec sine ingenti admira-
cedine auscultaret, quoties ille illustrium Poëtarum testimonia numerosissima, serie promptissima, et fidelissimâ me-
moriâ proferebat. Secesserat quoqz nonnihil ex Collegio Minori ad Institutionem nobilissimi Iuuenis Lesniowolski, quem
cum exacto studiorum curriculo, ad paternos lares reuertentem comitaretur, Zamoscium ex itinere diuertit, Vbi
illius Academiae eximiis Professoribus humanissimè acceptus, ac inprimis à Roxolanae Suadae Principe Andrea
Abrek amicorum integerrimo, et charissimo, officiosissima eorum inse, et promptissima obsequia frequenter ad-
dum dilaudauit. Tempus iam erat, Vt altioribus subselliis Virtus eius altiùs elucesceret, et merita compensaren-
tur; proinde non multò post ad Collegium maius Vocatus, et inter Regios Professores Viros Stagiriticae disci-
nae gloriâ clarissimos, cooptatus est. Cesserat tum fortè Vitâ simul, cathedrâqz Tylicianâ Phoenicis di-
dignissimus Iacobus Piotrowicki Musis Iagiellonis, et summae oium expectationi, Magnatibusqz ami-
ribus immaturo fato ereptus; post cuius obitum communibus oium suffragiis honorificentissima Tylicia-
ni Oratoris Professio, ad candidissimum Cygnum, et Cyneam nostrum delata meritissimo eum, et conuenientis-
simo honore adornauit. Aggressq est hanc nobilissimam Professionem praemissis (uti moris est) solennibus
auspiciis, applaudente sibi M. Thomae Carecuesii eruditissimae Poëseos suauissimo concentu et redi-
uos in eo Italicios, Smieskouicios, Petricios, Vitellios, Piotrowicios, et alios Tylicianae Cathedrae
Tulliis facundissimos, Pindaricis numeris Venerante. In hac eloquentissimorũ Virorum insigni palaestra
postquam triennio toto, eximiâ cum laude, et scriptorũ publicae luci commissorũ, non mediocri copia fi-
delissimè desudasset, oblato sibi Canonicatu, et mox Decanatu S. Annae, ad Philosophicam iterum redit fun-
tionem. Gessit hic alterum in Phica facultate Decanatum, in quo florentissimum XXXV. primae Laureae Can-

didatorum nu

numerum habuit, qualis post eum deinceps nulli Decano contigit, Studiosæ iuventutis amore ad eum incredibiliter se sæpe inclinante, et velut in suavissimum amantissimi Patris sinum confugiente. Post hanc laboriosam Phicæ Decanatus spartam, laboriosior eum et ærumnosior calamitas excepit, vixque non biennio toto exercuit, invictamque animi eius fortitudinem fortissimo impulsu diu tentavit, quam ille tamen non sustinuit patientissimè; sed etiam aheneo pectori heroicè allisit et elisit. Nam cum ob imminentem Theologicam Professionem Philosophicæ stationi renunciâsset, à Theologicâ autem Professione ob exacerbatos maiorum animos diu variâ procrastinatione arceretur, ita inter aram et lapidem, ut aiunt, deprehensus, nec Philosophus, nec Theologus biennio fermè toto afflictissimus permansit; quo tandem tempore Libros Ethicorum Arlis, et Stanislai Socolovii Ecclesiasticas Sacri Oratoris Institutiones doctissimè pariter ac facundissimè explanavit. xx Sub id tempus, vacante Canonicatu Præmisliensi, à Perillri ~~Valentino~~ Friderico Alpperco, Officiali Præmisliensi, Amico intimo, ad suscipiendum eum honorem, literis magno rationum, et Orationis apparatu fusissimè scriptis, invitatus est, iamque animum tot tantisque ærumnis oppressum inclinaverat, petitionemque in proximâ Convocatione, eâ de re instituere decreverat, nisi accurrente Adm Rndo Dno Stanislao Iurcovio, qui id fortè resciverat, in ipso pulsu Campanæ, signo instantis Convocationis exhibente, efficacissimis eius consiliis, ingentique obtestatione, et verbis benevolentissimo affectu plenissimis victus, et quodammodo ligatus, à proposito restitisset. Destitit ergò à præparatâ petitione, locumque Woytovicio petenti liberum concessit, quicquid autem afflictionis hactenus passus fuerat, totum id in roseis, et sanctissimis Xsti vulneribus abscondit, certus non aliundè, quàm ab hoc immenso veræ consolationis Oceano, desideratum in hoc mærore solatium certius et celerius sibi affuturum, tandem verò postquam exorta tempestas nonnihil remisisset, Patrumque animos serenior Phæbus irradiâsset, ad Theologicam facultatem admissus, Canonicatum quoque S. Floriani, Dnicâ Quadragesimæ Lætare dicta, cum ingenti amicorum lætitiâ, post tantos mærores, et cum festivis gratulationibus recepit. Post auspicatissima Theologicæ cathedræ initia, prima eius prælectio D. Pauli Epistolæ ad Romanos explanatio fuit; secuta deinde Apocalypsis D. Joannis, Canonica quoque D. Jacobi Epla, necnon et septem Psalmi Davidici Pœnitentiales dicti, quos tantâ cum fidelitate, tantâ cum variorum Interpretum, et tam diligenti Lectione, publicè exposuit, ut frequenter de illis luci publicæ mandandis seriò cogitârit. Obortâ deinde inter Adm Rndos Sigismundum Gregierovicium, et Stanislaum Iurcovium ratione Præpositura S. Floriani gravissimâ lite, omnium deinceps litium, et ingentium malorum fæcundissimâ Parente, cum Iurcovius legitimè in Præptum electus, Prælaturis aliis Ecclesiasticis ad S. Florianum renunciâsset, Decanatus eiusdem Capituli ad nostrum Joannem Cynersium devolutus, nova amplissimi honoris addidit incrementa, Contubernium quoque Starrigielianum sub id tempus, non Provisorem eum, sed Patrem recepit, in quo ille erigendo, et propriis sumptibus sustentando Optimi Parentis officium omne explevit, cumque ob atrox Cosacici belli incendium, sumptus omnis ad sustentandam iuventutem penitus concidisset, ille tamen licet inter summas pecuniæ angustias, quoad usque potuit, quicquid ad manus venerat, totum in alimoniam Iuventutis amantissimè effudit; exercitiis quoque Contubernalium frequenter ipse adfuit, et ad uberiorem in virtutibus et scientiis profectum gravissimâ oratione ingenuos adolescentes est cohortatus, Eleëmosynas quoque tum temporis, quas Bursaras vocant, multas distribuit, in quibus distribuendis eximiam eius videre erat diligentiam, quando sepositis publicis privatisque negotiis, ægrâ interdum valetudine, ita huic uni negotio examinandæ iuventutis animum intendit, ac si præter hoc, nihil aliud curare videretur, nullique studiosorum, aut Eleëmosynam, aut attestationem concessit, nisi à quo rationem studii diligentissimam excepisset, adeò ut negligentiores plerumque, aut à percipiendâ Eleemosynâ resilirent, aut seriorem et diligentiam in studio resumerent, ex quibus multi deinde Laureas, cum insigni profectu prensârunt: Ingruente verò Anno Dni M. DC. LII. gravi pestilentiâ, postquam ad 7. usque Mensis Augusti cum Adm Rndo Alberto Papenkovicz inter summa pericula Cracoviæ permansisset, tandem graviora metuens in villam Niedzwiedz dictam concessit, ubi lethali morbo decumbentem Amicum, integerrimum Adm Rndum D. Matthiam Burszenic invenit, cui ad ultimum usque mortis agonem fidelissimè adhæsit, quique defuncto sepulchralia obsequia officiosissimè præstitit. Peractis funebribus exequiis, ad exequenda ultimæ voluntatis piè defuncti mandata conversus, in adimplendo charitatis officio, gravissimum vitæ periculum adiit. Cum enim ob eluvionem aquarum impedita essent itinera, viaque nonnisi per horreum quoddam pateret, in perticam, quæ in horreis suspendi assolet, in curru residens, tanto impetu facilè impegit, ut licet ex declivi loco, currum tamen et equos stiterit; cum verò oës ad tam inopinatum casum exhorruissent, solus ani-

mo in conuulſo Vulneratus, ſanguineq; perfluens, reliquos oẽs, grauiſsimè conſternatos animauit, quantoi-
usq; Bienicium ad Adm̃ Rndum Andream Kucharski iter direxit, Vbi diuinâ ſic ordinante prouidentiâ Chi-
rurgum, qui Cracouiâ propter peſtilentiam exceſſerat, inuenit, à quo cum ingenti ſuo dolore os, quod in ſpina dorsi con-
uulſum fuerat, magnumq; Vitæ periculum minabatur, in locum ſuum reſtitutum est, Vulnus quoq; labiorum curatum.
ex quo, Vt primum conualuit, Cracouiam ceſsante peſtilentiâ reuersus, egit pro conſeruata Valetudine immor-
tales diuinæ Maieſtati gratias. Deuſserat tum fortè atrox Libitina, inter cætera Reipub. literariæ capita
post Staniſlaum Roſycki Cancum Cracouienſ. et Sigiſmundum Grygerowicz S. Nicolai Præpoſitum, Joan-
nem quoq; Broſcium Canum Crac. Sarmaticæ Matheſeos Phœnicem, Curzelouienſiumq; decus, in
cuius locũ, cũ de eligendo Cancõ Conuocatiò indicta eſset, Adm̃ Rdus Verò D. Matthæus Krasnicki
mitiſsimi Vir ingenii, pacisq; et concordiæ fraternæ amantiſsimus (Vt ipſe potè qui antea quoq; nulla
occaſio fieret, ampliſsimum Canicatûs Crac. honorem, in ſinum Almæ Matris Academiæ ſponte depoſue-
rat) pro tunc quoq; beneficio huic ex ordine ſeſe concernenti per literas renunciâſset. Clariſs. Noster
Joannes Cynerski Vt hoc ipſum beneficium peteret, coactus est; ita non abigentem, non ſperantem, imò
Vix quidem cogitantem, honor, qui Virtutem Vltrò Veſtigat et ambit, quantumuis fugientem, conſecutus est.
Sed cum ſplendida hæc altioris ſubſellii dignitas, in Virum modeſtiſsimi pectoris incidiſset, non gaudio illū
ſed internis potius turbamentis affecit, Varièq; cum cogitationibus luctatus, niſi ab amicis conſilia, et ſuaſio-
ſuggerentibus præuentus fuiſset, in ſinum Almæ Matris Academiæ prope erat, Vt eum honorem deponeret.
Erectus tandem et confirmatus, in Peraugustum Cathedræ Crac. Canonum Collegium adſcriptus, difficillimis
Reipub. Polonæ temporibus, titulum quidem ampliſsimum, ſed exiguo cenſu et fructu ſuscepit. Exhaustæ
namq; per continuas exactiones et militum rapinas Capituli Crac. res tum temporis, nimiumq; accisæ
erant; Vnde factum, Vt beneficium hoc ampliſsimum, quod olim Patrum quieti, et Vltimo ſenio ſuauiter tran-
ſigendo ſeruabatur, ob tantam rerũ et temporum difficultatem, non quietem aliquam, aut conſolationem ſeni
adferret, ſed afflictionem potiùs, et mentis inquietudinem, ac morbos deniq; accelerarit. Labente enim
ipſo anno, qui erat Annus Dñi M. DC. LIII. Articulatus morbus, qui iam ab annis aliquot paulatim
aſsurgebat, Vehementèr inualuit, ad quem etiam in exortu Anni M. DC. LIV. præſertim post festum Epi-
phaniæ, ſtomachi dolores grauiſsimi acceſsêrunt. Creſcente hoc ipſo Menſe Januario, interior quoq; Viſce-
rum affectio, magis magisq; creſcebat, cumq; cibum omnem, ob maximam Ventriculi debilitatem, reſpueret, Vni-
co ægrotantium leuamine, ſomno Videlicet deſtitutq; totis plerumq; noctibus inſomnis peruigilabat; tædio qui-
dem ingenti, animo tamen constanti, et in Sanctiſsimo diuinæ Voluntatis beneplacito humilitèr et amantèr conqui-
eſcente. Articularis quoq; morbus eòusq; inualuerat, Vt manuum pedumq; Vſu penitus adempto, lectulo eum im-
mobilem, alienis manibus cibandum, exigendumq; perpetuò affixerit. Ità cibo, ſomno, motuq; omni destitu-
tus, amara hæc, et per quam acerba, Vnica ſacræ lectionis, quâ nimium delectabatur refectione condie-
bat, quâ plerumq; famuli per alternas Vices prælegentes, Vsq; ad defatigationem, nocturnis præſertim
horis, ab eo detinebant. Inter cætera Verò, quæ ſibi ex ſacris authoribus prælegi iuſserat, S. Caro-
li Boromæi Vitam quinq; libris fusè admodum deſcriptam, quam ab Adm̃ Rndo Joachimo Speronem
Decano S. Floriani impetrauerat, magnâ cum animi delectatione, et inſigni profectu audiebat, ex qua
cùm ad Patientiam in aduerſis, animiq; fortitudinem, tum ad ſufferendas condonandasq; iniurias, quæ
tum illi à quibusdã quantumuis afflicto infligebantur, ſingularitèr est animatus. Tres continuos menſes
tenuit hæc, partim remittentium, partim recrudeſcentium dolorum, acerbitas, Ventumq; erat ad VIII. diem Apri-
lis, quæ Vitæ illius Vltima fuerat, in quâ cum ſe Viribus penitus deſtitui ſenſiſset, Religioſum Vi-
rum, ex Ordine Minorum Strictioris Obſeruantiæ, acciri præcepit, quem post peractam peccatorum
ſuorũ confeſsionem, obnixè precatus est, Vt, ſi iterum atq; iterum præſentiã eius postularet, Venire
non grauaretur, quod quidem libentiſsimè ſe facturum Vir Religioſiſsimus promiſit. A prandiis itaq;
cum oibq; reliquis curis ſepoſitis, ſolum animæ ſalutem curaret, eidem Confeſsario iteratam, peccatorum
ſuorum fecit confeſsionem, post cuius diſceſsum, postquam modico temporis interuallo ſilentium tenuiſ-
set, Vi-

set, Vocem deinde nonnihil attollens animam agere cœpit, nec multò post tandem in manus Creatoris sui reddidit, et mortalem cum immortali Vitâ, annum agens Ætatis suæ LIV., feliciter commutauit. Accurrerat quidem ad confirmandam tanti certaminis Vltimam luctam, animamque piè Defuncti supremo Creatori commendandam Adm Rndus D. Joachimus Speronius, sed cùm animam extremo iam halitu ad immortalia transeuntem reperisset, adiuuare quidem Vltimam morientis agoniam non potuit, quod tamen reliquum erat in genua nobiscum procumbens, fusis ad Deum precibus, immensæ eius bonitati, et abysso misericordiarum, Sacratissimæ quoque Virgini Matri, Diuis etiam tutelaribus, et Vniuersæ militiæ cœlesti, animam iam in altero Orbe constitutam commendauit. Adfuit quoque non multo post, Vti moris est, Officium Collegii Maioris (in quo tùm temporis Excellmus Dnus Martinus Radyminski Præpositus, Excellmus Dnus Lucas Piotrowski Consiliarii minoris munere fungebantur) qui bus pro paternâ curâ et solicitudine, et pro amantissimis fraternæ charitatis obsequiis, in corpore piè Defuncti sepulchralibus Vestimentis propriis manibus adornando, et in Vrnæ conditorium deponendo, et pro aliis piissimum affectum, et Viscera intimæ dilectionis spirantibus officiis, Dnus Deus qui immensa bonitas et charitas est, merces sit amplissima) ad res piè defuncti ordinandas, et Vltimæ Voluntatis tabulas, si quæ inueniri possent, diligentiùs inquirendas; sed cùm eæ, post accuratam reuisionem nuspiàm reperirentur, (de quibus tamen piè defunctus frequenter, et de punctis in illis contentis mentionem fecerat) tota negotii huius administratio Excellmo D. Joanni Racki, instantis Commutationis Æstiualis electo Præposito, fuerat demandata, et ita Joannes Amantissimus Præceptor, Joanni Amantissimo Discipulo, non sine diuinâ ordinatione commendatus est. In quo quidem arduo, et perquàm difficili negotio, enituit ergà piè defunctum singularis Excellmi huius Viri pietas, et luculentissimum amoris testimonium, quando res tantoperè intricatas, et tot perplexitatum atque difficultatum Labyrinthis inuolutas, tantâ animi contentione, tantâ fidelitate, et tam diligenti curâ administrauit, Vt tandem auxiliante diuinâ gratiâ feliciter conficeret, et ad finem, qui vix sperari poterat, optatissimum deduceret. Eluxit quoque beneuolentissimi affectus, ergà piè Defunctum, et fraternæ charitatis specimen pulcherrimum, in Adm Rndo D. Joachimo Speronio, qui cùm ob angustias pecuniæ et rerum impeditarum magnam difficultatem, functus funeri curando deesset, ducentis florenis praesenti necessitati amantissimè succurrit, atque ità funeris honestissimum apparatum egregiè promouit. Sic tandem in Ecclesiâ Collegiatâ SS. Omnium, cuius olim Præpositus Dignissimus fuerat Clarissimus noster Cynerscius inter Academicos cineres conditus est, cuius funebrem Panegyrim Adm Rdus D. Nicolaus Sulikowski Ecclesiastes disertissimus, facundâ et eruditâ concione prosecutus, immaturum eius obitum, Virtutum et meritorum maturitate compensatum esse feliciter demonstrauit. Et hoc quidem est, Clarissimi huiusce Viri et æternâ memoriâ Dignissimi Vitæ curriculum, à calce (Vt aiunt) ad columnam Vsque per summa rerum capita breui compendio deductum. Etsi Verò non Panegyricam, sed candidam et simplicem Vitæ ipsius narrationem texendam mihi proposuerim; cùm tamen fama quæ Viuis negatur mortuis, Vtpotè extrà omnem inuidiæ iactum positis, omni odio gratiâque subtractis, iure meritissimo concedi soleat, liceat mihi proinde ex præcellentibus Virtutum eius ornamentis aliqua saltem delibare. Multa quidem fuere in hoc Clarissimo Viro Excellentium Virorum decora, cùm tamen alia ex his, Vt potè corporis afflictationes, cinguli ferrei gestationes, humi cubationes, flagellationes, arcanæ deuotiones, et alia his similia, quæ ille studiosissimè celabat soli Dño, scrutatori cordium notissima sint, nos iis omissis, ea quæ in oculos nostros incurrerunt, et in quotidianâ eius conuersatione magis enituerunt, succinctè persequemur. Vt autem à demissione animi, quam humilitatem Vocamus, quæ cæterarum Virtutum basis est, ordiamur, hæc tanta in eo fuerat, Vt si Vel sola fuisset (sola autem nunquam est, cùm Virtutum, quæ catenatæ sunt primipila sit) ad eius commendationem quantumuis Vnica abundantissimè suffecisset. Quid enim aliud, Vel ipsum cognomen Cynerscii, nisi fragrantissimum huiusce Virtutis spirabat odorem? Nam cùm ex Patris cognomine Rachtamowicz anteà diceretur (quod tamen et totâ Vitâ retinuit) post eruditissimam quandam et ele-

gantiſsimam Orationem, de cineribus habitam, à maioribus quibusdam (Vt fertur) Cynerski fortuitò
cognominatus, ità ſibi in hoc cognomine complacuit, et in reliquâ Vitâ etiam paterno cognomini illud prætu-
lit, non aliam certè ob causam, niſi quod humilitatis et Vilitatis humanæ manifestum in eo ſymbolon eſset; ſic
etiam festa Cineralia initiò cuiuslibet Quadrageſimæ ſingulari cultu, et deuotione celebrauit, ſolitus fre-
quentèr ſeipſum Cineris et abiectiſsimi pulueris, et aliis contemptum ſui ſpirantibus Vocabulis ſeriò ap-
pellare, amicitiam nunquàm cum ſuperbis et elatæ frontis Thraſonibus coluit, humilium et ſimplicium
familiaritate Vnicè ſemper delectatus. Villanæ conditionis homines ac potiſsimum Contribules ſuos ſp-
tomienses amantiſsimè ſemper ſuscepit, et menſæ ſuæ adhibuit, cauſisq; eorum egregiè ſemper patro-
cinatus est, Patruelem ſuum Paulum, aliquot ante mortem annis, rure euocatum, ad ipſam Vsq; mortem
penès ſe aluit, Vt ſi fortè honoribus creſcentibus, animum quoq; aliquis Vanæ gloriæ impulsus titillaſ-
ſet, originis et conditionis ſuæ in hoc ipſo Paulo quotidie admoneretur. In cultu corporis et exterioris ho-
minis apparatu, non intrà tantum, ſed etiam infrà medio critatem frequentèr ſese demiſit, et circumſcri-
pſit; Vitia et infirmitates proprias libentèr accuſauit, excuſauit nunquam; adulari Vt ipſe nunquã po-
tuit; ità aſsentatores ſagaciſsimâ nare et cognoſcebat celerrimè, et repellebat generoſiſsimè. Ex hac
humilitatis profundâ radice pullulauit deinde Manſuetudo, et Patientia ſingularis, quæ in eo tùm in aduer-
ſis fortitèr ferendis, tùm in ſufferendis condonandisq; iniuriis admodum enituit. In conuocationibus ci-
et conuentibus publicis, in quibus offenſionum et iniuriarum ſementis fieri ſolet, frequentèr mordacibus
dicteriis, et Verborum penetrantibus aculeis, non laceſsitus tantum; ſed aliquando etiam internè ſauciatus;
quantumuis eſset concitatioris ingenii, et ad iram pronior, iniurias tamen aut prudentèr diſsimulauit, aut
modestè repreſsit, quod ſi aliquid adhuc amaritudinis in animo reſideret, Vbi primum ad ſolitas deuotio-
nes, et in conſpectum Christi Crucifixi, cuius ſacris iconibus apprimè delectabatur, rediit, oẽs offenſas
in ſacris eius Vulneribus profundè demersit, et quodammodo ſepeliuit, candoris Academici, et Verita-
tis amantiſsimus, fucum oẽm et ſimulationem extremo odio proſecutus est; offendere maluit,
quàm Vel tantillum, de Veritatis tramite decedere; palàm amicus Vel inimicus, quanquàm inimicus non
niſi Vitiis fuit, falli quàm fallere promptior, damna ſæpius ſustinuit, quàm intulit. Tacere hîc non
poſsum ſingularem eius, ergà Sacratiſsimam Cælorum Reginam ſemel Matrem, ſemper Virginem MA-
RIAM. deuotionem, in cuius honorem et ad impetrandam mortem felicem, ſalutaõnem Angelicam horis
ſonantibus, magnâ cum animi deuotione, recitare ſolitus erat, adeò, Vt appropinquante iam mortis agone
ad ſonitum horologii, postquàm ipſe ſalutationem Angelicam inchoâſset, alios quoq; circumſtantes, ean-
dem deuotè recitare iuſserit. Litanias quoq; Lauretanas eadem intentione, non ſolum ipſe magno pie-
tatis ſensu offerebat, ſed etiàm typis excuſas, publicæ Vtilitati, et deuotioni in locis ſacris appendi
cepit; Vnde etiam feria IV. qui dies Sacri Scapularis Dulciſsimæ Aduocatæ, Virgini Beatiſsimæ
ſacer est, cui ſub hoc ipſo ſanctiſsimo Vexillo, ab ineunte ætate militauerat, ſub tutelâ eiusdem ſan-
ctiſsimæ Virginis mortem obiit. Obſeruaui ego frequentèr in Vitâ ipſius, quoties è ſomno euigi-
laſset, illicò Aue Maria deuotè pronunciare ſolitum; imò et interdiu quoq; quoties importunæ cogi-
tationes, menti eius ſese offerebant, altâ Voce Aue Maria identidem eum exclamâſse. Sacram Dolo-
roſæ Virginis imaginem, prout et alias Sacras Icones, magnâ ſemper reuerentiâ coluit; Vela
enim consultò præparauerat, quibus nocturno præſertim tempore, cùm ſese in lectulum componeret
tegerentur. Ad excitandam Dominicæ Paſsionis memoriam, multas Saluatoris nri Crucifixi imagi-
nes, partim ſculptas, partim penicillo exaratas, in Variis cubili locis diſposuerat. Caluariam quoq;
humani capitis, ad renouandam quotidie memoriam mortis, in ipſo intuitu oculorum collocauerat. Sa-
crorum et deuotorum authorum lectione, ab ineunte ætate mirificè ſemper tenebatur; cuius rei ve-

ſtigia in

Stigia in Ludovici Blosii Devotissimi Patris, et D. Bernhardi Melliflui Doctoris, sacris operibus; tum et aliorum authorum Devotorum monumentis exstant clarissima. Unde factum, ut pars Bibliothecæ eius præcipua, ex ipsis fermè sacris et devotis authoribus constiterit: quin et Manuale Pietatis eius abundè idipsum testatur, in quod selectissimas quasque et devotissimas Orationes, velut in fragrantissimi odoris uberem manipulum ex variis sacrorum Exercitiorum libris transtulerat. Quid verò dicam de misericordiæ et charitatis ergà proximum operibus? Ab anni XII. ex quo illi intimè adhæsi ad Eleëmosynas largè et amantèr distribuendas pronissimum semper observavi. Præter ordinarias Eleëmosynas, ad quas pauperibus elargiendas minorem monetam secum ubique circumferebat: multas quoque extraordinarias secretò dabas, solis tantùm quibus donabantur cognitas, easque non parcâ manu, aut extremis (ut aiunt) digitis, sed plenâ manu, et ubere sinu liberalissimè profudit. Bonorum ingeniorum amantissimus, quos unque iuvenes egregiis animi dotibus præcellentes cognovit, non consilio tantùm, aut sterili gratiâ, quod fieri solet, sed impensis propriis, et liberali manu ad sublimiora Musarum subsellia deduxit; multos ad capessendas utrasque laureas, sumptu amantissimè oblato promovit, Excellentem D. Albertum Strzyc, ad gradum Magisterii liberalissimis insignitèr iuvit impensis. Excellm D. M. Barth. Dylagowski, Medicinæ Baccalaureum, virum probum, et eruditum, ab adversâ fortunâ gravitèr exagitatum, ultrà decennium mensæ propriæ frequentèr adhibuit, indigentiæ eius ad ipsam usque mortem benignè semper succurrit, et aliquando etiam præ modestia renuentem, ad suscipienda beneficia quodammodo coëgit. Pestilentiâ grassante non modicam pecuniæ vim, in pauperes Villanos contulit, Cracoviæ quoque multis peste infectis, victum et alimoniam subministravit. In me ipsum quot, ô quanta beneficia contulerit! angustiæ compendii nostri, et præsentis Narrationis non caperent. Liberalitas hæc liberalissimum calamum posuit, et Eloquentiam paulò uberiorem. Ut enim multa alia præteream, opuscula certè mea, quæ ob impensarum defectum lucem publicam nunquam aspexissent, ipse propriis impensis Typis excudi fecit, quantumvis iacturam sæpius non modicam subiverit, quoties ii, quibus dedicabant, sordidâ avaritiâ fædè obcæcati, spei nostræ et eruditis sudoribus non responderunt. Gratulanti mihi Amplissimus Canonicatus Crac. honorem, cùm Vestium mearum tenuitatem intellexisset, vestem interiorem pellibus subductam, necessitatis suæ oblitus, continuò sibi detraxit, et reluctanti mihi, magno cum affectu omninò imposuit, nec ullatenus, ut reciperet eandem, induci potuit. Quid multis? toto hoc cæcitatis meæ tempore, non benefactorem, sed Patrem amplissimum mihi sese exhibuit, magis semper sollicitus, quomodo alienæ, quàm quomodo propriæ succurreret necessitati. Hospitalitatis officia, adeò impensè coluit, ut in hoc genere plerumque etiam ob nimiam humanitatem excesserit. Et hæc illa erat nubecula, quâ Dnus insigniores eius virtutes obumbraverat, et ut tutiores essent sub hoc humilitatis palliolo, benignissimè providerat. Eruditionem hîc eius et Eloquentiam non attingo: nota hæc et cùm publicis eius monumentis, tùm communibus omnium præconiis iamolim decantata, non recanto. Clarissimorum Oratorum ora quidem, pectus, et brachia, Apelles quispiam aut Prothogenes pingere, Phidias, aut Polycletus sculpere potest: sed vocem et mellifluam Suadam fingere nemo potest. Ergò et ego quoque post rudis penicilli umbras, utcunque exaratas, manum tandem de tabulâ. Laudabilissimi Viri summa laus esto, satis non posse laudari. Laudis humanæ breve somnium, recitè factorum heu quàm exigua merces est! hoc summum, hoc piè defuncto obsequiorum omnium utilissimum et gratissimum est, Piis manibus propitii numinis benignissimam clementiam precari, et æternam beatitudinem apprecari.

Ex fideli Relatione M. Stanislai Josephi Brzanowskij Leopoliensis alumni et discipuli Gnesnani.

V. Vir Joannes Elgot Decretor. D. Ordinarius J.C. Professor, Scholasticus, et Vicarius in Spirit. Sbigneus E. Cracoviens.

Joannem Dobronis Vetus in Regno Poloniae Wieniawiorum in lucem dedit familia, eduxit a puero
in Virum Sapientem et Piorum Virorum nutrix Academia, rexit auxit et servavit
per omnia quae in nomine ferebat Divina Gratia. In docili ingenio quasi in
fertili terrae gleba actis profunde, suis literis radicibus, primum frondes Apollineas
juveni comas texerunt, octennio integro in Cathedra Philosophica laboranti baccas
etiam germinarunt. postquam vero se totum Joannes ad Jurisperitiam contulit. Undus
in Cathedra Themidis cum titulo Ordinarii Professoris, quod magno frequentia audientium
in Leges et Jura interpretaretur, ad mortem usque et ultimam diem retinuit.
Sacris initiatus cunctis solennitatibus in summo altari Cracoviensi populo Christiano Ven:
ba fecit et pro officio Sacro Homologesi expiavit, non diu post Sacerdotium in
Cathedrali Cracov. quod Scholastici titulo insigne est obtinuit, ad extremum nomi:
ne Sbignei Epi jus Clero et populo per dioecesin in foro spirituali dixit
quam sancte et ex veteri disciplina, Acta consistorii et eius M.S. testantur
Ad Sacras Reginae Helisabethae Casimiri III Regis Poloniae Consortis, confessiones ex:
cipiendas delectus, insuper habuit omnibus aliis Teuthonici Idiomatis autem
hominibus idem officium praestare, et salutaribus suis praeceptionibus pro cuiusque
conditione in vita spirituali, ad aeternam salutem obtinendam dirigere.
Placuit autem supremo omnium auctori Deo, Joannem, ad munus confessoris cuius
nomen de fonte baptismi susceperat actionibus stimulis excitare, et per varias
adversitates, quam solidae essent eius virtutes examinare. Nam licet ipse Cul:
tor sub majestati esset devotissimus, mandatorum suorum et omnis pietatis obser:
vantissimus. Cleri speculum, populi pastor. ne tamen ipse tantum sibi placeret
sed etiam eius opera plebs tota redderetur Dno perfecta. per Virginem Vene:
randam caelestium sensu. illo Dno illustrem monitum esse voluit. Refert Jo:
annes Dlugossius Libro 12 suarum Historiarum ad Annum 1438. foeminam fuisse hu:
iusmodi: Veronica inquit Virgo Deo devota. Joannem Elgot Virum omnium quos illa aetas habuit
mansuetissimum et doctissimum, qui tum vices Episcopi sustinebat in Cathedrali
Eccla Cracoviensi accedens, dixit se a Deo ad se missam esse certa cum
legatione apud se exponenda, modo eidem aurem patientem praebere velit.
Vir prudens et ad omnia circumspectus legitimationem personae qualem se esse
asserebat in Virgine perfecit. Tum illa, quamplurima, quorum nemo nisi solus
Deus et Joannes conscii esse poterant, in memoriam, quae gesserat in adolescentia sua e:
gisset revocans, abunde se nihil ex se sed omnia ex Deo proloquturam pro
bavit, Credidit in pedes fari jussam reverenter et attentissime audit
Mox illa. Bone Pater proximo natali Xi Dni die. Vacanti mihi in Ora:
tione, visa sum mihi per quietam laudibus divinis in Eccla S. Floriani
adfuisse ibidemque vidisse e sacrario templi longum ordinem, praeeuntibus lu:
minis ecclesiasticis, varii generis hominum, Pontificalibus et militaribus signis can:
dido purpureoque vestitu micantium seriatim procedere, et hac limina templi sese
efferre. Extremo agmini adhaerens Mgr Nicolaus de Brega. quem solum
ex illa multitudine de facie cognoveram, dum me angulo templi occulo. Quid agis
dixit filia. quasi innuens ut prudenter sequerer. Quod dum serius voce ipsius
animata facio, extra septa eccla progressa quo se illa procedentium pompa con:
tulisset minime video. dum me partes in omnes verto Genius qui mihi veste
albicanti. candidusque adstitit Nata inquit viam quaeris qua tuum Magistrum asse:

assequaris? ista certè quam tenes non est, intendensque digitum in domum proxi-
mam. eo loci forte eum reperies si gradus quos ibi conspexeris animose tran-
scenderis: Carpo iter limenque domus angustum satis et humile subeo, Mox Scala[m]
eiusque primum gradum ingentis magnitudinis nullo fundamento inhaerentem nisi g[…]
maximo possum ingenti meo terrore quod ruinis hiatibus fissurisque deformis esse[t]
perrepto. Alter gradus minor non tantopere permeatu difficilis erat quam
turpis et foedus, hoc etiam superato, tertium brevissimum lucemque splendidissima[m]
resonantem ingredior in cuius extremo angustiale Palatium invenio, cuius in penetra-
lia, porta tunc patente lumina intendens, immissoque corpore medio, conspicio cubi-
seu triclinium quod lectus splendidissimus reliquo vix humanis usque vestigiis or[…]
pavit. In lecto jacebat tanquam male affecta valetudine, venerandi vultus Do-
mina, pectore caput nitidissimo redimita. jacenti assidebat ad caput M. Nicolaus
de Brega verba Domino fideli aure excipiens et alia vursus in au-
rem eidem Domino ingerens Secretum ne impedirem colloquium, dum pedem
retrò refero Magister Nicolaus. Nata inquit Quid habes hic negotij, et quam
ob rem huc venisti. Ocyus domum repetas; ilicò te sequar. In descensu
ex illo palatio via qua veneram, dum ultimo gradui pedem admoveo, fit
mihi obviam. mulier corporis habitu. vestium ornatu, motu, gestuum politissim[a]
planeque ipsa Voluptas, nisi quod facie variabili pectore anhelante, flamm[…]
ad […]tum palla ad omnem pompam instructa vas argenteum grande supra si-
stum humerum ferens non pro maiestate incedere, sed more tymphatis ta[…]
vere mihi videretur, cui dum viam recte rogoque Quid et cui tam no-
bilis cum sit serviret. Respondit. Vinum fero illi, quam in lecto
superius jacentem vidisti. Herius quamprimum ille Diaboli presbyter
qui se mihi ubique adversarium ponit, ab ea potandum, discesserit, ex
domo illa pedem extuli laresque meos repeto festinans, ad portam urbis pro-
ximam rursus se mihi conspiciendum exhibet, sacer ille Divorum quem e
templo egredientem videram ordine procedens coetus. cui ne me importuna
obijcerem, tremens et pavida, ad latus declinavi. Verum duo ex ordine
altero pedo alter labaro à ventis agitato insignis ad me propius accede[ntes]
Filia inquiunt Quid agis? quid molitis. Metu elinguem Sacratus princeps ani-
mit velle inquit omnem animo timorem. Scimus unde venias, quid oculis tu[is]
videris, quorum omnium intelligentia tibi opus est ex quo non omnia mente et co-
gitatione tua, consequeris. Ego et Adalbertus, et hic gloriosus XI martyr Flo-
rus, coelestium Spirituum comitante frequentissima caterva. accessimus ad B[…]
Venceslaum principem, et D. Stanislaum Praesulem, in summo Arcis vestrae qui-
ter Nos etenim quatuor, Tutela regni istius in nos recepta, incessanter pro
salute gentis apud Thronum altissimi advocati assistimus. Et vos quidem hodi-
erno Memoriam puerperij Virginei magna laetitia et jubilo celebratis. at quan[…]
quanti populi in Ukrainia circumquaque vulneribus saucij bonis spoliati fame
peste attriti in compedes et numellas conjecti lugent marcent et sordidi
squallent quorum gemitus et lacrymas coelos ipsos penetrant. Quare age fili[a]
ausculta mihi diligenter, et haec omnia atque his longè graviora in genus Po-
lonorum ventura denuncia, nisi poenitentia factorum indignationem summi Di[…]
ni praevenerint. Iratum numen Virgo Mater, et nos continuè deprecamur,
sed crescente in immensum hominum malitia, in proximo est, ut in omnes d[…]

versim DEi iracundia effundatur. Eorum autem quæ in illa domo conspexisti hæc est si-
gnificatio. Gradus ille primus, molis immensæ, coacervata sunt flagitia Potentum qui
quoniam omni fulcro et fundamento caret, solus casus eos qui præsunt omnes expe-
ctat. Alter gradus quantitate minor et brevior, Populum designat qui quod non tam
frequentibus et magnis vitiis laborat, facilem se tibi ad permeandum præbuit. Verum
quia criminum expers non est, ideo merito cum magnis plectendus erit. Tertius
gradus brevissimus et minimus est paucarum Spiritualium personarum quas Christus
ipse verum lumen gratiâ sua illustrat. quorum plerique ob respectus humanos quia par-
cunt veritati: ideo brevis admodum et exiguus est illorum gradus et numerus. Heroina
illa angustis clausa parietibus lecto affixa. Ecclesiam DEi repræsentat afflictam et à
multis undiquaque oppressam. Magister ille cui ipsa in aurem loquitur. Est Collegium
doctorum et verbi divini præconum qui eam salutaribus doctrinis fulciunt et sa-
cris documentis consolantur. Illa vero procax benè curata et lasciva Mulier.
Mundi, Carnis, et Dæmonis est illecebra et fidelis ministra. quæ exquisitis ad omne
nodam fraudibus, ad fastum, ad luxum aliaque vitia homines provocat. Vas illud quod
humero suo defert. Poculum est Babilonicæ meretricis ex quo bibunt omnes per
catores terræ, luxuriis fetorem fumum superbiæ, fecem gulæ, hydromel avari-
tiæ torporem acediæ, livorem invidiæ quibus inebriatum genus mortalium evomit vo-
cem in Cælum vindictam et ultionem provocantes; Pestilentis huius aconiti gustum ner-
vum quos Christus in æterna Ecclesia ad illuminandas gentes constituit. Multa præ-
terea de oppressione pauperum et viduarum de injuriis pupillorum et orphanorum
commemorabat. Spem bonam injiciens nihilo secius. Si Rex ut cæpit, viam Patris sui:
et præcepta mandatorum DEi servare pergeret, prosperatum iri. Duo ad extremum mi-
hi iniunxit. Primum ut ea tibi quæ videram referrem. Supplicationesque ad publi-
cas per te indicendas suaderem. Alterum ut Magistrum Nicolaum de
Brega, quatenus una tecum sedulam ad populum in viam salutis reducendum
navaret operam verbaque ad pœnitentiam amplectendam efficacia faceret. Ne
... sonitu. ad Laudes in Matutinis præ-
sens facerem. Quæ ut dixit, suis campanis sonitum ... ignara penitus in corpore
cibus decantandas resonantibus et pulsu ad me redij. ignara penitus in corpore
hæc omnia quæ retuli an extra corpus in quiete an vigiliâ. ligatis somno sen-
sibus an energia vigentibus mihi contigerint. Quæ tibi non referre ne lenita-
tis et aniliam anilium forte arguerer, omninò apud me constitueram.
Sed me rursus Octava hora ipso nimirum Circumcisionis Domini die insolitus
horror quasi jam jam rea sceleris ad supremi judicis Tribunal raperer
... quod ea tibi quæ mihi commissa fuerant non retulerim. occupa-
vit et justo satis tempore tenuit. à quo cum me propter verecundiam meam
te adeundi me quoquo modo liberassem. Silentiumque tenerem. Die Octavæ
S. Joannis Irruit unde nescio super me vox quasi interficere me volentis
Nunc nunc importuni tui silentij mihi dabis pœnas. ilicoque manus mea
dextra adeò mihi elanguit, ut sequenti die nonnisi adminiculo alieno
eam levare possem. Concepto autem corde et ore voto quod omnia quæ mihi man-
data fuerint tibi referre vellem subitò convalui. Hæc habes, o Vir Reve-
rende qui in hac urbe Protepiscopus es, quæ tibi soli referenda in man-
datis habui. Tu quod optimum factu tibi videbitur facies. Ego volunta-
tem quod poteram exolvisse me censeo. Joannes vir pius et sapiens

non laborantis cerebri inania phantasmata, sed veram et divinitus factam Virginis D[...]
sionem multis argumentis agnoscens. Sbigneus Epus de oibus certiorem facit Patres
Collegii sui Sundici nec non Archstant Summi Regis Vladislai singulariter autem
Mgrum Nicolaum de Brega ad populum noxis expiandum poenitentiam deli-
ctorum persuadendam invocat, supplicationes per cetus, jejunia in plebe in-
stituit, omnem denique cum auxilio Dei curam adhibet, et brevi tempore Dno
cooperante Cracovia veluti primo modo genita innocens et sancta reddita fuit.
Nec vero ex urbe et dioecesi scelera, quanta potuit diligentia sua ejecit, sed
etiam haeresim e Posnaniensi et Plocensi territoriis et Silesiae partibus profligare institit
quantum potuit et valuit. Cum enim ex quadam filia sua spirituali, Virgini-
cula cognovisset nobilem parentum in Maiori Polonia familiam Hussitico
Plebanum sub utraque specie celebr. communicare
errore infectam esse. Praesulem Dioecesis illarum de illa informavit. modumque
cum indice dictum errorem evellendi scriptis literis eisdem suppeditavit. Ipse
= Signo Sbigneum si dedit Epi desererent ad pellendam e regni partibus haeresim prosa et ram simulavit ut in eius MS. testantur literae descriptae.
Duxisse aulae Opoliensis literas quibus se illi ab omni specie haeresis
purgabat, non prius credidit quam ex Plebano oppidi illius de veritate
et constantia in fide Principis illius certus factus fuit. M. Andreas
Gatka sub ovis vellere, vulpem quae demoliretur vineam Dni, mentem
errores primus Patribus Academiae detexit. Exclusum ab Universitate ad
Epum detulit. profugum in Silesiam patriam suam cum Sbigneo apud
Epum Vratislaviensem et oes Silesiae principes perquisivit, ut Elgotum
in Bohemiam usque fugere infelix homo necessum habuerit. Fideli a[c]
prudens Pastorum Epi cuius vices gerebat Curatus pro gratia apud Sbigneum
tum gratiam sive suggestu diaboli seu quod magis credendum est permissione
Dei ut constantiam Joannis per adversitates probaret, invenit. Licet hoc ex
epistola eiusdem clarius, ad eundem Sbigneum intelligere, quae sic habet. Recepi hes-
terna die literas P. V. Rmae, et moestus eas legi, nubilum quoddam mentis eiusdem
P. V. erga me ex earum tenore intelligens, praetextu cuiusdam institutionis Plebani
in Piotrkowice, quia ad illam manum extenderim, contra prohibitionem scripto et ver-
bo mihi factam, quae res eius ponderis mihi visa est, ut magnopere me impel-
leret rescribendi dare operam, ut me innoxium demonstrem. Sin minus De[...]
tum saltim animi P. V. leniam. Atque ideo inprimis ratus sum expedire ut copiam
autentici Vicariatus mei transmitterem, P. V. ex cuius serie videbit P. V. quia
etiam instituendi personas praesentatas ad beneficia, sicuti et ex dispositione juris
communis mihi concessa fuit facultas, sed profecto non eo pacto id facio, quod
ea ipsa facultate tam libere unquam usus fuerim, aut uterer in futurum, cogitans
quia illud foret displicibile et molestum in oculis P. V. Mea siquidem in oibus
quae hactenus gessi et nunc gero officiis, fuit et est mentis destinatio, Dobis P. V.
semper placere, et quotidianis laboribus fatigiis et impensis, non iram sed gratiam mere-
ri, pro eo quia eandem semper forte amplius quam meruerim sum expertus,
atque ideo quantumcunque alio trahebar, ut venenum declinavi. Propter quod quaeso
non aestimet P. V. ut intuitu institutionis, non unius personae, sed quotcunque cogi-
taverim contraire inhibitioni mihi scripto et verbo factae, cum ex eiusmodi in-
stitutione nihil commodi aut lucri mihi unquam accreverit. Impellit me negotii
qualitas ut illo commorer in quibus mihi P. V. absque omni supportatione
sed nec sine onere magno rei meae familiaris. Inprimis contemplatione officii
mihi commissi, sumptus expensis et alys necessariis personam totam, ipsius etiam
meo non indigentem.

adveniunt per singulos dies complures tam nobiles quam plebeij et ad quem potius
quam ad Dioecesanum pro dirimendis eorum quaestionibus sive arbitramento sive judicio de:
clinabant? ut taceam de impedimentis, quae inde perpetior in honorandis illis et ex:
cipiendis liberali mensa. Haec omnia sintne mihi oneri V. P. arbitrari poterit, quae in:
tuitu gravaminis expensarum hunc locum necessario debet declinare. Praeterea quo
tidiana solitudo mea in illis quae decorem domus Dei, et quod omnibus supereminet
salutem animarum concernit, Quantas mihi plerumque tortuosa aliquorum vita cle:
ricorum lacrymas excutit! Ad speciem veniat Questus sum P. V. diebus superio
ribus scripto et calamo, quod populus huius populosae Civitatis, famescit admodum
ex defectu Confessariorum Theutonicae linguae, quam duo illi Boves, o quam xxx
ea re in agro dominico fructuosi! Jacobus Stege. et Franciscus Psaltenista
huius dicta morte absumpti sunt. alij inde totum illud pondus in me conver
sum est, cum non sint alij linguae illius inter Penitentiarios periti. Sunt fateor
aliqui, sed magis apti audiri, quam audire.
Quis alius tot talia ac tanta nullo suo emolumento pro altero faciat et non
potius tam gravia onera ab humeris suis abjiciat. cum vetus illud omnes amba
bus quod dicitur manibus amplectantur Et Gratis poenitet esse probum. Ce
ter Joannes Deum non Sbigneum pro oculis ferens omnia haec libenter
licet ingratis fierent sufferebat Praecursorisque Domini cuius nomen ferebat
officium faciebat in delinquentes animadvertendo, et Magistratus conniventer sce:
leribus arguendo Talia siquidem verba sequuntur eiusdem Epistolae
Transeo alia. Ad notorios adulteros illos me trahit narrationis series vi
delicet Thomam Kowoiowski, et Koziegovski, contra quos procedendo P. V.
fecit diligentiam dignam Pontifice; sed quia nec sic huiusque emendati sunt re:
cens enim ingressus hanc urbem dictus Kowoiowski. inde per observationem
interdicti, et mandato Vicecapitanei non efficienter pulsus est, sed furens et fre:
mens. Unde arbitror quod modicum sit quod contra eos actum est per P. V.
nec excusata poterit in tremendo illo divino judicio, sed necessario re:
linquitur ut P. V. invocet contra eos brachium saeculare, requirendo ut Serenissimus
Dnus Rex noster, aut in eius absentia Dnus Castellanus loci opprimat eos:
dem, ne fiat tam evidens legis divinae per homines tam leves conculcatio
Quod si non extendendum erit interdictum, etiamsi necessarium foret ad ambitum
totius dioecesis, in qua tantum scelus invalescit
In tuenda et retinenda autoritate et dignitate dicta invictum plane et heroicum retine
bat animum, nec minis nec blanditijs aut vanis sollicitationibus facile mobilem
cuius unum et alterum saltim referam paradigma Alterum est quod contra Ma:
gni nominis et Primarium in Regno Poloniae Magnatem in dioecesi loci Eccle:
siasticum tenuerit interdictum. Quod Plebanum fundi, coactum in curiam su:
am accessisset: et domi suae contra voluntatem eiusdem Plebani privatam sua
autoritate tenuisset, propter quod non prius sacra populo restituit quam sua libertati
fuisset redditus sacerdos. Alterum illud est quod sua sera in facto J:
wanek de Churhow tulerat et rigidissime observari curaverat interdictum
Perpetraverat dictus Iwanek in sacerdotem pro die Epiphaniae Dni tonsuratum
scelus et sacrilegium quod causa cecidisset ex arbitramento Joannis Elgot
Vicarij in Spulis. Agebat Elgot inter dictum Iwanek et quendam Presby
terum cui certam pecuniam debebat Iwanek concordiam. et dum quod expetebat.

[Sepultus Elgot intra Mausoleum S. Stanislaj cum inscriptione. Hic jacet V. et egregius Vir D. Joannes
de Elgoth D. D. Scholasticus et Can. Crac. Obijt sub A° 1452. Augusti 24

ipse, Presbyter ille facere delectabat, subito abreptus furia exiyt de domo Vicarij
et Officialis minitando dicto presbytero vulnera, aut mortem, quod ut perficeret
posuit eidem Sacerdoti insidias. in domo Ociali Serviliastri dicta Universitatis
è regione Collegij Juristarum sita. Interim iter faciebat prope domum illam Presbyter
alioqui pauper et propter epilepsiam infirmus. Quem videns dictus Iwanek et qui
taliter praestolabatur irruit in eundem cum famulo, et duris verberibus sibi in-
cussis in platea illius medio prostratum in terra et pene exanimem reliquit. Ad
Sacrilegium illud aderant complures praesertim nobiles qui propter solennitatem diei
illius ex more ascendebant Ecclesiam Cathedralem unde factum est quod facinus hu-
iusmodi totam compleret urbem. et multorum corda sauciaret. Audito ergo eius-
modi Sacrilegio, adijt Vicecapitaneum Elgot quaestus est graviter esse imminutam
imo laesam immunitatem Ecclesiae in persona verberati Sacerdotis, et exposito eidem
statuto provinciali, ut ex officio suo providere vellet eiusmodi casui et statuto
satisfacere expostulavit. Dolenter excepit factum Vicecapitaneus facetusque et bene-
volum ad compescendum praedictum sese exhibuit. Sed impeditus erat per quos-
dam ne id faceret per quosdam Saeculares qui non secundum statuta provinci-
alia sed secundum statuta regni Vicecapitaneum agere docebant allegata Lege
neminem captivabimus nisi lege victum. Capta igitur deliberatione Officialis
Vicarius Episcopi cum res esset perniciosa exemplo, praesertim propter circumstantias quod
scelus in principe civitate, non de nocte, sed luce media non in aliqua domo sed
in platea, die celeberrimae festivitatis esset patratum. tulit sententiam interdicti
generalis in hunc quidem locum donec satisfieret Ecclesiae, et in alia loca ad quae declinaverit et in quibus moram duxerit sceleris patrator. Accidit autem ut sub illud
tempus et paulo ante quod supplicationes pro salute regis qui contra Tartaros
cum exercitu profectus erat, coeptae solennius quam unquam ante absolverentur
quae ob interdictum cessare debuerunt hinc in populo consternatio et tristitia
non parva orta fuit. Veniebat Magistratus urbis veniebat et ipse Palatinus
Crac. et ut solveretur interdictum intercedebant. Audiebat Joannes ad omnes eorum
argumenta demonstrabatque pluris se facere disciplinam, quam preces intercessorum.
Accusatus Iwanek fuga sibi consuluit quo facto Vicarius ad tempus interdictum
suspendit ut pro Rege et populo suo in tanta necessitate constituto ad placan-
dam Divinam maiestatem tota paterent. Quod factum Episcopus comprobavit et ut Eccle-
siasticae personae ab invasoribus tutae essent apud S.R.M. enixius laboravit

XXXX In Academia Joannes his pestissimum temporibus floruit et Supremus Magistratus quibus maxime infirmitur ... Veritas à falsitate oppugnabatur
Dlugossus in descriptione disputationis Ao 1431 coram Rege et Senatu cum Procopio
Apostata Ordinis Minorum Petro Anglico Biedrych Guilielmo Kostka Bohemorum Le-
gatis habitae, Feria II in Crastino Dnicae Judica inter Acad: huj. Doctores Stanislaum de
Scarbimiria Nicolaum de Kozlow Andream de Kokorzyno. Franciscum Krzyszewitz de Brega
Benedictum Hesse. Jacobum de Paradiso Heliam de Vandelicia Joannem nostrum medium
ponit. Duravit autem disputatio ista diebus aliquot. cum in Polonico sermone omnia ar-
gumenta et responsiones fierent. Et licet, Spiritus Dni, suis fidelibus subministrante
virtutem et veritatem sermonis Haeretici, judicio non Spiritualium solumque etiam se-
cularium hunc audientium victi erant. victos tamen se esse nullatenus fateri volue-
runt. Quare Vladislaus Rex ipse sua oratione eosdem confutavit, et propter interdictum
ex urbe in Casimiriensem Civitatem migrare mandavit
Sed nec indignationem Regis Vladislai propter veritatis defensionem evitare potuit Joan-
nes. cum enim autor esset Sbigneo interdicti Ecclesiastici in praesentia Legatorum Bohemorum Hae-
reticorum, retinendi ideoque apud regem accusatus Doratus cum alys Doctoribus simul fere verbis
gutis et ipse Sbigneus a Rege fuit exceptus. Quod plus sibi quam Primus regni

et Supremus Sacerd in Polonia praeses in observando interdicto Ecclesiastico obsur
parent et Causa idem observandi Epo essent. Respondit nomine omnium Joannes Cra
arbitramur Sme Rex interdictum per Sedem Apostolicam in Bohemos latum, autoritate cu
iuscunque Pontificis tanquam inferioris tolli posse, nec vitae actum esse credimus, si praesulibus
Bohemis, nondum in Unionem Ecctae receptis, divina habita sunt, cum per hoc Sacerdotes misera
tes se divinis, non reatum solum sed et irregularitatis notam contraxerint. Quare Epo nrum Crac
optime et sincere egisse astruimus et assistere ipsi usque ad Sanguinem, in hac re non recusamus
Malumus quoque et exilium et mortem pati; et desertis propriis penatibus in exteras nationes se
cedere, quam in fidei Orthodoxae consentire depravationem. Nemo Vram Serm seducat. Bo:
hemos velut Haereticos damnatos, non reputandos esse, donec errores suos dimiserint, et
Ecctae Dei Sanctae fuerint reconciliati. Tum Rex. Habeo inquit et ego in Curia mea
Doctores insignes, qui decernunt, potuisse in praesentia Bohemorum Nunciorum divina agi.
Tum Elgoth cum Doctoribus Vrsis. Parati inquiunt. Sumus cum illis in Charitate
conferre, et veritatem aut sequi aut ostendere, destinato loco et hora. Sbigneus Epus Crac
cum Vrsis Crac Doctoribus. et Joannes Szafraniecz Vladislaviensis. Joannes Epus Chelmensis
in Theologia Mgr et Vladislaus de Oporow Decretorum Doctor R. Pol. ViceCancellarius con:
venerunt. Ubi orta Contentio, litem in longum traxit. Sed dum Joannes Epus Chelmensis
et Vladislaus de Oporow huic inniterentur fundamento unico, et illud velut Arcem
defenderent Dominis interdictis, familiares non esse interdictos, ac exinde
habebant Nuncios Bohemorum, velut ipsorum familiares interdictos non esse
facilibus argumentis victi sunt, Quicunque Dominis suis participarent in Adversi
de jure. Scripto conclusum est. Familiares et Dnos interdicto ligari, Post
hanc disputationem Rex de veritate est informatus, et opinio adversa in totum
mansit refutata.
Fuit deinde Joannes noie Regis et Regni ad Concilium Basiliense missus Ora
tor in quo cum die Epiphaniae in illa verba Surge illuminare Jerusalem verbum
in concione fecisset. Spiritum Dni in eo loquentem multi agnoscebant. Felix antea
V. Papa tunc electus et prudenti ejus locutione virum undiquaque consumatum agno
scens. Auditorem suum Generalem esse voluit. quod munus ille quamvis detrecta:
ret ab omnibus tamen. pro Aure Pontificis habitus est. ut hoc noe aliquid etiam
et quidam de Tauren apud Nicolaum V. Sacerdotium ipsius cum titulo Scho
lastici sibi impetraret.
In Schismate Ecctae sub Eugenio pro autoritate Concilij supra Papam stetit, et inter
alios Doctores Vrsis Determinationem per Conclusiones demonstratas sub determinatio
ne Ecctae scripsit unde postea Joannis Baptistae Epi Cameracensis Legati Nico
laj V. odia magna et suggilationes sustinuit.
Casimirus III Rex Poloniae Jagellonides Contributionis Ecclesiasticae quae sibi
in Subsidium a S. Sede Aptica ad bellum Contra Paganos decreta fuerat
ipsius Collectorem Elgotum habere voluit. Ille vero ut se tot negotijs et
oneribus subduceret Hierosolymitanam peregrinationem adscitis sibi in Comites longis
et difficilis vis Joanne Dlugosso Seniore Canonico M. Paulo Canonico Plocensi
M. Marco Bonfilio et M. Praeposito in Przeworsko. suscepit De fine peregrinatio:
nis huius scriptum in quadam epistola ad Dlugossum tale reliquit destinavi
hoc iter ut in eo Curem illa quae sunt ad Salutem animae. Ob hoc quoque
omnino delitescere in illa urbe si Deus faverit illuc pervenire institui. Nam
ad alios actus declamatorios et Legationes ut verum fatear, forte demerito
peccatorum meorum omnino inefficax et elinguis factus sum. adeo stringar
assidue dolore gutturis et linguae ut etiam Horarum Officium cum difficultate
te possim explere. Haec quoque infirmitas Causa fuit etiam aliqualis ut
Italiae Urbes et Medicos adirem, si forte inibi possem aliquod capere re
formationis medium. Volebat quidem Rex et Cardinalis Sbigneus iter hoc
ipsius impedire verum oia impedimenta Deus sustulit dic enim ad Amicum
quendam scribit. ex itinere

Joannes Ögoth J.V.D. et Professor
Cano. et Officialis Crac. multoties Ultis Rector

A° 1452 Peste sæviente, inter plures Sacri et profani Ordinis excellentes viros quorum illa ætas ferax fuit excellentissimus extinctus est. Cui epithaphium hujusmodi in sua Hystoria Dlugossij scribit. Mors Al. Joannis Ögoth Decretor. Doctoris eximij Scolastici et Canonici Cracoviensis die S. Bartholomæi vita functi acerbissime ab omnibus bonis lata est. Erat enim Vir in prudentia doctrina et mansuetudine singularis, omnium bonarum virtutum officina et sedes, latiali eloquentia redolens et in componendis ornatissimis et disertissimis literis sua ætate, nulli secundus, omnium pauperum orfanorum, miserabiliumque personarum refugium et portus. Cui sepulchrum Domini et calvariæ locum in Jherusalem, ortum in Bethleem, baptismum in Jordane corporeis oculis videre datum erat, Ex de facili simile produret germen domus Wieniawia et qua originem duxerat. Vitæ huius Viri Sanctitatis, argumentum est, illa legatio, divinitus ad illum per Veronicam Virginem divinis revelationibus celebrem directa, quam idem Dlugossius ad longum in sua Hystoria ad annum 1440 describit. Amoris in communem omnium nostrum Matrem Academiam perpetuum monumentum reliquit Domum muratam pro Ordinario Juris Professore, quam ille inter Ecclam S. Mariæ Magdalenæ et Collegium Canonistarum sitam Ere proprio in fundo ~~quidem~~ Universitatis erexit et exornatam A° 1451 Almæ Universitati Rectore tunc Benedicto Hesse libere et liberaliter in publica omnium Doctorum et Professorum convocatione resignavit.

Vnabilis Pr. Antequam vastum pelagus, iturus ad Terram Sanctam, ingrederer compulit me Tua erga me benevolentia, quamvis distractum et occupatum, aliquid ad Te literarum dare. ipse quoque crebri facinus existimans esse amicum integrum syncerum negligere et aliquod ei humanitatis non exhibere, studui in literis præsertim, quæ absentes et longe ab se distantes sæpenumero veluti præsentes efficiunt, et amicum viventem fortius accendunt, ignarus si ei unquam sim vel locuturus vel scripturus. Scribo itaque et Tuæ Vnabilitati significo, quod ad explendum desiderium meum dudum ortum et nutritum altiori peregrinatione captus Hierosolimam et loca sacra visurus pergo, Galeamque omnibus his proximæ lapsis diebus appropinquatam quam non sine fastidio et nausea aliquando tempore in hoc loco præstolabar, una cum comitatu meo conscendo, Tuis orationibus et meritis me adjuvari, et iter meum prosperari deprecor. Deinde Dni Cardinalis si quod ex mea concepit peregrinatione, indignationis vel molestiæ nubilum, extenuari oro, qui illius mores et molles aditus nosti. Si reditum concesserit altissimus illucescet aliquando dies, quo conari et eniti non desinam rependere et remereri affectus tuos. Si vero interim mea dissolverit stamina Lachesis retributorem mercedis Deum constituo etc.
Terram Sanctam ut attigit pronus cadens cum lacrymis eam amplexatus est. Omnia in locis in quibus steterunt pedes Salvatoris aut quæ sanguine suo conspersserat genibus flexis manibus in crucem expansis manantibus imbre lacrymarum oculis, osculis fovebat, in Nazareth ubi Deus homo factus est in Bethleem in qua cœlestis sponsus de thalamo uteri virginalis in mundum processit. Præsepe in quod infans fuit reclinatus ubi circumcisus ubi a sapientibus muneribus fuit donatus. in ipsa autem Hierusalem Dominici ubi pedes discipulorum abluit, ubi pignus æternum corporis sui sacramentum instituit, ubi ter ad Patrem oravit ubi captus cæsus irrisus judicatus condemnatus in cruce tandem mortuus et ex ea in sepulchro positus summa cum ai devotione humiliter adoravit, quamquam ab infidelibus multa incommoda, lapidum ac luti jactationes, irrisiones, derisiones subire debuerit, omnia tamen illa amore Dni Jesu pro nihilo duxit. quod ut quæ desiderio desideraverat oculis usurpare et aio illis inhærere datum esset. Operiri mortem in Hierusalem omnino volebat, nisi comites Domuitionem quod Xo Dno in Patria Ecclesiæ utilior futurus esset, persvasissent. Reversus itaque feliciter nullo ex comitibus desiderato Confessiones sacras Fidelium excipiendo ministerio pristina sua in Ecclesia Dei munia redijt. Anno ut inveni Charactere habet pestilenti infectus.

+

Joannes Dlugosch Senior Archieps Leopolis

Patre Joanne praefecto tunc Brzeznicensi de domo Wieniawa, et Beatrice Matre, Anno Christi 1415 natus, in ipsa infantia, ex indole praeclara, multa probitatis futurae ex se inhaerentibus exhibebat indicia. Secundo natu post fratrem natu maiorem defunctum. Senior est nuncupatus, vel vnde Ordinis ad natu minores fres quidem nn Joannis habebant, vel quod mihi magis credibile videtur propter praerogativam excellentis inter illam fratrum multitudinem, tanquam aliquem populum. Senior meriti audyt. Potus atq Cibi modicorum. ad Sedecimum vsq annum excepta fontana genus aliud poculi ignoravit, ex qua genij naturalis defraudatione et corpore gracilis et valetudine admodum fuit imbecillus, in deoq matri solicita, tanquam sua ope indigenti, maiori fuit curae. Patri vero quod in eo plura virtutum relucerent argumenta prae alys omnibus natis carior extitit. Sexto aetatis anno, Patre tunc Capitaneatum Leolori cinensem gerente, ad ludum literarium fuit deductus quo jam tempore quasi maturus sui quanta esset doctrina et literarum magistris praesentiens nuces, et alia crepundia quibus ad eum diem inter singulos impense oblectabatur in proximam paludem abiecit. et ad gimnasium libero ac liberali animo omnino properavit. Non metu coactus vt plerique nec blanditys aliquibus invitatus vt solent aetatuli sed vltro et sponte ipse volens non currens; Quoties portas vrbis clausas fuerant, praescriptum tempore hyberno horis antelucanis, saepius lacrymis exitum à vigilibus ad Scholam impetrabat. Cracoviam gratia altioris Study missus. incidit in Plagosum quendam Praeceptorem. cuius rigorem diu ferre non valens. petijt à Patre vt leniori et sibi commodiori Professori ad instituendum commendaretur, quod cum aliter quam erat Pater in deteriorem partem interpretatus esset, puerum eidem Magistro cum literis remisit. Asperior natura, hac etiam sui apud Parentes Dlugoschos delatione asperior factus Magister. tanto inclementius indolem ingenuam tractavit quanto illa tenerius sub manibus Paedotribae versari cupiebat. quo sane factum est vt inconsultis parentibus in Bursam divitum, (Vbi nunc est Collegium Minus) ad aliam studiosam nobilem juventutem transmigraret, in qua cum alys sodalibus per biennium sub optimis ex Vniversitate Praefectis Dialecticae et Philae diligentissime vacavit, eamq rerum cognitionem sibi comparavit quo titulo etiam literario et honore par erat. At ille esse potius quam videri Doctor maluit. Ingravescente per Colonium ob sterilitatem agrorum caritate annonae. multiplicata in domo parentum numerosa prole, cum hinc sumptus eum necessary deficerent, inde inexplebilis discendi sitis vrgeret, ne forte et parentibus gravis et in seipsum injurius foret, inter Syrtim et Charibdim in quibus illi naufragium faciendum esset, media via ad Sbigneij Epi Crac aulam quo Scholis vicina esset, et abunde familiaribus necessaria suppeditaret, sese contulit. Quod propositum Pater laudavit non improbavit

nec per literas aut familiares; sed ipsemet de manu in manum Praesuli sibi
notissimo adolescentem filium commendavit. Venerat is moribus et ea hone
state instructus inter aulicos Episcopi Joannes, ut bonitate sua amorem sui etiam ma
lentibus extorqueret. Sbigneus quoque diligenter in vitam et mores eius inspici
ens, et ad omnia gravissima quaeque onera ferenda idoneum animadvertens, prin
cipio. Suum Grammateum esse voluit, mox toti suae familiae gubernandae praepo
suit, Tandem universae dioecesi Crac. praefecit. omniaque sua illi et ea quae ad
ipsum quoquomodo spectarent, illi concredidit. In quibus omnibus muneribus ac
officiis ita versatus est Joannes ut cum tota vita Sbigneus unice dilexerit
et post fata etiam, solum et unicum ultimae suae voluntatis vindicem elegerit
Non erat haec Dlugoschi felicitas absque invidia, nec virtus ipsius caruit ad
versariis, at ille hostes patientia illam aequabilitate incredibili frangebat.
nulli unquam offensionis causam praebuit provocantes autem ne in liter aliquis debe
deret singulari mansuetudine ad admirationem usque multorum sustinuit.
Aetatis suae anno 25. omnium bonorum voto Sacris Ordinibus est initiatus, quod spera
retur Sacerdos talis futurus, per quem Deus immortalis placari ac generi humano
conciliari possit, erat enim in eo pietas summa, devotio syncera rerum di
vinarum contemplatio assidua: qui ieiuniis asperrimis orationibus in coelum
plane elevatis, praedicationibus ad populum frequentatis, exemplo denique
vel flagitiosissimos quosque ad frugem meliorem revocare, et sua institutione
plebem Deo perfectam reddere promptus esset. Sacerdotia quae illi non pauca
ultro collata fuerunt tanta integritate et gratia aliorum atque favore admi
nistravit ut multi cuperent sub eodem tecto in eadem ecclesia ministri alte
rius esse ut cum illius et industria emolumentum aliquod et vivendi commo
ditatem haberent. Omnia siquidem iura privilegia vel possessiones negligentia
amissa vel quoquomodo deperdita Ecclesiarum quas tenuit vindicavit et restituit
Pluralitatem beneficiorum cum nonnulli cupiditati eius alicui adscriberent
ille factis monstravit. Ecclesiae bona et reditus se non sua; sed ecclesiarum
bono acceptare. Etiam quae commodo essent eas tabulis pictis et altaribus
artificiosi operis exornabat. pauperes vasis sacris ex auro et argento mu
rabat mali materiatas elaborabat. ad omnes mendicos et aliena mi
sericordia victitantibus Xenodochia Orphanotrophia erigebat.
In villa Praelatura Vislicien. quae custodiis est fundus, templum de lapide quadrato
posuit. Visliciae ad Ecclesiam Turrim, Domum Vicariorum, et septa Coemiterij de
latere cocto struxit. In villa Odanckow Palatinatus Sendomirien. eidem B.
Virgini, et in Szczeporow D. Stanislao Martyri Regni Poloniae titulari muratas erexit.
Domum Cracoviae Pauperum Canonistarum, quae nunc Bursa Iurisconsultorum nun-
cupatur a Possessore eius Baltasare et haerede legitimo. ad usum et habitationem scho-
larium aere proprio emit. Domos Iudaeorum e regione Collegij Artistarum
facta refusione impensarum simul cum habitatoribus sub muros Civitatis versus
Coenobium D. Mariae ubi etiam nunc Platea Iudaica nuncupatur, submovit.
Ecclesiam D. Michaelis in Rupella martyrio D. Stanislai nobilitatam includis in cam
Religiosis Patribus divi Pauli Primi Heremitae reddidit. Venerabilioremque in
quo opere perficiendo plurimos sumptus nec minorem operam cum impendere nec

recessum erat, renitentibus Patronis ne Eccta Parochialis in Conventualem Religiosis trade:
retur, nec minus repugnante Plebano qui loci sacri religionem pro opulentissimo Sen:
domiriensi Sacerdotio commutare nolebat. Quominus Carthusianis opus et Clericorum
pulcherrimum et toti regno proficuum Casimiriae ad Ecclesiam S. Laurentij in Collegio Aca
demiis Casimiriano et in illis tot et tam amplis aedificijs post translationem Vrbis
in Vrbem jam institutis fundaret et erigeret obstiterunt Cives Casimirienses Praescriptio
ne allegata, nullo sibi alio jure suffragante, quamvis ipse, offerebat se omnia eo:
rum jura Civilia resarsurum. Quoque magis de Eccta et tota Polonia mereri
studebat eo maiores adversitates ab omni genere hominum patiebatur. Petrus
enim de Szczekocin Regni Vicecancellarius innocentem Criminis falsi insimulavit
quem ipsa vicit veritate. A Fratre Germano Sbignei Palatino Cracoviensi furti
in judicio accusatus, defendit se integritate et productis Sbignei ultimis tabu
lis manu propria defuncti. Epi Cracoviensis adversarium ita convicit, et supplex
veniam facti deprecaretur. Sed nec ab Jovis fulmine et ipsa Regis Ca
simiri Jagiellonidis iracundia tutus erat. Cum enim post mortem Thomae Strempiny Epi Crac
suffragium pro Jacobo de Sienno quem Pius II Pontifex commendabat in electione
Capitulari dedisset contra Gruszczynium quem Rex ad Episcopatum intrudebat pe
tens quam promovebat, in eaque Sententia cum fratre suo constans maneret, Publi
cationem bonorum, infamem proscriptionem, et in exilium voce lictoris et ministe
rio justitiae per forum ad portam Proscriptorum Deductione, tedis ardentibus eiectio
nem invicto animo per integrum biennium potius sustinuit quam a justitia
et eius patrocinio vel latum unguem discessit. Qua sua constantia apud
alios commiserationem apud alios odium retulit quod servire sciens ignorare
raret. Sed brevi sublato e vivis Gruszczynio Tragaediae huius autore,
Dlugossius ab omnibus praesertim vero ab ipsomet Rege probatus est restitu
tis sibi beneficijs, ad intimiora Consilia Regni initiatus. et institutioni fili
orum regis praepositus. Legationes vero totius Reipublicae gravissimas, Cum Jacobo
Prussiis cum collegis et Professoribus Academiae M. Jacobo Sadeco, M. Joanne
Dambrowca M. Matthia Raciaz obivit. In Hungariam Vladislaum regem
secutus, saluti fuit Sbigneo Epo ne a tumultu quem in raptores fugam
plebs rusticana moverat opprimeretur. Alterum vero Regis filium ad regnum
Bohemiam deduxit qua in legatione Pragensem illi Proceres Bohemi Episco
patum deferebant quem ille si ab Haeresi abstinere vellent et se Summo
Pontifici in rebus fidei subdere non dedignarentur, suscipere non recusabat
secus nolle se hodorum Pastorem esse qui cornibus obnessis de Sedem Po:
tum deijcere vellent. Romam aliquoties vero Sbignei ipsumque Eugenium adyt
it. Hierosolimitanam peregrinationem cum M. Joanne Elgot suscepit in multa pe:
ricula et multis a Saracenis periculis. In gravissimis Curis ac occupa:
tionibus Studium legendi et conscribendi Historias nunquam intermisit. Reli
quit stylo mundo et terso nec sine arte Historiae Polonae Tomos XII
Praeterea Vitas S. Stanislai B.ae Cunegundis necnon aliorum Regnorum Polo:
niae Hungariae Moraviae Silesiae Patronorum Praeterea Opus inestimabilis
precij. Librum Beneficiorum Dioecesis Crac in quo omnia jura Privilegia funda
tiones reditus emolumenta Ecclesiarum per dioecesim summa diligentia connotavit, eoque perfecit
ut tuta sint omnino ecclesiae bona adversus injurias avarorum et potentum
quandoquidem allegationibus huius libri in omnibus judicijs causae decidunter
et lites de proprietate et dominio ecclesiae dirimuntur. Opera sua Historica
F noe vero Regis Poloniae capta Constantinopoli ad Nicolaum V. P. ad Fridericum
Imperatorem. Ad Collegium Electorum Imperij in eadem causa feliciter obivit
Extant Omnes eius in Manuscripto Bibliothecis Archiepiscopi Acad. Crac.

NB hic = adde tum ... rex ... inspe. Vide Hist. D. ... Epi A. 1571. et sequent.

Viris doctis et eruditis Magistrorum Scriptoribus. Signanter autem Parenti suo Almae
Univ. Crac. juvanda, corrigenda et emendanda tradidit, quod Codex aureum hactenus com-
mendat. Collegio Sereni Regis Vladislai Artistarum pro usu Lectorum Libros
plurimos ac insuper auream libertatem a quotidianis querelis comparavit. Nam
ex servicibus eiusdem Collegii Artistarum Synagogam Judaeorum, quae vicina Collegio erat,
demolitus est, et recultas diversoria cum Studentibus permixta habentium
ex qua colluvie frequentes seditiones oriebantur, ad extremam S. Marci ut sup-
ra factum est plateam transtulit. Hospitale Judaeorum ubi nunc est domus Prima-
rum novum S. Annae pro Collegio Patrum Cisterciensium de Mogila studia tracta-
re volentium, pecunia parata emit, dictoque Sacro Ordini donavit.
Matthias Miechovius de Morte et Vita Dlugossi Lib. IIII c. 72 haec adnotavit.
Anno Dni 1480 die Veneris 29 Maij Vir celebris conditione, ac insignis repu-
tatione Joannes Dlugosch Senior de Niedzielsko Canonicus Crac. diem vitae clausit extre-
mum. Erat autem Staturae procerae, faciei gracilioris et macrae, nasi longi et aquili-
nae, Statis grandaevioris, et provectus ut ipse de se scripsit f. 65 annorum. Moribus probus,
virtutibus fulcitus, industria sagax, sermone eloquens, inter alia maximus Historia-
rum amator ac lector et Chronicorum scriptor. Huius Aeneas Sylvius Piccolomineus
Poeta Laureatus deinceps Cardinalis et Papa creatus, Pius II vocatus meminit et
in epistolis Sbigneo Cardinali Tituli S. Prisce Epo Cracoviensi missis magnifice
extollit asserendo eum hominem dignissimum doctissimum et in principum habentem
eloquentiam, multo sale conditam, quem praeter nullus tam clare tam diserte, tamque
prolixe, res Polonorum in pace et bello, intus et foris gestas quoadusque viveret, pr-
ofuit. Unde in hoc anno 1480 Vita et Chronica illius finitur. Praeterea scripsit di-
serto stylo Legendam Bti Stanislai Pontificis Crac. et Polonorum Patroni gloriosi, vitamque Bae
Kunegundis Conjugis et perpetuae virginis Boleslai Pudici Ducis ac Monarchae
Polonorum in Coenobio Sandecensi vita functae et sepultae. Scripsit et Geographiam imo
verius Chorographiam regni Poloniae. Urbes Castra oppida flumina montes atque valle-
gia cuius situs et dispositionis sint. Scripsit et Libros inventarios proventuum
Cathedralis Ecclesiae Crac. et Cunctarum Ecclesiarum Collegiatarum Conventualium et Parochialium
Dioecesis Crac., ad quem vel ad quos pertineant distinctius annotando. Item scripsit
familiarum arma et Clenodia nobilitatis Polonorum cum Origine et causa eorum et alia
grata regno Poloniae frugi, et decorem eiusdem paritura. Erudiebat praeterea egregios
constitutus Illmos natos Casimiri tertii R. P. quibuscum per paucis annis cohabitabat dum
postulatus et electus fuisset in Sedem Archiepiscopalem Leopoliensem obiit ante-
quam consecraretur anno mense et die quibus supra. In Ecclesia S. Stanislai Casimi-
riae Cracoviensis de Rupella nominata juxta Sepulchrum Bti Stanislai humilatus, cuius Ec-
clesiam praefatam in Rupella personis religiosis Pauli primi Eremitae, et promis-
sis largis ac privilegiis ante providerat ac dotaverat. Principibus filiis regiis
ipsius discipulis, cum Coetu Universitatis, Praelatorum ac populorum funus eius
sequentibus et exequias cohonestantibus quibus interfui et praedicta omnia vidi.

305 134

+

M. Laurentius Żmieskowicz M. D. Vicecancellarius et Rector Almae Universitatis Crac. 164

Brzezinijs natus est honestissimis parentibus, et loco in illo clarissimis
virtute, fortunis, amicitia. Praeceptorem habuit eodem in oppido
Campadium (polonice Posuiatam) qui praeclaro illius ingenio
lucem intulit, tum humaniorum, tum Graecarum literarum, a quo di-
dicit, cum alios Graecos Poëtas, tum potissimum Theognidem, Phoci-
lidem, et Hesiodum, quos fideli memoria, toto flexu vitae tenuit,
et suo in acceptis retulit Praeceptori. Hinc ad Academiam
venit, fidelissimorum Praeceptorum, ac inprimis M. Adami Opa-
toviy opera usus est in Studijs omnium liberalium artium
et Philosophicis disciplinis. Cuius consilio, et autoritate nixus,
laureas prensavit Academicas, industriam probavit et ingenium,
in palaestra Nowodvorsciana quam tum munificentia sua Bar-
tholomaei Nowodworskj Eques Melitensis erexerat. Illo primus
fregit lapidem in Dialecticis, et in Tyliciana palaestra privata
Rhetorices, ubi quotidie per unam horam exercitia Styli pro-
ponebat laboriosae juventuti. Publicam vero Tylicianam Professio-
nem summa cum laude, secundus in ordine Professor post A. R. Si-
monem Halicium quem ipse Tylicius pro sua Professione ex ordi-
ne delegerat, declamationibus frequentissimis (quae nunc passim negli-
guntur) et minime vulgaribus illustravit. Inde venerandum
illius nomen, e tenebris in lucem emersit, Nobilitati toto in
regno Poloniae innotuit, ut merito alter Isocrates Sarmatiae
nominari possit, pluresque unus discipulos habuit, quam alij
in Collegio Minorum Professorum, omnes. Hinc gratia Princi-
pum Illmi et Rmi olim Laurentij Gembicij Archiepiscopi Gnesnensis
et Georgij Ducis in Zbaraz Castellani Cracoviensis aliorumque
ac Principue Sigismundi III et Vladislai IV Regum Poloniae illi
affulsit. Tandem pervigili studio excellens sibi nomen lucu-
brationibus comparavit, quas felici ingenio et pollice docto praessit,
et emisit in lucem quae sunt prope innumerabiles, quae
ad manum habeo sunt istae. Ioan Lechicij Bartholomaeo
Nowodworskj. Principi Vladislao Panegyricus, Martino Szyszko-
wio Epo Crac. Encomium. Regi Vladislao IV Votum, Salu-
tationes etc. etc., inscriptae.
Vitam aliquando amplecti cogitans religiosam, iugum conu-
biale assumpsit, lecta sibi coniuge pudicissima virgine e
familia Brusiniorum, quam cum nonnisi medium annum habuis-
set, invidente diuturnitatis consortium duaeque candidissimae et
sine felle Columbae stulissima peste.

Ad secunda quoties sollicitabatur (multos autem sibi illum expetebant
virum Virgines, multae ambiebant Viduae) Respondere solebat Semel
insanivimus omnes. Hinc illa inter Poemata eius nimium dilecta La...
Urbano VIII Pontifici Maximo dicata, quae summam ob Bucolici
carminis energiam apud Poetas principem commendationem peperit illi admirati-
onem, ut hunc ad imitationem provocavit illis, quos ingens fui...
di diu exagitat curaeque. Dimissa Cathedra et Collegio minori ad
Medicinae studium totum se contulit Patavium adiit ibique cum pri-
mis huius facultatis non solum cognitionem sed etiam coniunctionem
animorum et communicationem civium consiliorum quoad vixit tenuit.
Postquam ex illa peregrinatione rediit respondit pro loco inter Doc-
tores Medicinae Universitatis nostrae per quam honorifice. Praxim
Curatio ani periculosam, tractavit felicissime, quia eidem incumbebat laboriosissime
et studiosissime. Est bene satis magnus liber propria illius manu
conscriptus in quem notabiliores quas curabat personarum complexion-
animi et corporis constitutionem, partium corporis et membrorum
sympathiam tum vero causas morbi symptomata dies criticos
consilia circa singulos et eventus felices, coniecit. Semper autem
bonum Academiae affectu non voto, ac non verbis, apud quoscunque
acceptus fuit, fuit autem cunctis omnibus, illius famam iura defende...
in causa aemulorum informationes veridicas afferendo, promove...
Hoc est enim Academiae bonum promovere illius velle libertates
sarta tecta iura, Dei gloriam et animarum salutem.
In suo Procancellariatu publice famosum illud Nostre ipsi
Licentiatis commendavit. Rector electus tres commutationes su...
num Stemati magistratus non prius laboriose, quam vitam finivit
gloriose. Emerserat non levis sub eius sceptris difficultas, quam ille
ex iudicio Patrum determinaverat, effectu tamen consilium fallit
et fori apprehensione in morbum incidit. Erat in custodia Univ...
sacrum depositum pro Canonisatione B. Patris nostri Cantij 30000 flor.
Vladislaus IV Rex Poloniae pro comparandis Ratiboriae et Opoliae du-
catibus, a Ferdinando III Imperatore, pecunia opus habens requisivit
a Rectore Univer. ut ea sibi mutuo commodaretur, et pignus in vicem
eius reciperetur. Consenserunt super ea re Patres et Consiliarij Uni...
Rector contrarius esse non potuit. Post aliquot dies cum pignus
non aequivalens daretur, Jacobus Gorski Dr. scriptis litteris Rectoris dam...
pecuniam fuisse extraditam apud eundem conquestus est. Hoc acu...
ata scriptis et simul qui factum in melius reformari possit m...
dictatio non parum Rectorem fatigavit et infregit. Caput Univer-
sitatis stylo iniuriantes petitum, maximo capite laboravit. Phre-
nesis dies aliquot, mortis aliquot Hebdomadas in lecto Rectorem d...
tinuerunt e gravissimo illo morbo opera et studio omnium Medicorum
ubi primum vires resumere coepit, proximo triduo ante mort...

dedit Convocationem ut Academiam de omnibus informaret et quae-
dam ordinaret. Convocati veniunt omnes DD. Professores. Ut
frequentiam solito maiorem Rector circumspexit exhilaratus conspec-
tus est ora fausta Universitati et consolatus est Graeco exemplo Demonis
gentium laborantes qui ad Hebr. 10 inquit Non deserentes Colle-
ctionem nostram ut quidam faciunt, sed consolantes tanto magis
quanto magis propinquior est ultimus dies: ita ille consolari vide-
bat laborantes et vel praesentia sua recreare quod et fecit. Memi-
nit Pausanias in Atticis Atheniensem quendam saucium ex acie
et Praelio venientem in Senatum, dixisse Salvete Patres res
nostrae bene habent, simulque in terram concidisse et expirasse.
Non aliter Rector noster venit in Universitatem lethifera
secum ferens vulnera ut videret omnes et eosdem speraretur omnia
bona. Salvete inquit, et valete fratres, et intra biduum episodio
S. Matthaei expiravit. Singularia eius in Academiam extant
merita, quae licet altissimo interea involvuntur silentio, olim
tamen luci patefacta sera suspiciet posteritas. Illius est fun-
dationis Contubernium Studiosorum Gelanianum nuncupatum,
ex illius aere Collegis Maioribus 300 fl. in annum veniunt,
Testamentum eius ex legatis ipsissimam spirat pietatem, Collo-
cationes elegantiis et opes vitae frugalitatem, ordinationes fuci
Sapientiam, viri incomparabilem. Illius sit pio Credimus
quod D. sui Patroni Laurentii laureato nomini responderit qui
sic bonum Academicum laureasque promovit Academicas.

M. Laurentius Stervgelius Decanus Infulatus Za-
mosrensis

Avum et abavum habuit in oppido Russiae Buscensi, ipse natus est
parentibus honestissimis, ea in urbe quae caput est Russiae, asylum inno-
centiae, propugnaculum libertatis, arx pacis, ara fidei, templum sapien-
tiae et honoris, quae sub sydere benignissimo et bonis ingeniis fauca-
tissimo, a magnanimo suo Conditore Leone, dicitur Leopolis.
Huius urbis Senatum si quis Cyneas oculis interea contemplaretur
profecto non dubitaret, quod ille de Romano Senatu dixit affirmare. Re-
gum sibi simillimum videri. Non enim paludamentum aut pur-
pura, nec sceptrum magis quam prudentia, aequitas, fortitudo, magnani-
mitas, et quae ex his virtutibus pullulat authoritas Reges adornat.
Desideravit nunquam huius urbis Senatus leges patriae libertatis pro-
pugnatrices, oculatissimas, plebiscita ob concordiam et vivendi
normam laudatissima, Cives boni civis promovendi amantissimos.
Nullam impressionem barbarorum, nullos tumultus perduellium

Nullam penuriam rei frumentariæ ob singularem vigilantiam, rerum aptan-
darum ordinem et industriam, loci natura munitissimi situm, ac imprimis
Dei Optimi Maximi benignitatem Leopolienses incolæ abhorruerunt.
Quorum pervantiquum symbolum hoc epigrammate recens illustravit Paeta.

Heu fuge Parthe ferox, nec te obvia porta moretur
Quamvis aperta manet, non tibi aperta manet
Civibus illa patet, Scythicas premit illa phalanges
Huic Leo magnanimus providet excubias
Ergo Leonis ope clarissima vive propago
Fortis es excubiis, fortis es ingeniis.

In hac urbe erant olim Athenæ Russiæ, quæ nobis effuderunt illos
Ursinos, Bursios, Dresneros, Simonidas, Alnpechios, Galasinos, Volfo-
vicios, Sulcios, Sixtos, Dibouicios, Campianos, et quos memoria no-
stra non attigit viros Leopolitanos, ceterosque bonis litteris amantissimos
et in omni genere artium instructissimos Doctores atque Professores
dignissimos illumque Rmum Archiepiscopum Zamoscium qui a tam illustri
munificentiam in Academiam nostram fundatione facta, sed etiam
omnem gratitudinem testimonio coram Paulo V. Summo Xti Pastore
pastore pro Academia Cracoviensi contra æmulos et novam pa-
tronis Universitatem moliebantur deposito testatus est.
Hic igitur patrius in patrio solo ad quem frequenter cursu studio-
tenellis ab annis Laurentij nostri fuit Eruditas, hic illi pri-
fuit, hic laureatus Parnassij eruditionis candoris pietatis. Hic
prima laborum fundamenta iecit, ab his radicibus amplissimam
deinceps virtutum felicem et auspicatam duxit originem.
Sed ne sibi natus videretur Laurentius, ab hoc patrio solo laure-
in fundum Laureti Acad. Cracovien. transplantatus est, ut altius
non ad umbram sed ad lucem solis assurgeret. Nam ut plantæ
interdum si transferantur, felicius surgunt: ita divina ingenia
fructu saepius patriam relinquunt. Receptus itaque in sinum Aca-
Cracovien. Professorum, benevoloque lubitus subacto ingenio nihil
nisi omnia excelsa et praeclara sapere cœpit. Videbat Acade-
am esse templum pietatis, versabatur in ea cum religione tan-
quam mysta. Videbat esse Prytaneum sapientiæ. in id Uni-
studia conversebat sua ut olim publica stipendia mereret tan-
professor. Videbat esse Areopagum aequitatis. eas ipse sibi dire-
leges ne unquam iniurius cuique esset ultus tanquam Zaleucus.
Videbat esse aram libertatis et sanctitatis. servire necessi-
tum colebat tanquam Sacerdos. Videbat esse palestram, bonarum
mentium, ideo charitatis oleo debilibus ad luctam contra ignorantiam
et vitia defendebat, tanquam athleta. Videbat esse stationem
laboriosorum litteratorum virorum ideo maxime stupebat non
studiorum; sed his perangustis loci spatiis ut miracula posse con-
neri

tiarii ipse quoq pulverem Scholasticum colligere, et Bateliam promovere non dubitavit, tanquam Dares. Suspiciebat plerosq Lauris Academicis Ornatos quasi prochronos ad vitae integritatem conservandam, ad dignitatem Patriae tuendam, ad subministranda Minorum gentium Quiritibus saluberrima consilia, lucidam Phoebo facem, ipse quoq in hac Lampadodromia ut esset Lampadaphorus animum sibi addebat tanquam alter Prometheus. Et poterat satis sibi videri disertus hic Severus Sulpitius ab ipsa natura ad omnem virtutem et facundiam natus, nisi in MM. Scauros QQ. Metellos Laelios Crassos Catones incidisset, quibus tum Academia nostra plena erat. itaq eorum consilio et authoritate, M. Tullium, non tanquam fori Crepitaculum, sed tanquam eloquentiae parentem et Suadae medullam adamavit, utq posset tenere in lingua Mercurium. Censum prius condidit in pectore, Legum rigorem aequitate temperare didicit. Valetudinem parsimonia vitae firmavit. Summa divinae Sapientiae mysteria. Conscientiae innocentia complexus est. Morte vero in tem: tum fuit bona quantum aeterna bonitas intelligi quantaq ea ipso virtutis utero nasci potest! Ut si Laurentij nomen à lation[e] quadam, natus haud quaquam fuisset, à nutu paterno, obtinere debuerit à divino. Nihil enim ab illo non divinitus gestum est. Nam quidquid dixit, egit, scripsit, quidquid suscepit, id omne perfectum suo ductu auspicijs summa providentia et labore.

Ergo suo nomini auspicatus ut adjunxit laureas Academicas boni nominis fama, tanquam Crepitantis lauri odorifera flama Sarmaticum implevit Orbem, et ipsum inprimis Magnum Joannem Zamoscium Regni Cancellarium et Supremum Exercitu um regni Ducem afflavit, qui hunc ingentibus operis precijs in suam, quam fundaverat noviter Academiam, evocavit, et mox insignibus honoribus illustravit, verus Moecenas litteratorum virorum. ac deinceps illi post multa laboris et doctrinae monumenta, adoream illi Infulatam Decanatum Zamoscij [illegible]: consulto deditaq dari; sed praemium virtutum ac meritorum, opera designavit.

Tam pingui beneficio cumulatus et ornatus vir Stergellius nihil honestius magnificentiusq iudicabat, quam ut ex suo peculio non ad superbiam et luxum conderet instrumentum, sed ut exstaret pietatis suae fides candoris sempiternum monumentum principibus ipsis magnisq heroibus valde quam suspiciendum et imitandum. Dolebat nimium eb

ac vehementer angebatur cum videret quamplurimos bonarum litterarum
alumnos, omni ope ac studio destitutos, stationes deserere, hastas abjicere
aliorsum se conferre quam quo boni genius suadebat, nec sibi persuadere
poterat nec fas esse ducebat, versari se in tanta fortunae amoenitate, illis
quondam socijs et aemulis laborum, eruditionis gloriae, quasi quibusdam com-
pedibus abstractis, et ad afflictissimam sortem, tanquam ad ergastulum et triremes
redactis, frequenter et summa commiseratione in eam cum amicis venie-
bat dissertationem cum diceret, Eheu quam multi in Acad. vagantur non ho-
mines sed simulachra et umbrae hominum, quidam morbis circumferunt
imaginem, hunc pleuritis infestat, illum hydrops pertentat, hunc ca-
cochymia illum ophtalmia, hunc spasmus illum phthysis, hunc vertigo
capitis illum debilitas languorque podum afficit, illi denique sciatica molesta est.
Ut nullum est tam miserum et miserabile Xenodochium quam eorum littera-
rum hominum, qui absumpti lucubrationibus et exhausti, quo tandem se
devexa aetate recipiant non inveniunt. Ubi illa est principum virorum
indoles et consuetudo, bona ingenia noscere eaque in suam gloriam fovere.
Viginti talentis unam Orationem vendidit Isocrates. Pro paucis
Speusippi libris, tria talenta adnumeravit dedit[que] Aristoteles. Plato tres
Philolaj Pythagorici libros 10000 denariorum hoc est 1080 aureis [illegible]
cuius est. A Plinio Seniore Collectanea Largius Licinius [illegible]
quadringentis millibus nummum hoc est decem aureorum millibus, [illegible]
venderet ausus est, et Plinius tanti adhuc addicere noluit. Lysander
ob paucellos versus, Antilocho Poëtae pileum argento implevit Virg[ilius]
pro paucis versibus ab Octavia Augusti sorore supra 5000 aureorum [illegible]
Non sibi sed inter messem auream laboriosa semper [illegible] ingen[ia]
Ipse qui copiosissime de paupertate disputavit Seneca, inter quadr[illegible]
[illegible] ter millies sestertium, praeter latifundia quae possederat numerav[it]
An disputanti potius quam viventi credetis! Sic dilectissimis bon[is]
bonis cum amicis ratiocinabatur, haec mente volvebat haec meditabatur
ut aliquando cum fenore publico viris litteratis prodesset. Atque ita
anno 1615. quidquid peculij habebat in censu comparandos [illegible] ad Bel-
[illegible] nobilitatem locaverat, Sic locatis fere centum millibus supererant
in numerato paulo minor summa, suppellex magnifica auri et arg[enti]
[illegible] non parva moles, domus, fruges et pecora in [illegible] Obligationes debito-
res insuper cessa [illegible] non cuiusvis momenti quae omnia cum [illegible]
A° 1636 quo e vivis migravit reliquit illum solum heredem [illegible]
ciani illi soli ad usus quorvis convertendi suam substantiam [illegible] bon[am]
dans facultatem. Quo vero tandem modo tantum tamque magnificum
[illegible] largitus est. Eo quo docuit Stagyrites, Philosophus, Senecam M. Tull[ius]
et Oratione et opere expositus est. Himicus Universitati [illegible] ne cogit[illegible]
[illegible] sperante quidem inscriptis dedit donavit Omnem suam suppell[ectilem]
[illegible] mente provida, consilio firmo, voluntate immutabili, exempl[o]
memorabili et apud posteritatem omni ipsis Principibus imitando et [illegible]
[illegible]endo. O similes utinam nobis quamplurimos vel decursis mens[ibus]
Divina largiretur benignitas. Et vel unum in seculo, [illegible] [illegible]
iniquitate temporum et hominum fere intereunt. Sed bona stabilita [illegible]
Professoribus ignotis. comparavit

Quid Universitas Cracoviensis audet tale Dre, fundare est in suis Pro-
fessoribus opulentior? Minime. Quamobrem? Nimirum pauper sponte cum
sit, exstitit liberalitate serena Laurentio Stangelio suo. Nam cum in Pro-
Professores, qui maxime respexit Laurentius ut omnibus quam maxime
prodesset omnia illius bona convertere debuisset. Omnia disper-
sit et minimum quid aut nihil sibi reliquit. Divisa enim omni
Stangeliana substantia in quatuor partes, earum unam Zamoscensis Aca-
demiae Professoribus quoad dem Studij esset illius colonia, resignavit
alteram dedit propinquis, tertiam pro erigendo Stangeliano Con-
tubernio Studentium, assignavit. Quartam et censu 1500 floren-
ipsimet Laurentio gratitudinis Acad. prodit cum solenne Anniversarium ipsi-
met cum nominis ejus celebratione instituit. Quo die non nisi
500. fl. inter DD Professores qui instituto Stangelianis adsunt di-
viduntur. Utra alteri obligatior sit gratitudinis vinculo an Aca-
demia Stangelio an hic Universitati in medio relinquo.

M. Matthæus de Cracovia S.R.E. Cardinalis
Tituli S. Cyriaci

Matthæum infantem, Ecclesiæ Cracovia, Romanæ purpuræ Patrem Ma: gistrum vitæ à parvulo eduxit Academia. Infula bicorni et Conchiliato galero ubi tunc Sedes Pontificum Romanorum erat, senem ornavit Gallica Avenio. Post primum in Septentrione nostro Solis Sa: pientiæ exortum, ad littus Istulæ Casimiriani Conchæ Academicæ ore hianti cælestis ros iste illapsus, ad omnem laborem nitorem splendorem per omnes virtutum et disciplinarum orbes est tornatus. à Benedicto X Christi in terris Vicario iustissimo Virtutum arbitro magno pretio æstimatus in Coronam Cardinalium est insertus quam ille tantum proprii ingenii vitæ morum doctrinæ radiis illustravit quantum alii fortunæ dignitatis luxuriis ditiorem facere consueverunt. Ac ut ipse non quantivis pretii fuerit ita ut debitum virtuti sanctæ pondus appenderetur curavit. Pro Brigittæ Sueciæ viduæ Sanctissimæ divinorum honoribus decernendis in Consistorio Patrum oravit ac ut institutum eiusdem Ordinis pro viris atque ac feminis confirmaretur a Sancta Sede Apostolica obtinuit. Nec lingua solum in dicendo, quam calamo teres in scribendo, Baccatum monile elaboravit gemmeo ~~elabora~~tum polliri, collo piorum appendendum in directorie S. Scripturæ eius diligentius perlegeris. Petrus Saunier Generalis Hospitalariorum S. Spiritus de Saxia in Regno Poloniæ Visitator Aº 1652 in Bibliotheca fratrum Patrum Cracoviæ Tractatum de frequenti Usu Eucharistiæ e pulveribus excussit et Typis Lu: gdunensibus Lucis publicæ restituit, Cum Cælestis Margaritis Unionem nostrum (quod sciam primum è Poloniæ Cardinalem) ad Cæli gazophilacium Aº partæ Salutis 1376 transtulisset, quo iam tempore non Margarita solum sed etiam cochlea Margaritiferam au: dire cæpit Academia Cracoviensis.

[margin: error / à Gregorio XII]
[margin: Idem ille novi testamenti dices]
[margin: error / 1410.]

Lechia Te genuit, Laurus Academia cinxit
Ingenium stupuit Gallia docta tuum
Te quoque Cæsareæ Germania viderat aulæ
Intimum, et eloquii est nectare pota tui
Cardineque tandem Saturnia Roma galeri
Purpureoque dedit munera sacra togæ
O quantum Matthæ Tua virtute valebas
Doctrinæ quantum in Te, eminuitque jubar
Cuius in ornatum totus consenserat orbis
Tu quoque virtutum forsitan orbis eras.

Meminerunt Matthæi nostri de Crac. Genebrardus qui testatur in Chronologia Anni 1371 è Pragensi Academia Parisios profectum ibi S. Theologiam interpretatum esse eamque methodo Scholastica totam descripsisse. Quem postea Regi Romanorum Ruperto à confessionibus fuisse. Encomiastes Heydelbergensis Universitatis Ciaconius et Claudius Robertus, eiusdem Oratorem fuisse indigetant. Ferdinandus vero Ughelius Florentinus

Abbas. S. Vincentij et Anastasij ad aquas Salvias Ordinis Cisterciens.
extra muros Urbis Romæ (qui in additionibus ad Ciacconium Antonij
Demochari, Claudij Roberti et Gasparis Bruschij autoritatem secutus
Pragensis et Parisinæ Academiæ Rectorem fuisse adnotat) etiam Can-
cellarium inscribit. Omnes Vormatiensibus infulis coronant. (Ac pra-
ter nominatos Munsterus Libro III Cosmographiæ Bertiusij in de-
scriptione Germaniæ) Plures edidisse tractatus addit Ciaconius
volens se opponere Viclepho Hæresiarchæ et ejus Sectatoribus Hussitis
qui verbum Dei ~~ad~~ suas insanias depravabant, multisque modis Rempu-
blicam Christianam vexabant.

M. Martinus de Przemislia cognomento Rex M. D.
et Ordinarius Professor

Contigit Martino a parentibus, plebeis Przemisliensis municipalibus cognomentum Regis, non
quod regiae stirpis esset, nisi quis cum Platone velit hominem regem non esse, seruis ho-
minem seruorum non esse regibus ortum esse, At noster ne Regis nomen futile portaret, Rem
veram, per reginam Scientiarum omnium Philosophiam consecutus est. Primus enim erat in-
ter homines intelligentiae acumine, primus inter philosophos studio sapientiae, primus inter
viros probos virtutum cultura. Rectius ergo fuit appellatus Rex, quam Tarquinius
qui nec se nec suos regere potuit. rectius magister populi quam Sylla, rectius dives
quam Crassus, qui nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transysset. Recte
Lyricus: Ad summum sapiens uno minor est Jove, dives
Liber honoratus pulcher Rex denique Regum
Praecipue sanus nisi cum pituita molesta est.
Quid quod ipsius non regis edicta, reverentius habuerint magni quoque Principes quam
si Gadibus iunxisset ultimam Thule. Forte enim et Pannonibus et Sarmatiae
antistitibus in curanda valetudine et conservanda operam dabat. Defunctus Philosophiae muneri
re ad Medicinam se contulit eiusque etiam Ordinariam Professionem sustinuit dum
Bononiam pro consumatione excurrit Bononia in Pannoniam ad Regem vocatus abiit
quae res molestiam Cardinali Sbigneo Acad. Crac. Cancellario non mediocrem attulit,
Libet molestiae ipsius testes literas Cardinalis inserere. quae sic habent. Anno uno iam
prope exacto, mittendo in Vobis V. Dnum Joannem Dlugosz Canonicum nostrum Crac. Commi-
seramus sibi inter alia quatenus vos ex Studio Bononiensi revocaret, atque nostro nomine
committeret ut ad nos perceptis tamen prius doctoratus insignijs veniretis. Qui etsi omnia
iussa nostra expleverit, et vestrum reditum cum vestris literis praemiserit, longo tamen tempore
et longa expectatione delusi sumus. Nec nos solum, sed et ipsa Universitas vestra quae
votis nostris obtemperando, Ordinarium locum pro vobis in hunc diem reservat. Mi-
rabamur itaque et praedicto Dno Joanne Dlugosz ad nos feliciter reverso magis
mirari coepimus quid vos impulerit ad Regnum Hungariae, facere descensum, et in eo
continuum facere incolatum, cum aliud literae vestrae nobis missae, et aliud relatio praefati
Dni Joannis Dlugosch testabantur. Ne igitur ulteriori detineamur spe et inaniter, ver-
terum pro hunc nuncium specialem remoramus exhortando vos committendo nihilominus
vobis ut celeriter ad nos qui vestra praesentia plurimum indigemus redeatis. Subeunt
enim aegritudines, subeunt morbi subit senectus. Jamque menses aliquot cum pede insano
exegimus in quo plures aperturae saniei stillant nos debilitant et aggravant, ad cuius
consolidationem etsi expertos habeamus Chyrurgos, Physico tamen experto indigemus.
Crebris insuper impetimur a praefata Universitate precibus ut aut locum pro vobis ordinatum
vestri suppleat praesentia aut illis substituere personam idoneam in locum praedictum conce-
damus. Unum itaque e duobus eligite, vel redeundo si nobis famulari non fastiditis aut
rescribendo quod redire non curatis aut non velitis. Exigit enim et nostra aetas et conditio
ut medicum continuum et fidelem qualem vos esse fuisse habeamus praesentialiter in Curia
nostra. Caeterum scribimus Reverendo Patri Dno Joanni Episcopo Varadiensi, rogando, suam Paternitatem
pro complacentia singulari quatenus nobis opera Titi Livij quae illum ab experto habe-
re cognovimus mutuet et per vos vel per Magistrum Gregorium Plebanum in Vieliczka
postquam vos vel ipse Magister Gregorius venire ad Regnum Poloniae contigerit, transmittat.
Certificetis praefatum Dnum Epum Varadiensem quod librum praedictum si illum nobis sua Paternitas
accomodare dignabitur in brevi tempore et celeriter accommodatum cum omni gratiarum actione re-
mittemus. Et si ipse vel alius pro eo aliquas res postulaverit grato et hilari animo
curabimus destinare. Super quo re etiam Dno Epo et Magistro
suae paternitati
Gregorio scribimus literas speciales. Non detinentes vos aliquibus amplius excusationibus
sed reditum vestrum quanto celerius potestis maturate.

Gregorij Sanocensis in fin.

Rediit ergo Martinus in Poloniam et in Acad. Professor existens eo tempore quo alij
Collegas minores fundabant ipse quoque in Astrologia Professorem Collegij Minoris et peculi
quod collegerat fundavit. ut videre est in Libro Constitutionum Collegij Joris Artistarum.

videnda oratio in funere ejus habita à Valentino Vidario. ultimo loco illius operibus affixa.

Martinus Pelsaeus. Silesius S. T. D. C. C.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

181
322

ORACVLVM THEMIDIS,

Ad ſolenne noui honoris auſpicium,

Clariſſimi, & Excellentiſſimi Domini,

D.M. MATTHIÆ KVCZANKOWICZ,

Phiæ Doctoris, Publici S. Authoritate Apoſtolicâ Notarij, Ciuitatis Leopolienſis Notarij & Syndici, ac Secretarij Generalis,

DVM

A

Magnifico, Clariſſimo, & Admodum Reuerendo Domino,

D. M. ALBERTO LANCVCKI,

Iuris V. Doctore, & Profeſſore,

Eccleſiæ Collegiatæ SS. O. Cancellario,

& S. Michaëlis in Arce Cracouienſi Canonico,

ac interea,

Studij Generalis Almæ Vniuerſitatis Cracouienſis

RECTORE.

Vigilantiſſimo,

In Perauguſto DD. Iureconſultorum Collegio,

Iuris Vtriuſquè Doctor ritu ſolenni

RENVNCIARETVR,

Officioſiſſimi applauſus, & gratulationis ergo,

A

M STANISLAO IOSEPHO BIEZANOWSKI *Leopol,*

Philoſophiæ Doctore,

Luci Publicæ

CONSECRATVM.

Anno Domini, 1661. Die 19. Decembris.

CRACOVIÆ, Typis Viduæ LVCÆ KVPISZ, S.R.M. Typogr.

Principi animantium,

Armorum, animorumque delicio,

LEONI ROXOLANO,

D. C.

De comedente exiuit cibus, & de Forti egreſſa eſt dulcedo. Iudic. Cap. 14.

LEO ferarum principatu nobilis,
Idemq; victor, & Rex alme mentium;
Timende ſiluis, Marmariciſq. Saltubus,
Lybes peruſtos, Africæq; rudera,
Iubâq;, rugituq; ſæuo territans:
In Vrbe ſola, Roxiani Principe,
Soliq;, Climatiſq;; dulcis, & cicur,
Stupenda iungis vno in corde ſymbola.
Ferox Gelonis; Harpijſq; Tauricæ,
Volgæq;, & Eoæ minax Propontidi:
Soli togatæ es Palladi tractabilis,
Agnoq; Muſis mollior tenerrimo,
Placiduſq; vatum cætui, & Phæbo ſacer.
Quem te venerabor? aut quid altius colam?
Mitemne credam, maſculumne dixero?
Togane clarum, ſpiritune Martio?
Vtrumq, dicam; nam ex vtroq; es Maximus.
Te non reponet natus Alcmenes, ſuos
Inter triumphos; nec lacertis grandibus,
Ornamen, & ſpolium feret memorabile:
Herois at tu Ieſſiadum fortiſſimi,
Quæ præda quondam concidit laboribus
Bellator ingens, atq; Victor hoſtium,
Getas comedens, & Boſphori crudum caput:
Soli eruditæ grata ſemper Palladi
Dulcedo fies, & cibus ſuauiſſimus.
O ergo verum! mellis Attici fauos
Ex ore forti, dum Leo doctiſſimus
Muſiſq; promit, vimq; Martis ſuſtinet
Quid melle dulcius quid Leone fortius?

Nobilibus, Clariſſimis, & Ampliſſimis Dominis,

D. PROCONSVLI,

CONSVLIBVS, TOTIQ; SENATVI

INCLYTÆ VRBIS LEOPOLIENSIS,

Dominis, & Patronis ſuis fauentiſſimis,

Author

Vtramque Felicitatem.

AD VOS potiſſimum, ſacer hic, ab Oraculo Diuæ THEMIDIS, ad Roxolanam teſtudinem deductus, pertinere videtur applauſus, CONSVLES Ampliſſimi; ad quorum ſapientiſſimũ conſummatæ prudentiæ tripodem, totum id ex aſſe ſpectat; quidquid in Vrbe Veſtra ad eam Virtutis & eruditionis amplitudinem aſſurrexit; vt in Perauguſto Iagiellonicæ Palladis Archigymnaſio, velut in antiquiſſima eruditarum Coronarum Sede, ſumma cum Laude meruerit coronari. Non æſtimationem tantùm Virtuti, & literis; ſed ſummam quoq; imponere manum, atq; in lucem, & conſpectum proferre, tam Vobis ſolenne eſt; quam quidquid in Coronatos, Vaticano ſydere Montes Veſtros euaſerit; velut Ciuitas in monte poſita, latere neſciens; in oculis lucis publicæ amores omnium, & honorifica iudicia promeretur. Accipere Viros, Virtute, & Doctrinâ conſpicuos, felicitatis eſt; efficere, Virtutis; cuius tantò ſolidius bonum eſſe cenſetur; quantò glorioſius eſt, ex officina bonæ mentis, inexhauſtum magnorum Virorum prouentum, vſui publico prouidere. Excellit hoc in genere laudis (quod citra inuidiam ſentire licet) florentiſſima Ruſſiæ Metropolis, magnanimi Leonis Veſtri ſedes ampliſſima; eò quidem cæteris ſublimius; quò ſanctiorem à vetuſtiſſimis temporibus Legem, ſibi indixiſſe videtur; non in lectiſſimo tantùm Senatu; ſed in omnibus ferme Magiſtratuum publicorum ſubſellijs, nihil eiuſmodi pati; quod vel ipſa non fecerit, vel quod grauiſſimo iudicio ſuo probatum, non acceperit ſummum. Ego certe, niſi iam olim Sapientiſſimi Ordinis Veſtri, dignam Cyneæ oculo, iudicioq; amplitudinem, ceu natiuum Patriæ meæ chariſſimæ decus, attonitâ mente ſuſpexiſſem; vel ex hac ſola, Clariſſimi & Excellentiſſimi VIRI, D. MATTHIÆ KVCZANKOWICZ, Notarij, Syndici, ac Secretarij Generalis Vrbis Veſtræ digniſſimi, honorificentiſſima æſtimatione; ad eum debitæ venerationis cultum commoueor; vt aut hic, aut nullibi; maximi iudicij, veterem Athenienſium Areopagum florere, perennareq; exiſtimem. Nam Licet eximius hic, THEMIDIS, Conſiq; Myſtes, Vir is profectò ſit; qui amores omnium, & encomia, non mereatur tantum; ſed rapiat omnino, exigatq;: ab Ampliſſimo nihilominus Senatu Veſtro, in partem curarum aſſumptus; in tanto maiori honoris cenſu id computat; quantò maius eſt, grauiſſimo Catonum & Naſicarum iudicio, quibus ſumma non niſi, & optima placent, placuiſſe. Conuenerunt enimuero in hoc VIRO, quæ diuiſa in plures, non diuiſo ſingula; ſed collecto amoris, & venerationis affectu proſequi, æquiſſimum cenſemus; expeririq; in eò natura voluit, animi & corporis dotes, ad pulcherrimũ cõſumatæ laudis decus elar-

giens; quantum benignitatis ſuæ, & prodigo fauori liceat. Verum indulgentiam alienam, & gratuita munera, inter propria decora, & laudis inſignia recenſere nolens; ita ſe totum virtuti & eruditioni excolendum tradidit; vt poſt geminas in Artibus & Philoſophia laureas; poſt exornatas profeſſionis Academicæ, fideli labore, & excellenti doctrinâ Cathedras; poſt dies nocteſq;, in accurata Iuris Vtriuſq; Cognitione, indefeſſo ſtudio conſumptas; luci tandem publicæ expoſitus, dignus inuentus ſit; qui Conſiſtorij, Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini, D. IOANNIS TARNOWSKI, *Archipræſulis Veſtri longè digniſſimi, ab auſpicato Pontificij ingreſſus ſui exordio, curam & regimen ea felicitate ſuſciperet, ſuſtineretq;; vt Vnus prope immenſis curarum oneribus, admirabili prudentiâ, dexteritate, animiq; Viuaciſſimi prompto vbiq; conſilio, ſufficeret. Quod cum in eò, perſpicaciſſimus iudicij Veſtri oculus, ea quà ſemper, ſelectiſſima quæq; requirere ſolet, obſeruatione aduertiſſet; auream Viri mentem, quantæcunq; adminiſtrationi publicæ parem; Syndici primum, ac deinceps Notarij honorificis muneribus admouendam, ornandamq; cenſuit. Multus hîc eſſem, ſi quantum optimus iſte iudicij Veſtri ſenſus, communi bono profuerit, ex rectè factorum, & famæ publicæ conſcientia, eruere vellem; quandoquidem vel ſola, in Generalibus anni præſentis Comitijs, non ex voto tantum; ſed ſupra vota quoq; probata dexteritas; non Illuſtriſſimorum tantum Regni Ordinum; ſed Sereniſſimæ quoq; Maieſtatis Regiæ fauorem, & gratiam promeruerit: animum vero Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini,* D. HIERONIMI PRAZMOWSKI, *Epiſcopi Luceorienſis, Regni Poloniæ Supremi Cancellarij, adeo ſummi iudicij dictamine facilem, fauentemq; ſibi inuenerit; vt ægre à tanti nominis dulci inuitamento, ad Leonis Veſtri dilectas ſedes effugere potuerit. Eam nimirum exercitatæ prudentiæ vim, parato ad omnia, expeditoq; animo, coniunctam, concors omnium ſententia in eo approbauit; quâ pro tot meritis, & pro tanto incocurruptæ fidei, ac infractæ Virtutis ſpecimine; Nobilitatis prærogatiuam, Vrbi Veſtræ concordibus omnium Ordinum ſuffragijs conceſſam, nec multo poſt è manibus ferme elabentem, firmari tandem æternamq; fieri procurauit: quâ antiquiſſima Depoſitorij Iura, contra tot inſultus & molimina, perenni deinceps priuilegio ſeruanda vindicauit: quâ deniq; pro ampliſſimi Senatus Veſtri authoritate, inuicto, fidentiq; animo ſtetit: quæ omnia tanta fidei, integritatis, prudentiæ, dexteritatis, ac indefeſſi laboris magnitudine, Vitæ ipſius diſpendio non parcens præſtitit; vt ob rem bene, ac feliciter geſtam; ad augmentum, & inſigne honoris; primus ei poſt Conſularem dignitatem, Secretarij Generalis honos, vnanimi conſenſu Veſtro decretus ſit. Veſtra itaq; decora* CONSVLES *Ampliſſimi, Veſtriq; authoramenta iudicij, Doctoralis in eo Laurus coronauit; nec poterat eruditus honos, expanſo illum non excipere ſinu; quem altioribus ſubſellijs deſtinatum, ad honoris ſui promouendam amplitudinem, Leonem Veſtrum nouerat elegiſſe. Quod ego inſigne Laureati honoris depoſitum, cùm in humaniſſimo ſinu Veſtro depono, geminum iſtud Vnice voueo, exoptoq;; vt nimirum ex florentiſſima Vrbe Veſtra, tam caræ Muſis, Phæboq; animæ, dilectâ ſemper nobiliſſimis ingenijs Iagellonicâ Lauru ornandæ, Diuina benedictione ſæpius prodeant: atq; vt pro orbatis Muſis meis, quarum iam olim patrocinium ſuſcepiſtis; meum iſtud apud Vos, facundo & efficaci Orationis genere, peroret ſemper*

O R A C V L V M.

ORA-

ORACVLVM THEMIDIS.

AT non ſacratas iuſtitiæ domos
Silere fas eſt. Deliacos licet
Cortina ſenſus, Phæbadumq́;
Fatidicum reſonare carmen,
Negauit, Orbi lapſa Pelaſgicæ
Fortuna terræ. Threicium premit
Delphoſquè, Phæbumq́;, & ſepultas
Ad Tripodem graue pondus aras.
Diuina Beſſus prô pudor! horridis
Oraclâ vinclis ſuffocat; & ſuper
Colles adoratos, retectas
Sacrilego pede calcat vrnas.
Eſt & Deorum, quæ patrios Lares,
Caroſq; poſtes, nec penetrabile
Recludat ætas, proruatq́;
Excidio veniente limen.
Fatis tributum pendit, ab ebria
Quod ſorte pendet. Sola fugacium
Momenta ſæclorûm, perenni
Diua THEMIS fugit, & per æuum
Penna triumphat. iuſtitiæ ſacro
Libratur Orbis cardine; cui triplex
Innixa moles, æuiternos
Ad numerum iubet ire curſus.
Oppreſſa Delphis numina; ſed minor
Iactura vatum. iuſtitiæ premi
Oraclâ, vincirique vocem;
Maxima luctiſoni per orbem
Origo damni. deſinat omnium
Vox eloquentûm; ſola THEMIS probos
Virtutis, æternùm loquetur
Per populos, per & alta Vrbiûm
Theatra ſenſus. ſtat Iagielonicis
Sic illa roſtris, ad Sapientiæ
Vetus tribunal; nec digitti
Pythagore, reticente labro

A Fre-

Frenum momordit, tota liquentibus
Late redundans, fætaquè gaudijs;
Lauru KVCZANKOVI togatâ,
Celſus honos Tibi dum loquaces
Vatumq́; buxos, plenaq́; nobilis
Tributa famæ vendicat. hinc Tuam
Vix illa decreuiſſe mentem,
Palladio ſuper axe ſenſit,
Auguſta Conſi iungere præmia,
Ad ſumma natis dotibus. ilicet
Amſancta per delubra Iuris,
Non humiles tibi ferre plauſus,
Linenda cedris audijmus ſacri,
Oraclâ veri. Roxia quid Virum
Moraris? in ſinuſquè noſtros
Brachia quid ruitura prenſas?
Dudumq́; cari quid capitis mihi,
Ornanda lauru tempora ſuſtines?
Dilecte Gradiuo, mihiq́;,
Roxiadum Leo, parce noſtris
Inuicte votis! venit honoribus
Dicata tandem laurigeris dies;
Virtutem honoratam, tuumq́;
Reſtituam decus, altiori
Gradu locatum nam mihi debitum
Ex aſſe pectus; ſola quod vberum
Lacte erudito paui, & vngue
A tenero ſapuiſſe iuſſi.
Argiua non tam Parrhaſiæ placet
Oliua Diuæ; nec Triuiæ ſuus
Venator arcus; nec ſonori
Tantus amor Tibi Phæbe plectri;
Quantis Togatæ laudis amoribus
Hoc pectus arſit; dum geminas Sophûm
Laurus prehendit, eruditi
Iudicio meliore cætus.
Implebat illud Suada, liquentibus
Perfuſa riuis, nectaris Attici;
Oriſq́; maieſtate primas,
Eloquij retuliſſe palmas De-

Deſideraſſet. ni Laribus Sophûm
Suadæquè roſtris, ipſa meis Virum
Raptum cathedris ſegregaſſem.
Iuſtitiæ ſacer ille myſtes,
Decus mearum floſq; curulium,
Prudentioris grandeq; conſilî
Penu, merebatur vocari;
Cui datus eſt decor eminentis
Perſonæ, & oris gratia mellei;
Dignumq; ſolis lumine publici
Conclaue virtutis; quod extra
Pulchra regit grauitas, & inter
Primos cooptat vincula mentium
Fauentiori iudicio trahens.
Hinc ille maximus Virorum
Roxiacus Leo cenſor, atq;
Pupilla Phæbi vidit in aurea
Quantum lateret mente viri decus
Virtutis, atquè Literarum;
Quanta animi Sapientis intus
Vis, apta curis grandibus, optimam
Spem ferret Vrbi; non popularibus
Sellis locandum, quem ſecundis
Pulcher honos tulit ipſe votis,
Ad Laurearum culmina. nec minus
Probata regni Principibus quoq;
Mens iſta: TARNOVI Roſarum,
PRAZMOVIÆ eximiumq; mitræ,
Viſa eſt mereri iudicium. Themis
Dilecta ſic te, ſic animi tui
Splendor KVCZANKOVI, ſupremis
Culminibus placuiſſe fecit.
Et ſi Deorum (quæ ſacer entheo
Furore ſenſus, diaq; vis mouet)
Oracla non fallunt: corymbis
Quando meis redimite DOCTOR,
Sublimiorum iura curulium,
Nunc auſpicatis ominibus petis:
Tanto coronatus laborum
Celſius ibit apex, ad omnem

Ho-

Honoris augem; quanto vigor tuus,
Gaudebit olim rebus in arduis,
Maiore virtutis theatro,
Clarius explicuiſſe lumen.
Sic fata ſpondent. ſic mihi plurimo
Fibre calentes numine, præſcium
Carmen loquuntur; quod ſacratis
Iuſtitiæ tabulis, & inter
Oraculorum non violabiles
Conſigno faſtos. dixit, & aureæ,
Signoq; conſenſuq; dextræ,
Propitios tibi diua nutus
Cæli ſpopondit. nec mihi pluribus
Onuſta votis vota retexere;
Aut oris immortale ſacri
Augurium, licet ad minores
Vocare curas. vota tibi neget
Mortale pectus? cui placido fauent
Oraclâ Diuorum ſuſurro;
Theſpiadum, Clarioſq; fontes,
Palam tumenti, cui mouet alueo
Exuberantis lætitiæ, ſacer
Fluorq;, per Cyrrham impetuſq;,
Muſtifluum properare nectar.
Fauemus io! milleq; plauſibus,
Lætamur io! Vaueleos Tibi
Colles repercuti, vt Leonis
Magnanima Neodoctor Vrbe.
Per eminentûm te iuga montium,
Votis Loquatur Fama ſequacibus;
Viriſq; Te ſummis adæquet,
Quæ placuit Tibi ſumma Virtus.

A. M. D. G.

M. Nicolaus de Gorskow D.D. Officialis Cracov. Eps Vilnen. in Ordine III.

Erat Nicolaus de Gorskow post translatam Casimiriā Universitatem no
stram et à D. Jagellone iterum Cracouiis fundatam, ut in Academia
tertius dignitate Rector: ita in Vilnensi Sede eodem Ordine Epi
scopus, officio autem Apostolus, postquam pro Stepho pedum pastorale
in manus suas recepit. Sublato enim é viuis Jacobo secundo in Ordine
Fre Ordinis Minorum Vilnensis Eccles Pastore, itaq in eadem Academia.
gregi nouello vigil custos, Neophitis a quo fidei dogmatibus imbu
erentur, Doctor quaesitus est. Itaque Magisterium quod in Academia
circa erudiendam juuentutem et Judicis officium quod in Episcopa
Cracouien. ac Vilnensi exercuit, longe felicius circa animas suae
fidei commissas adimpleuit. Nam multo religionis bono celsiuu
inanes Lituanorum animos fidei Sanctae dogmatibus imbuit mori
bus honestauit nec terreno solum sed etiam Celesti regno optimos ci
ues formauit. Ex Cognitore Litium, Patronus factus Causam illorum
apud Diuinum Tribunal lachrymis et orationibus diurnis nocturn
isque promouit, Unde factum est ut non pauperum tantum omn
ium nunquam non tectum non victum habuit, sed omnium benei
uolus et Pius Pater meruerit nuncupari. Lituania quod Lu:
men Catholicae religionis D. Jagelloni eiusque Consorti Heduigi refers
Propagationem eiusdem Nicolao debes. Vita et moribus innocens
Sedem reliquit Successori A°   in qua illi standum non
quiescendum esset si cum dignitate gregi praeesse illique inuigilare
prout noster sciuit vellet.

Joannes Dlugoss: Lib X suae hystoriae circa annum Dni 1409 haec adnotavit.
Secundo Ecclae Vilnen. Pontifice Jacobo Fre Ordinis Minorum Vilnen. in causis
primo diem obeunte M. Nicolaus de Gorskow, Decanus S. Floriani ante Crac:
viam Canonicus et Officialis Cracovien. nobilis de domo Osmorog propter eius diu
turnas plurimas, ex vitae sanctitatem in Vilnen. Epum assumitur, Et quamvis esset
[illegible], tam senio quam labore confectus, et obtineret ex patrimonio et benefi
ciis amplum censum, prouentum Episcopatus Vilnen. excedentem, in favorem tamen
et dilatationem fidei, penatibus propriis, et beneficiis relictis, regimen Ecclae
Vilnen. suscepit. Et Ecclam illam, optimo ordine et exemplari vita plurimum
regulauit. Vir pietate, zelo et deuotione plenus. Sub huius regimine Vil
nen. Eccla in fide et religione Christiana, et in spiritualibus et temporali
bus notabilia suscepit incrementa. Hunc quidem virum Hedvigis Poloniae
regina dum viveret, pro dilatatione fidei sollicita, mortuo primo Epo
Vilnen. Andrea, pro sua virtute substituere decreverat. Sed eius piissi
mum propositum, immatura mors impediuit, quapropter non fuit nisi se:
cundo Epo Jacobo mortuo Vilnensi Ecclae, grauante deuotissimo Rege
Vladislao, optimam intentionem Consortis suae prudentissimae Hedvigis e:
xequente praefectus.   In etiam Universum Commentaria eius
dum Professorem ageret habentur inter Manuscripta Bibliothecae
Collegij maioris Artistarum.

+

M. Nicolaus Copernicus Cand. Varmiensis.

Verissimum olim fuisse, quod de Acad[a] Crac. Paulus Jovius Historiarum sui tem:
poris Libro 13 mihi pag 231 Scriptum reliquit: praeter multos Mathema: ✕
ticarum disciplinarum ac maxime Astrologiae restauratores; Phoenix Astrono
morum in eadem Acad[a] Crac. natus et altus M[r] Nicolaus Copernicus
comprobavit.

ex Jovio Lib. XIII. ed. Basileae 1567 Tom I pag. 509

(Sarmatarum regia Cracovia est, quam idem Vistula amnis interfluit
ibi Mathematicarum disciplinarum Studia maxime florent, publice enim
literarum Studiosi, bonas artes docentur, ac imprimis supputare Syderum
cursus, atq[ue] inde temporum Vices, incerta bellorum, et in utramq[ue] hominum
fortunam arcana fatorum aperire consueverunt)
Quo vari Phoenicis nomine non ambitionis, aut arrogantiae cuiusquam; sed
veritatis ipsius gratia eum appelli, quandoquidem a magnis alijs in hac Sci:
entia artificibus illustrissimis ipse encomijs et titulis exornatur. et
ab Erasmo Rheinoldo in praefatione ad Theoricas Purbachij Praestan:
tissimus artifex. et circa explicationem Orbium Sphaerae Nonus ex. Rus
sia, qui labantes mathematicas disciplinas revocavit Ptolomaei. A Cla
vio in Computo Capite de periodo Anomaliae Aequinoctiorum et inaequalitate anno
rum Post omnium hominum memoriam nostrae aetatis egregius Mathematicus
et in Libro super Sphaeram de Sacro Bosco Excellentissimus nostri hoc saecu
li Astronomiae restitutor, quem tota posteritas, grato semper animo tanquam
Ptolomaeum celebrabit et admirabitur. Ab Joachimo Rhetico uberius quam cum Ptolomaeo
cum quoquam alio in sua Narratione comparatur, imo quod illius ipsi Re:
gnum Astronomiae sine fine dederit agnoscitur. Ghisio Tidemanno
doctissimo et prudentissimo viro Epo Culmensi Aesculapius est. Jo:
sepho Scaligero, Omni elogio maior. Tychoni Brahe Vir eximij in:
genij incomparabilis ingenij. Phoenix à nobis nuncupatus ex eo
quod nonnisi Unus et solus in Orbe Sarmatico sicut avis illa in sola ✕
nascitur et dignoscitur Arabia.
Natus est Nicolaus in Prussia Thorunij Civitate Regia Patre Nicolao
Copernico qui pro Stemmate gladium deferebat ut videre
est in imagine ab ipsomet Copernico depicta quae servatur in Bibliothe:
Acad[a] Crac. Literarum rudimenta domi. Literas Graecas Latinas
Latinas in Acad. Crac. excoluit, navata praeclara in Dialecticis, Physicis
opera primam et secundam factus Magister Artium sumpsit lauream
Singulari animi affectione in Medicinam et Mathesim propende:
bat. utramq[ue] coniunxit. maxime tamen Mathematicis disciplinis sub
Optimo Professore M. Alberto de Brudzewo, cuius non tantum in pu:
blicis auditor, sed etiam in privatis diligentissimus erat discipulus et
observator incubuit. Accendebant in bona mente illius ingens Studium
state pares et profectu eiusdem Praeceptoris Condiscipuli Jacobus
Cobylinius is qui deinde declarationem Astrolabij edidit. Bernar
dus Vapowius postea Cantor et Can. Crac. Nicolaus Schadek Mar
tinus de Ilcusz omnes postea praestantissimi Mathematici et in Acad
Crac. Professores quibuscum

non tantum ei in iuventute honestissima fuit converstatio sed etiam per
omnem vitam ad commune bonum restaurandæ Astronomiæ omnium observationum
fidelis communicatio.
Absoluto omni studiorum in Academia cursu visendæ Italiæ amore ductus Bo-
noniam Matrem studiorum in Italia se contulit ibi apud eximium virum Do-
minicum Maria Ferrariensem summè gratiam ob similitudinem studiorum inveni
adiutorque et testis observationum de quibus ipse mentionem facit motuum
Lunæ fuit A.o Xi 1497 7 idus Martij. et Romæ ubi erat Mathesin professus
Mathesij fuit a.o 1500 post nonas Novembris. Roma domum revertens
Patavij Medicinæ Doctoratum præmissa diligenti sectionis studiorum humanorum
inspectione magno cum applausu in Cathedrali Ecclesia ab Epõ Paduano recepit
Reversus ad patrios lares lucrosam apud nos artem Æsculapij cuius cognomen
à Tidemano mente tenerat, tametsi ea maximè valeret, eam tamen nunquam, nisi
forte prohibitis pauperibus tribui id pro amore Dei gratuiti consilijs exercuit ergo
ab Avunculo suo Luca Watzelrod Torunensi Epõ Varmiensi ad Canonicatum
Varmiensem cuius ordinis hominibus praxis medica interdicta est, promotus fu-
it. In cuius possessionem, antequam pedem poneret adversariorum, quibus Te-
utonicorum impedimenta et dices, virtute et intercessione magnorum in Curia
Regis Poloniæ virorum perrumpere debuit. Tandem causam quæ iustissima erat
vicit, et certa in sede locatus ac omnibus necessarijs abundè provisus
hos potissimum fines actiones vitæ suæ dirigebat, Primum ut divi-
num Sanctissime et religiosissimè quotidiebus operaretur, et pensa divina
quam devotissimè absolveret. Alterum ut proximis nostris et familiaribus tum
quam sanis consilijs prodesset, veris pauperibus quorum aliquis magnus nu-
merus ubique jacet, decesset et in omnibus in quibus illi suis esset commo-
det. Tandem quidquid temporis à superioribus curis superesset totum
Uranoscopiæ et Astronomiæ restaurandæ impenderet. Et haec quidem Co-
per feliciter assecutus fuerit Orbi universo liquet. Tantum enim
Studio Mathematico excelluit, tantumque in restauranda Astronomia profecit
ut post Ptolomæi tempora ad istud usum nullus inventus sit à quo
Astronomicæ Scientiæ maior facta sit accessio quam ab ipso. Subtrahant
hoc invidi omnes, loquuntur tamen cordati viri omnes quicunque
opus Revolutionum ab ipso confectum inspexerint penitius et medulla
eius degustaverint in quo vero, quod de Persio dicitur, sæpius quam
in tota Amazonide Marsus memoratur. Retexere Operis eius con-
tentum synopticè Copernicani non nostri est ingenij ut pro voto dici
modis Terram statione sua absque ullo alio subsistendi loco moveri
quâ gigantea vi eandem et astra hine amborum quibus impliciti fuere
nec se illis unquam extricare possunt qui orbes cælorum mobiles fabricant
sideribus admoverit! Certè opus illud quod triginta sex annis domi
premebat cantatum a sapientissimis suæ ætatis viris et Schombergio
Cardinali fuit expetitum et magno sumptu exscriptum, licet ab 75 fere
annorum medallan, quasi contraria phrasi Sacræ Scripturæ in so contine
passim ad legendum quibusque fuerit prohibitum, sed ab hac injuria
cum ab alijs tum à Galilæo de Gallilæis nostra ætate etc.
fuerit vindicatum
Mihi verò Doctrina Copernici cum ex eis fundamentis maximè
tam verò etiam quod Sacræ Scripturæ effatis et modo loquendi

Sane Divino Vati Mosi, et Cum eo alijs Sacris Vatibus Octava Sphaera firmamenti nomine appellatur. Jam eidem inhaerentes stellae omnibus Fixae nuncupantur, Si Sphaera Octava movetur, Quomodo firmamentum erit, Si stellae ipsi infixae moveantur et convertantur, qua tandem ratione fixae vocabuntur? Videntur haec nomina desumpta ex antiqua Pythagoreorum Schola quam Copernicus divinissimo praeditus ingenio excitavit. Vaga Sydera dicuntur, quod moveantur Graecis Planetae. Error in his nullus, ne quis erroris ab errando putet dictos. Sic Ciceroni placet Lib. 1. de divinatione

Quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant

Re vera certo lapsu spatioque feruntur.

Dicent hic aliqui forte, Fixas dici propterea quod eandem inter se distantiam semper servant et retinent. Atqui si isto pacto placet, Cursus celerrimi motu, rotas fixas appellabimus, eandem enim et hae inter se retinent distantiam. Non ea mens veterum Mathematicorum fuit Quorum sententiam vide apud Ciceronem in Libro de Universitate. Quinque autem (inquit) reliquis motibus orbem eum voluit esse expertem immobilem et stantem ex quo genere ea sunt sydera, quae infixa caelo, non moventur loco quae sunt animantia eaque divina; ob eamque causam suis sedibus inhaerent et perpetuo maneant. Quae enim inter se eandem distantiam retinent illa ad se invicem referuntur. Sic dicimus Viam Athenis Thebas, esse Viam Thebis Athenas. [illegible] autem etiam de uno dictum. Illud autem fixum est quod est Motus Expers. Ac iam non mirum olim a Regibus et magnis tantum viris tractata haec studia fuisse. Nolebant imperitae multitudini proponere eam doctrinam, quae sensui quo ducitur vulgus, repugnare videretur. Hanc etiam causam fuisse puto, propter quam Pythagoras, quinquennale silentium discipulis injunxit. Cum doctrina sensui repugnans proponeretur, non prius discipulus dubitationes proponebat quam omnia quae pertinerent ad praecipuae doctrinae intelligentiam percepisset. At nunc quicunque accedunt ad oppugnandum Mathematicorum scientiam, Mathematum tam ignari sunt, ut ne prima quidem percipiant elementa. Tales fuerunt aliqui Copernici inimici alij plerique invidi, quales aut paucos utriusque sortis habuit Nicolaus Vinears et Maurus.

Vinears quidem Ludimagistrum Elbingensem, qui Copernici nostri Opinionem in Theatro Scenica maledicentia derisit. Praeterea amicus quisdam ut intelligi potest ex Tidemanni epistolis, et Epigrammatis Breni [illegible] inquit

Stare negas Terram, narras miracula nobis

Hoc dum scribebas, in rate forsan eras.

Maurus vero Scaligerum Bodinum Leovitium et alios. Leovitio iam satisfecit Rheticus in ijs epistolis quas ad Camerarium et Volphium scripsit et Indicibus alijs duabus. Scaligerum nemo adhuc aggredi ausus est propter eam eruditionem qua celebratur. Bona tamen cum venia Scaligeri dictum sit. Non Philosophice Copernicum ab ipso esse acceptum. Quae vero singunt non nulli prodere ausi sunt Solis Corpus longe propius nos esse, quam ab arti- quis proditum sit, vel ipsi authores scultiis sunt vel ipsa Scripta Gevargis, vel ipsi authores [illegible] castigandi in Praevitationibus ad Cardanum. Mentionem hujus appropinquationis Solis ad terram ex Copernico facit Melanchthon in Physica, quam Rheticus Consilio Melanchthone praeceptore abierat.

Valentinus Ottho refert Copernicum in Praefatione Operis Palatini cum narratione
Rhetici ad Schonerum ea tantum absoluta habuisse quae ad Planetarum motus demon-
strandos pertinent eo quidem tempore cum Rheticus ad Copernicum venisset. Redit
porro de primi mobilis doctrina per motum terrae demonstranda, quam tamen de-
inde tractatu Rhetici invenisset. Verum hoc manifeste contrariatur narrationi
Rhetici et ipsi chronologiae, quae colligitur ex narratione. Enumerat Libros omnes
Rheticus argumenta Rheticus in illa narratione, cum vix X septimanas in per-
discendo opere Copernici posuisset. Et Copernicus ipse in sua ad Summum
Pontificem Praefatione narrat Librum apud se pressum latitasse ad 4^{tum} quaternium
Cardinalem Schombergius iam ante Rhetici in Prussiam adventum Libros Coper-
nici procurante Theodorico à Reden describi curaverat. Quid multa! Ita Coper-
nicus innexuit motum primum secundo, ut ab invicem divelli non possint.

Hieronymus Cardanus Libro 5 de proportionibus ponit propositionem centesimam
quadragesimam tertiam his verbis. Circulum super centro suo movere aequali-
ter, ita quod omnia eius puncta per rectam lineam moveantur ultro citroque
demonstrationem ibi vide. Attribuit autem Cardanus inventum istud Ludovico
Ferrario; Sed bona cum venia Cardani dictum sit. Vel Cardanum vel Ludo-
vicum istum Ferrarium ista è Copernico descripsisse. Vide Coper. Lib 3 C. 4
hoc ipsum demonstrantem. Opus illud Cardani editum Basileae apud Henricpetri

A° 1570

Osiander specie amicitiae et officij Praefatione non Operi Copernicano praefixit
una cum autorem Operis quasi mori et defendere apud Lectorem satagit ipse
vero autoritatem et fidem in Mathematicis disciplinis sibi insinuit. Ait enim ipsius
Sententia Hypotheses Astronomicas non est necesse veras esse; imo ne veri-
similes quidem modo Phenomenorum ratio reddatur absurdissima est.
Ptolemaei hypothesis est Terram quiescere. Copernici hypothesis est Terram
moveri. Si terra quiescit, Terra non movetur. Si movetur non quiescit. Certe
ergo vera est? Atqui earum quae contradicentia sunt alteram partem neces-
se est esse veram alteram falsam. Profecto Osiander multos decepit. Illa
sua ad Lectorem praefatione de Operis Copernici Hypothesibus decepit
Nicolaum Raymarum Ursum Dithmarsum. Decepit Bartholomaeum Keker-
mannum: illum vide in Opusculo de hypothesibus Astronomicis Praeceptorum
ubi multa imo omnia contra Tychonem. Hunc in Libro de locatione et loco
Liceat hic mihi parum digredi et Quaerere Quomodo cognosci possit utra
hypothesis verior sit Ptolemaeicane an Copernici. De hac quaestione illum de-
mum judicem exopto qui totam Astronomiam Ptolemaicam et Copernicaeam ad
unguem teneat. Secus si fiat sensus judicium ab Astronomis imperitis Physicum
Terram esse Centrum mundi. Quod ipsum adhuc dubium est. Centrum enim
est Medium. Medium sciri non potest nisi extrema cognoscantur. Quis vero
demonstravit Caelum illud, quod videmus extremum esse? Visibilium quaecunque à no-
bis videntur, ex eo spatio ad quod oculus longissime potest prospicere (si cetera pari-
a sint) imagines dum in oculum incurrunt, iam eius spatij oculus est centrum. Du-
enim eadem est medij tenuitas, oculo huc atque illuc converso, vis visiva aequaliter
in omnes partes extenditur. Quo posito si oculus in vario situ ponatur, ex vi
videndi aliquid in medio esse, probabiliter non concludi necesse est.
Nunc enim oculus in superficie terrae constitutus haec quae videt putat esse uni-
versum. Si idem poneretur in aliqua stellarum fixarum, dum in orbem
vis videndi ab oculo aequaliter extenditur, quaecunque videret ea judi-
caret Universum esse ac proinde situm sui in illa stella judica-
ret in centro esse. Fallacia itaque haec argumenta sunt quibus non
multi

nonnulli Philosophi probant Terram in centro esse. Quod iam tanti fallaciorum sunt quanto nostra Sententia, magis magisque confirmatur ab oculari experientia. Oculus dum simpliciter in Stellas dirigitur, videt eas quas antiqui omnes observarunt: perspicillo vero adjutus multo plures conspicit; quasque antea nebulosas conspexit, claras et lucidas videt. Itaque longius vis videndi tunc fertur et validius obiecta discernit. Quas igitur Stellas extremas antea judicabamus intermedias esse obticum instrumentum demonstrat. Atque hae observationes valde me in eam conjecturam trahunt, ut existimem Stellas fixas, non equaliter a visu nostro distare. Quod sic a me dictum intelligi volo. Arcturus distat a nobis, certa quadam distantia. Pleiadum aliqua, distat amplius intervallo, ita ut eius a nobis distantia superet Arcturi a nobis distantiam, idemque de eidem Stellis quae innumerae conspiciuntur intelligendum valde probabiliter judico. Tanta enim Stellarum congeries quanta per instrumentum ad Galaxiam directum conspicitur, id evincere videtur. Ac fortasse congeriem illam judicamus quae fortassis congeries non est. Stellae enim illae possunt inter se magno intervallo distare, quamvis a nobis sic conglobatae et in unum corpus quasi congestae videantur.

Quid si quis evicerit Terram non esse Centrum motuum Celestium? Sed ultra quam ratio propositi nostri a nobis deposcit, in refutationem inimicos et invidorum Copernici provecti ad cursum Studiorum eius redeamus. Ad Mathematica studia humaniores literas, honestissimae oblectationis gratia adhibebat. et in illis fessum gravioribus profundioribusque meditationibus animum revocabat. Extat argutum epigramma Epithalamio Sponsum quod Joannes Dantiscus 19 E. piscopus in ordine Varmiensi in nuptias Serenissimi Poloniae Regis Sigismundi Primi et Illustrissimae Principis Barbarae Filiae Stephani Comitis Scepusiensis Cracoviae, 5 edecimo typis ediderat.

Νικολαος ὁ Κοπερνικος
προς Ιωαννην τον Λινοδεσμωνα

Hic est dictus ubique Curiatis
Est et nomine reque Curialis
Musarum studiosus est utrique
Verbis carmina jungit et solutis
Χεαυ non perennite Λινοδεσμων.
Joannes de Curijs Dantiscus.

Vocabatur enim is Episcopus Joannes de Curijs, eruditissimarum inquisitione. Fama est Copernicum reliquisse volumen grande epistolarum eruditissimarum de rebus tum medicis tum Philologicis imo et Mathematicis plenissimum ** dum Edvardo Sphoero ardua solvit problemata, quas omnes in manibus habuisse praeclarus vir non ut ast Petrus Gassendus habuisse et collegisse scribitur. ...unc ad reliquum vitae eius descendamus. Sane qua fuit in Mathematicis et aliis gravioribus Scientiis sapientia, pari quoque extitit in rebus agendis Prudentia. Dum in gravissimis Rebus Mysticis et Politicis negotiis Capitulum Varmiense Nicolae uti semper solitum erat, sive Sede Episcopali vacante Administratore opus habebat, sive ad Comitia Regni in quibus gravissimae disceptationes nitebantur Legato et Oratore indigeret. Post mortem Fabiani de Lusianis 17 in ordine Episcopi Varmiensis in Administratorem Episcopatus omnium concordibus votis Nicolaus electus erat duravitque in eo officio ad tempus usque Regiae Confirmationis. Cumque bona Episcopalia partim a Regni Ordinis Teuthonicorum partim a Regys

Capitaneis terrerentur opera et studio Nicolai pristinae libertati Ecclesiasticae
sunt restituta. Decima enim July mandato Regio Nicolao Copernico tanquam
administratori Joanni Crapitio et Felici Reich Capituli nuncijs restituta
postmodum fuere.
Illud vero non minus gloriosum est ejus in Comitijs Regni Posnaniensibus fa-
ctum. Quod cum circa usum monetae, deterioris fraude Magistri Prussiae factae
multa et perplexa valde esset mota Quaestio ipse Canones quosdam conscripsit
certamque rationem monstravit, quam in Polonia Prussia et Lituania huiusmodi
sortis pecunia, justa aestimatione cuiusque summa tenere valeret.
Sacrum Sacerdotis regularis Officium ex amussim perficere semper studuit Deum
humiliter orando Divinam eius Majestatem pro se et omni populo Sacrificijs Missae
placando, alijs ad pie et juste vivendum vita exemplari facem praeferendo.
Opus Revolutionum quod ipsi Ecclesiae Catholicae fore sperabat Paulo III Farne-
sio Summo Pontifici dedicavit, ab omni fastu superbia et elatione animi
alienissimus. Viros superioris aevi Mathematicos reverenter, coaetaneos autem ad
se accurrentes ut Joachimum Rheticum liberaliter habuit. Gisio Tidemanno
ut pro bono Ecclesiae et bonarum disciplinarum augmento Tabulas et Opera sua ederet
precibus et conviciis amicorum cedit ipse aurum inde nunquam captare voluit
Quare Opus Revolutionum aliaque opera edita priusquam moreretur vidit sed non
accessit ad aeternitatem imperans ut omnes coelos et astra commercium de qui-
bus e minus sapientissime disserebat. Mortuus est Frauenburgi 1543
et in Ecclesia Varmiensi tumulatus. Gisius Tidemanus aliquot verbis to-
tam illius vitae ideam compendio comprehendisse in epistolis cum ad Geor-
gium Donnerum tum ad Joachimum Rheticum videtur. Ad illum quidem
quod vita involutam solitudinem amavit ad hunc vero quod erat ad
omnia quae non essent Philosophica minus aptus, et attentus. quod omnia
antedictis epistolis melius cognosces. Istos nimirum sunt animi vere Phi-
losophici quos Cicero alicubi eleganter expressit difficile ingenium esse
in omni Philosophia multa esse nota illi cui non perplexa et
Martinus Cromerus 22 in ordine Episcopus Varmiensis epitaphium marmoreum
super sepulchro ejus posuit sculptisque hoc verba ex veteri Academiae
Cracoviensis forma mandavit

D O M.

R. D. Nicolao Copernico Thorunensi

Artium et Medicinae Doctori

Canonico Varmiensi

Praestanti Astrologo et eius disciplinae
instauratori

Martinus Cromerus Episcopus Varmiensis Honoris et ad posteritatem memoriae causa
posuit

Anno Xti M D LXXXI.

M. Joannes Broscius mathematum in Academia Cracoviensis Professor Divinae eius
hanc effigiem in Bibliotheca interiori cum volumine Revolutionis grata
maioris parieti summo affixit. Epigrammate autem sic lusit

In Copernicum et Ptolomaeum

Nile tuum iactas Ptolemaeum: nosque fatemur
Ornamenta tibi hunc magna dedisse virum
Nam tua syntaxin construxit ad ostia magnam
Coelestes numeris explicuitque vias.
Laude Copernici, qui Vistulae ad ostia terram
Movit, adaequat se Vistula Nile tibi
Nunc parili socium laudis quid Nile recusas
Si quo te iactas, iam Ptolemaeus habet?

In Copernicum et Columbum eiusdem

Quid terrasque novas nuper antipodasque retectos
Miramur? tellus fixa diu iacuit:
Ut vero hanc movit summo Copernicus ausu
Detexit Oceanus quos latuere prius
Gentes conspectas magno monstrante Columbo.
Utrius ergo horum gloria maior erit?

In duos Cosmographis Celebres Duumviros
Copernicum Astrologis Columbum Geographis

Adversas pedibus gentes reserando Columbus
Reportat magni nominis inde decus
Haec tibi sed proprius divine Copernice famam
Debeo, docet fors ratioque mea
Nam tu cum terram varios promoveris in orbes
Difficile haud fuerat clima videre novum

In Turrim Copernici eiusdem

Excellant alios Statuae variaque Colossi
Bustaque magnificis condita marmoribus
Pyramidesque alios quaesiti forma decoris
Quidquid et humanus fecit in arte color
Hanc turrim grandis mea illa Copernicus, alte
Surrigit Ischleo Varmia in ore meo
Errorum et terras hic secreta volumina reunit
Hic Solem immotum et Sydera fixa notat
Ergo illum superi mirati desuper, istud
Ingenium et pulchre dispicit omne polum
Turris ea esto (aiunt) inter miracula mundi
Cui neque consimilem barbara Memphis habet

In eandem eiusdem.

Viderat in coelum porrectas divus Iacob
Scalas ascensu quas patuere bono
Scilicet hinc etiam Copernicus arduus, alto
Dicitur hinc scalas applicuisse polo
Quamve sit hoc verum monstrant coelestia scripta
Queis firmat Stellas orbe rotatque solum

M. Nicolai Laurowij

Jupiter ut vidit quod mente Copernicus Orbem
Contra naturae jura beasset homo
Ut vidit Coelum firma statione teneri
Currente et terra Sydera stare bene
Anxius atque memor quid possent bella gigantum
Aut aliquem in terris fore superesse deum
E cunctis quaerit Divorum Matribus an sit?
Quae tantum dicat se genuisse ~~deum~~ virum
Non sumus illius dixere Tonanti cuncti
Sed Jagelonis docta palaestra parens.

M. Stanislai Biezanowij

Sistere coelestes poterat Copernicus Orbes
Ad numerosque gravem currere fecit humum
Expavit tantos trepidans natura lacertos
Praecipites poterant qui cohibere rotas
Gaudia nec Mathesi deerant miracula fixum
Dum videt insolitis legibus ire solum;
Attonitas inverti diu sententia mentes
Visaque perculebres detinuisse scholas
Non faciles animos, non pronas repperit aures
Victaque non solito dogmate corda tulit
Ardua sublimes animos doctrina sophorum
Traxerit in partes quod Nicolae tuas
Quid stupeam? immensos licuit tibi sistere Coelos
Telluremque novas educere vias
Cur tibi non liceat mortalia sistere corda?
Cur homo non cedat si tibi cessit humus.

Effatum Nicolai Copernici

Nicolaus Copernicus Astronomiae instaurator, semper in ore habuisse fertur: Ad Astronomiae non modo instaurationem, sed ad vel mediocrem saltem cognitionem assequendam, necessario requiri perfectam cognitionem totius Euclidis non duntaxat priorum aliquot librorum: secundum illud Platonis ἀγεωμέτρητος οὐδεὶς εἰσίτω. Hoc habet Nicolaus Raimarus Ursus Ditmarsus in Tractatu Astronomico et Cosmographico.

Nota quod dixerit [illegible]

334 163

VNICA
Maximi Doloris
GVTTA,
Victuræ Memoriæ,
Clariſſimi olim, & Excellentiſſimi Domini,
D. M. IOANNIS REZNER,
Phiæ, & Medicinæ Doctoris,
S. R. M Medici,
Viri de Re Medica, Mathematica, Chymica, Longe Meritiſſimi,
Magno omnium dolore extincti,
expublico Mærentium Luctu,
A
M. STANISLAO JOSEPHO BIEZANOWSKI Leop: P. D.
pio, dolentiq; affectu,
SERVATA.
Anno Domini 1660. Die 15. Menſis Aprilis

CRACOVIÆ.
In Officina Viduæ LVCÆ Kupiſz S. R. M. Typographi.

LVgemus omnes. nam quis in omnium
Dolore tanto, funereæ modum
Scribat procellæ? pectorumq;
Obicibus, violenta ruptis
Fluenta ſiſtat, quiue rapacibus
Non cedat vndiſ? maſcula corruunt
Quêis literatæ corda plebis.
Nempe pari Machaona fletu
Lugemus omnes; deciduos tamen
Seruare nimbos, grande gementium
Vulnus recuſat; faſq; non eſt
Innumeras numerare guttas.
Auarus ille eſt; qui ſua computat
Lamenta moeror. prodiga maximos
Deploret occaſus Virorum
Funerei Laticis procella.
Lugebit ergo nemo ſequentibus,
Gemetq; ſæclis? parcite, parcite;
Seruabo vates, Lachrymarum
Ne pereat male ſparſus imber,
Exuberantis diluuij, vnicam
Seruabo guttam. plura capacior
Sinus Togatorum reponet.
Gutta mihi lapidem cauabit
Æternitatis; quo tibi poſt humum
O dulce Coli delicium ſenis
viuet, perennabitq; nomen;
E Lachrymis ſolidusq; ſurget
Tibi Coloſus; quem Podaliriæ
Artes, & Orbes quæ rotat ignium
Cæliq; diſpenſat meatus,
Vraniæ Tibi cara ponet.
Hæc Te VIRORVM maxime, brachijs
Geſtaſſe quondam viſa fidelibus,
Vberq; lactenti pudicum
Innocuis, rudioribuſq;
Dediſse labris. ſydereæ Tibi
Ab vngue primo tanta ſcientiæ
Sitis calebat; quam Poloni
Irriguus nequiit fluenti
Sedaſſe torrens; ni Rhodanum Tybri,
Albimq; Rheno, cultaq; Belgicæ
Lycæa iunxiſses Mineruæ,
Exotycis pretioſus Oris.
Pro! quantus ibas! dum Iagielonicis
Cinctus coronis, per populos decus
Ferres Polonum! quando ſummos
Naſci etiam gelido ſub axe

Viros

Viros probaſti ; prima quod exteræ
Senſêre de Te fulcra ſcientiæ;
Geluq; mentium, niuesq;
Te patrias ſuperaſse, magnis
De Te medentûm Præſidibus placet.
Virum SENERTI Lydius aureum
Lapis probauit; Teq; cælo,
Et genio meliore faſsus
Ad ſumma natum; Martia Lechici
Dilexit in Te pectora climatis;
Et qnidquid vſpiam Togati,
Sequana, Scaldis, Arar, Paduſq;
Habet Senatûs, iudicium tulit
Sublime de Te. nec poterat minus
Sentire; quam quod eminentis
Ingenii, vigilisq; curæ
Feruor popoſcit. Sic Lare proprio
Tandem receptus, delicium viris,
Gratumq; nomen purpuratis
Factus es; & Lechicum per Orbem,
Dux ſanitatis; publica cui ſalus
Commiſsa, ſectæ fila retexere
Regumq;, Principumq;, vitæ
Attonitam Lacheſin coegit.
Periculoſis o quoties ſuam
Excuſsa morbis, mors ſtupuit fugam!
Fregitq;ceruices ſupperbas,
Dum Medicos nequit intueri
Proiecta vultus; nempe egenum Patrem
Te norat, & cor dulce gementium;
Iuuare quos cûra fideli,
Conſilio poteras, manuq;.
At o virorum, proch dolor! Optime!
O Flos medentûm! Tequoq; luridâ
Manu, triumphatumq; tandem
Vngue rapit Libitina ſæuo.
O quale Tecum nominis occidit
Decus Poloni! quantaq; Gentium
Obit voluptas exterarum!
Quantus amor populi! Tuæq;
Deuota ſemper mens Academiæ!
Sed literatis viuit ămoribus,
Viuetq;; quæ vitam dedidiſse
Palladijs voluit Cathedris;
Plagisq; Chriſti credidit vltima
Momenta vitæ. Sic geminâ ſimul
Æternitatis viuit Orbi,
Atq; Deo Tua vita REZNER.

INSCRIPTIO TVMVLI

D. O. M.

AdMarmora multi veniunt vtinam non lapides, & Marmora!
ſæpius illa ſudare, quam hos illachrymari videas.
Ad lapidem hunc, ipſos ego Lapides etiam prouoco;
Apathos ego ſim; niſi illi ſilices eſse deſinant.
Si ingentium dolorum ſtimuli ſunt, damna ingentia;
ad ſtateram doloris noſtri, Si reſpexerit; ipſa etiam inuidia, diſpendium abſq; dolore non videbit.

Quid ita?

Jntra Sarcofagum enim hunc,
Vno in homine, humanitatis omne decus conditum eſt;

In quo

Clariſſimus olim, & Excellentiſſimus Dominus,

D. M. IOANNES REZNER,

Phiæ, & Medicinæ Doct:, S. R. M. Medicus,
Vir vt ætatum, ita & Nationum omnium, gloria & amore digniſſimus, SITVS eſt.

Suſpexit in eo, probauitq;,
Italia, Germania, Belgium, Gallia, quidquid in Æſculapijs, Paracelſis, Theophraſtis, Ptolomeis, Medicâ, Chymicâ, Mathematicâ arte ſummum, vetus, recensq; æuum ſtupuit;
Poloniæ vero ſuæ amor, & Delicium,
Coronis, Tiaris, Mitris, ſellis curulibus, Cathedris dilectus.
Maxima vbiq; omnium de ſe iudicia, maior, quam cenſeri potuit, vicit.
Bono publico natus, malo ingenti obiit;
Pauperum in vita occultus; publicus á morte, communisq; fieri voluit Parens.
Bibliothecam ſuam communem poſt fata ſtatuit; viua ipſe, & præcipua omnium bibliotheca vixit.
Salutari fine, vitam multis ſalutiferam claudens, Rei Medicæ augmento, ſaluti publicæ, pius in Almam Matrem Cracouienſem filius prouidit.

Tu quoq; Viator,

Si pietatis ſenſum aliquem habes;
Viro; quem immorralem optaſses,
Vmbris mortalibus exempto, immortalitatis Lucem beatiſsimam apprecare.

Obiit. Anno ſalutis 1660. Die 12. Aprilis.

M. M. Olaus Magnus S.T.D. Archiep̄s Upsalien.
et Joannes Magnus S.T.D. Archiep̄s Upsalien. nat. [illegible]
Sedis Ap̄licæ Legati Sueciæ Gothiæ Primas In Academia Crac. Professores.

[illegible] extra fines Poloniæ nec extra Cancellos Academiæ Cracov.
quos laborem ut [illegible] in genus humanum: [illegible] literarum habet pond.
[illegible], Satius nunc et altera vice calamum eiusq. pedem ultra Balthic.
[illegible] figere. Quanquam enim animus est nonnisi Polonos in hoc opere
(nam omnium gentium illustres virtute et Scriptis viros, Italos Danos Ger-
manos Dalmatas Boëmos Silesios Pannonas qui ex hac Acad. nrā
prodierunt referre nec virium est nec ingenii nostri) reponere;
attamen Genti Gotthorum Vandalorumq. bellicosissimis et suum red-
deremus honorem, tempus ipsum officiiq. nostri nos admonuit.
Dum enim hoc meditaremur conscribere, Annus erat X̄i 1655.
Polonis, bellis continuis penitus attritis plane luctuosus. Contur-
bverant et dilaceraverant penitus Rempublicam malis rebelles Subditi.
Avulserat à Regno Serenissimam Czerniechoviam immò et inducatam
Lithuaniam Moscus, denique Rex Carolus Gustavus non praelio aut justa pugna, sed
ostentatione armorum vacuam Rege suo Casimiro Maiorem et
minorem occupaverat Poloniam. Illmus Stephanus Czarneski Cas-
tellanus non valeret defendere Urbem Cracoviens. Regi Suecorum Con-
ditionibus in quibus Salus et integritas Academiæ Cracov.
[illegible] dediderat. Urbe in potestatem novi Dominatoris veni-
ente, post omnes alios M. Rector Univ. Regem Carolum Gustavum
tanquam Hospitem salutat. Gratus ille de sui per Acad. [illegible]
[illegible] de frequentia Studiosæ juventutis deq. peregrinis inquirit. Et
[illegible] responsione suos etiam Suecos et Gotthos non alio quam ad hunc
Sapientiæ fontem accurrere solitos fuisse intellexit. Gratiam suam Re-
giam et Clementem Protectionem Acad. verbo Regio [illegible] [illegible] adpromi-
sit. Verum Rege Carolo ex Urbe abeunte, multa incommoda ex
tempestate bellica in Urbem redundarunt. Nam praesidiarii relicti
nomine Lytri triginta millia Talerorum ab Academicis postularunt
Studiosam juventutem omnem, gratia securitatis publicæ, donec Pax
alma rediret, Urbe cedere jusserunt, Collegia Studiosorum alia rui-
na effecerunt, alia penitus in Germanorum everterunt. Insuper
etiamnum Dni Professores Urbem [illegible], eo quod juramentum
Gubernatori de pace et quiete cum praesidiariis servanda facere de-
trectaverint, in exilium spontaneum solum Urbis abierunt. Quæ
omnia non tam praesidiariis Suecis, quam potius iniquitati et inju-
riis temporis adscribenda sunt; Nam Dei providentia et singulari
Sancti Virorum Supremi Urbis et Arcis Gubernatoris favore, tota
Domum Professorum Collegia et in iis Bibliotheca et ornamen-
ta publica integra manserunt, et in singulis Collegiis Bini Pro-
fessores absq. juramento Catholicæ Fidei et [illegible]. Religiosi permitterentur
manere sunt permissi; licet eundem cum Academia et eiq. manere
diversos Judæi Hæretici et [illegible] instigarent

Erant non pauci inter proficientes literatissimi Viri, inter alios Brodin
S. R. M. Sveciæ et Matthæus Taberkus Aulici Vitembergæ Campidu-
ctores, à Concionibus Platanius Kemnitzius et Smiater, quibus dum
Collegium Maius inviserent voluptas erat in Albo Studiosorum totam
subinde implentem paginam legere Svecorum. Præcipue gratulabantur
nobis quod Joannes et Olaus in Acad^a Cracoviensi et Sapientiam
qua præditi erant et decora literaria quibus erant ornati adepti essent
arguebant erroris Historicos qui ipsos Parisiis studiis operam dedisse
contra veritatem asseveraverant.
Olaus et Joannes Dioecesis Lincopensis Cognomento Magni natione Gothi
gente Gothorum ut ipsemet Joannes Libro 1° suæ Historiæ C. 19 me-
morat, quæ etiam nunc apud Vestrogothos perseverat Oriundi, Mari
Baltico Gedanum, inde Cracoviam ad Generale Studium Septentrionis
Acad^m Crac. feliciter [struck out] Anno Dⁿⁱ 1500 appulerunt.
Literas uterque sub optimis præceptoribus avidissime hauserunt
ut eo amplius lumen gentibus illis ad quas tota .....
una die ... effunderent. Joannes dignitate Philosophiæ ...
et Theologiæ avidior. Olaus ad Mathematicas disciplinas toto
conversus uterque non jam de Cognomine, sed reipsa Magni eva-
serunt.
Et quidem Joannes, olim Sveciæ Primas futurus ex Academia Crac. Thu-
et Thumim nunquam ad Sancta Sanctorum ingressurus domum Ornamenta in-
hi Doctrinam scilicet et Veritatem. Doctrinam quam in baptismo sus-
ceperat Catholicam. S. Theologiæ Scientia ad arguendum docendum ...
endum et ad refellendos errores instructam. Veritatem verò amaran-
non dulcem tantum non eam quæ pareret ... quæ vulnerando curaret, a-
perte videntes non blæsiis verbis tectam intutam. Quibus præclaris dotibus
instructum Steno Sture Regni Sveciæ gubernator Romam surgere ...
..... religionis sacris antistitem et conversatione talis evaderet, qualem
ne Res Svecana [struck out] postularet. Romæ ab Adriano VI Papa ...
causa periclitantis Fidei Catholicæ in Sveciam Legatus est designatus ...
cum in Sveciam venisset, comperit Gustavum a Proceribus Regni Anno
1523 6 Junij in Regem fuisse electum et Coronatum, qui in Reli-
... Confessionis Augustanæ adeo erat obstinatus, ut Legatus frustra
ipso ab ea deducendo laboraverit. Richolinius a Rege et Proceribus voluntate
Regni merito virtutum suarum, Consiliis Upsaliensis Archiepis. ....
... recusantis electus est. Sed cum Reformatam religionem nulla ...
... amplecti nollet et a Petro Romano nunquam discedere
... Rex abeuntem ultro Romam ne suæ hæresi obsisteret dimisit
et alium Laurentium Petri qui Augustanam Confessionem professus
est et eam propagavit Sedi Archiepiscopali imposuit
Joannes verò vir Dei, vera pietatis plenus cupiens regnum aquilonare
in unitate S. Romanæ Ecclesiæ et in perpetua obedientia retinere ...
... Pontificem Maximum adit, statum certe in Regno Sveciæ deplorandum
... Hæresim ... ignem Sacrum ignem per artes Dæmonis
surrepere

demonstrat. Remediumque ac medicinam salutarem deposcit. Summus Ecclesiae
Pastor venientem ad se ab ultimo Septentrione tratrem, clementer susci-
pit, libenter referentem omnia audit, afflictum benigne solatur, et universo
huic malo per Oecumenicum Concilium pro confutandis erroribus nati
haeresibus instituendo certam medicinam fore spondet. Tantisper in Italia
subsisteret et ad Concilium mature nomine Regni Sveciae veniret. Illo
novo Vicarii Christi tali responso animatus venetias abiit ut eam quam de
Gothis et Sveonibus scribere coeperat Historiam perficeret, reique gerendae occa-
sionem captaret sive in Sveciam iterum esset eundem sive ad Concilium
Generale veniendum. Qua in urbe dum moram trahit Julius III Pon-
tificibus eximitur, cui Paulus III non in sede tantum sed in affectu erga
Joannem successit. Et quo anno Domini 1541 mense Januario febri labo-
rans vocatur. Romam venit, ibique multis consiliis, de Concilio et qui-
bus potissimum de rebus esset instituendum praesto fuit. Triennio Ro-
mae ibidem in exi-
mae sub mansionis evoluto 1544 XI calendas Aprilis
lio diu solus omnium gentium patria exilium nominem debet propter Re-
gem Sveciae qui plerosque proceres Regni sui catholicos interfeci
mortuus est et in Vaticana Ecclesia D. Petri cuius amore infinitos labores
et persecutiones pertulerat sepultus est. Civis optimus Ordinis de Pat-
riae meritus et Historiam regni Gothorum summa diligentia et fide conscripsit
QUi in petra pro firmamine, et in luce pro ornamento Almae Academiae Cracovien. in Vita fuit M. LUCAS PIOTROWSKI; hic post fata lapidi emortuali suppositus, et in profundum cadaverum habitaculum demissus, in Aede S. Annae tote quiescens, multum pro Matre sua in coelis orat, quam multis annis velut alter Atlas humeris consiliorum, et operibus manuum suarum sustentabat. Quem ne dubitet quisquam etiam in sepulchro otiosum esse, qui in terris otium ignoravit, continuis mancipatus laboribus. Vere Lucae nomen vivendo re implebat, ut etiam post fata, lux sanctitatis et meritorum illius, cum Lucis Auctori placuerit, emptura speretur. Quidni vero? cum ille tot tantisque virtutibus, Heroicis operibus, salubribus consiliis, summa eruditione ingenii subtilitate, morumque comitate, et mirabili in omnes affabilitate in vita sua splenduerit? Haec tamen omnia altissimae demissionis, et profundissimae humilitatis syrmate velata esse procurabat. Ut sicut cinis obducta post lumina prunam velare solet magno aliquo incendio facto: sic ille cinere pani de se sensus et modestia, maxima quaeque sua tegebat opera, ut aut facta non apparerent; aut longe minora, quam in se fuerant, viderentur. Usu prudentissimo utendo: ne vel in agendo recta vana gloria oticibus impediretur; vel ne tantus, quantus erat, sed multo minor ab hominibus censeretur: quo facilius apud DEUM Opt. Max. magno praemio in Aula coelesti praemiaretur. Quod Sanctis Ecclesiae, eidem e Sanctis Viri animose tribuere possumus: Bona opera habuit in publico. Sed intentio illius mansit in occulto. Quanquam adeo mirabilis fuit, ut nec opera bona vellet haberi in publico, quae luce publica vix digna taxavit: tanto magis intentionem nunquam evolare passus est in apertum. Vis illius nosse depressionem, et in hac stupendam patientiam? Hinc nosse poteris. Cum omnibus fere (procul absit verbo mendacium) quibus conveniebat ad interim, ingenii subtilitate, eruditionis sinceritate, laborum continuitate, operum et inventorum mirabilium stupenda foecunditate, inexplicabili libris legendis sedulitate, antestaret: factum est (o quanta sortis tanti Viri malignitas!) ut omnibus aliis etiam multis annis secundum viventibus vilior ac depressior factus esset: ut non Piotrowium, sed petram in pulverem contritam; non Lucam sed tenebras censeres et diceres! Rumpe qui ita omnes eruditionis in publicum exhibendae undiquaque aditus obstructi sunt, ut in angulis ad rustica destinationis villarum factum degere frequentius, quam in Musaeo suo cogeretur. Quid ille hic faceret, ceu tessera, Vir ubique quadratus, cum non haberet unde ipse in persona sua publico bono prodesset, omnibus publico bono in Academia laborantibus, adeo prodesse modum ibi, ubi delituit, adinvenit. Ut omnium: [illegible] merita aequaret, qui omnibus, quam optime de Ecclesia, Academia, et Republ. merentibus, commodum et commoditatem praestandam sudavit. Factus inter Colonos summus, eosdem docuit, quae ipsos, vel Natura vel Patres sui, vel quotidianum exercitium docuisse debebat. Rudes sic ille invenit, vel scientes aliquid circa terram exercendam, sat simplici modo scientes: cum de novo methodum iisdem descripsit; et quid quando quomodo, quoties, et quibus instrumentis facere deberent, eosdem instruxit. Steriles agros in mirabilem foecunditatem vel inultavit, vel si fecundi granis ferendis contumaciter fuerant, arboribus ferendis aptos fecit. Tamdiu fundendo arabis eosdem et aggeres faciendo, donec semini arborum concipiendo essent; Solas facilius, nonnulli dicebant, findendo Magni Professoris ad sulcandos agros densas pilosas futuras; quam ille sylvas seminatas produxisset. Et ecce steriles a Natura visusque, et terra nunquam arbores ferens, arboribus brevi tempore speciosa comparuit. Ac demum Philosophus ille cum suo ingenio alterius orectus in animis dementium momentum invenit. Et quid mirum videas, quod ille terram obsequentem invenit, cum tot tantaque gnoscos et summae indolis ingenia, Illmorum Senatorum Principum, Heroum genitura natu citius obsequentia, dum illos instrueret, fuere. Quamvis, sicubi veritate hic

Platonis

Omen sanctitatis eruptura. — In communi laude. — Demissio et patientia. — Depressus ad villas. — Industria illius in villa. — Labor in Classibus.

Platonis illud, in libero equidem populo: Puer omni bestia est intractabilior. Et tamen adeo non pueros tantum, sed et illos, qui excesserant ex ephebis, aetatis quos liberius vivendi potestas erat, ita prudenter tractavit, ut non suo, sed illius pro tunc vivere libitu deberet. Tundebat ille lutum pueritiae et adolescentiae, ut testa fieret. Formabat omnes in primis moribus, ut postmodum improbitatem fugerent. Bene doctus et in se expertus, quod Phocylides protulit: Dum quisquam puer est, eum oportet honesta docere, ac discere, ut recte sanxisset legem Solon: Ne filij alerent Parentes, qui eos literis non imbuissent.

Effectus educationis eius. Educationis et instructionis illius optimus effectus. Quot enim Senatorum pignora, quot Principum soboles, quot Nobilium decora instituit, tot Senatores Regni et Curiae Officiales, Principes, Oratores, Bellatores, Imperatores produxit. Non Doctoris, sed Gygis in digito annulus gestabat, de sub cuius manu tam feliciter insignia prodiere in publicam lucem tot tantaque Regni Poloniae ornamenta.

Labor privatus. Opus Grammatica. Parum censuit in Classibus desudare cum alijs Sparta, nisi novos conciperet, et ederet publicum in lucem partus, compendiosa scilicet Grammaticae praecepta. Cui tot Excellentes Professores tantum laborem gratulati sunt, et impressos etiam Vivaci carmine eidem applausus fecerint: quot enim Grammaticae in luce sunt publica, omnes habuit. Nempe vidit ille varia variorum esse praecepta, in studio Grammatices instruenda, sed facilitate et methodo cum brevitate non adnectit. Itaque novum opus molitus, ut nihil deesset Academicae Iuventuti, quod ad celerem in Artibus profectum requiritur. Forte cum illud Quintiliani finxit, tam methodicus Piotrowij Grammaticae liber: Praecepta non tam discendi tempore, quam totius vitae spatio discenda sunt. Nam in eum compendiavit, et ad punctum redegit, ut ipsius discendi tempus ad eadem discenda sufficere videatur. Mirum ille ibi ostendit, si cui tanta mentis copia proflua est, qui eadem recte intuitando, quod in se habent speculis.

Gradus in Domo Dispositiones ad Grammaticam. Vidit tandem factus Vir Maturitatis et iudicij plenus, quadragesimum terminando annum, aliquid adhuc, illis qui ad studia literarum Scholis in Trivialibus accedunt deesse, gradus veluti quidam ad Palatium Principis omnium Artium Grammatices, fabrefaciendi erant, quibus scandendo puerorum saluti consuleret, et lento gressu et accessu, in arduum Grammaticae clivum conficeret: Divino molimine excogitavit, ab Alpha usque ad Omega inventum, ut unde rem ordiri prae manibus infantes habent, et ubi consistere debeant, non ignari essent. Quatuor ergo pro sua ingenij subtilitate Magistris ad docendum edidit opuscula, seu quosdam gradus. Primus Prima literarum Elementa, pro incipientibus, in quibus literas nosse componere, et compositas in voces, easdem legere docet: quibus illos versus adhibuit:

Incipe parve puer Musarum lacte foveri;
Lac alimenta dabant: lac elementa dabunt.

In his usque Lingua Latina et Polonica principia continent, unde puer incipiat, et quomodo usque ad lectionem procedat, et legere instruit. Ipso etiam apposito ad lectionem Sacro et Divino textu; simulque idea speciosa characteris formandi, ut sic incipiens puer, et animo ad honestatem vel virtutem, et mente ad scientias, et lingua ad pronunciationem, et manu ad scriptionem formare et efformare valeat.

Edidit Grammaticarum Institutionum Principia; illaque duplicia. Unum quae perficiunt unum opusculum. Secunda quae disponunt ad Grammaticarum Institutionum Libros IV. alias ad Grammaticam primitus edita. Haec opuscula quam suaviter, quam ordinate et Necessario edita sunt, cui lumen rationis Deo est videbit, et intelliget. Et laudabit Dominum pro eo, quia tam facilem modum docendi et discendi suis operis Lucas dedit Polonis. Quibus uno anno plura puer didicit, quam nos duo annos discere vero tempore, cum eo difficultate, et labore poteramus. O si tantus Vir vere Lucas lucens et illuminans tenebras intellectus puerorum ad alias artes simili methodo descendisset, et maturiori aetati in Rhetoricis et Dialecticis addiscendis consuluisset! quantus illi honor, gloria et praemium aeternum relicta fuisset. Sed et hoc satis, quod tanto tempore parturiebat, et ad finem vitae aegre admodum in lucem publicam prodire fecit.

10 Privata Magnatum instructio. Neque hic terminum laborum suorum fixit Vir laboris. privatam etiam tot tantorumque Magnatum, Principum et Senatorum filijs impendebat in varijs artibus operam: ut nempe eadem methodo in alijs facile ipso docente, ad summa quoque Natae indoles proficerent, quae in Grammaticae Institutionibus proficiendo profecerant.

Dialogi. Missas facio illas celeberrimas in Classibus publice repraesentatas aliquot dierum spatio Scenas. In quibus et Actores Divino modo instructos, et rem sine exemplo inventam, singularem, et apparatum summo pretio comparatum, et Intermedia subtilissime adaptata, et omnia plusquam hominis vires sufficiunt facta et expedita videbantur. Iam tunc Lucas lux multorum talia spectantis oculos et mentes perstrinxit, et aliorum ob invidiam tantorum operum, tantique ingenij excaecavit. ut ad ultimum usque diem vitae suae intendere in ipsum non potuissent. Ille vero pro sua mirifica modestia nihil honorum apprehendebat, suique et laborum suorum pretium nesciebat, nec ullo modo scire volebat.

Labor in publicis Textus. E subsellijs inferioribus dum merita sua se in altiorem, id est maioris Collegij locum evexissent: quorumque te consuluisses, quam in omni negotio, munere et opere exactus fuerit, vidisses et nolens volens fateri coactus fuisses. Si Textus Aristotelici Commentatorem egit; Mente Aristotelis, et quidem subtiles vocasses. Quam enim ille Acroamatica, sacabus

incultae

intellectui facili, nec passim cuivis obvia reliquit: ipse obvia intellectu legendo fecit. Potissimum in Logicis de medio inveniendo Pontem Asinorum quem planum fecit, effatum non est possibile. Non Asinorum pons, sed humanus in posterum illius artificio vocari meruit. Disputationibus illius, cum Senioribus adfuisse, quantum illud spectaculum fuit doctrinae? Bellè noverat et servabat illud S. Pauli: Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere. Si qui erant movendi, placidè monuit; si docendi, exactè docuit; si corrigendi, optimè correxit; si ad terminum Veritatis ducendi, sine ambagibus duxit: ubique non sua apparentiae in disputando consulendo, sed profectui disserentium serviendo. *(Disputationes)*

Quod si cum paribus certaret, libens equidem. Tunc vero campum certantium tueri, quantae utilitatis esset, praesentes asseriebat, qui subtilitate quadam delibuti, et velut gratissimo spectaculo refecti, sibimet de illius acie et doctrina congratulabantur. Videntes virum bonitatis et sapientiae tot patere se palàm ostendere in publico, nisi Veritatis ratio habenda esset: ita nihilominus, ut salva dilectione dici posset cavisset. Nunquam illi placere voluit, praeterquam in bonum ad aedificationem; sibi vero nunquam placere voluit: sciens quod Christus non sibi placuit. Quod si aliquid à parte audiit, quod audire non debebat, prout in actibus talibus frequentius evenire solet: cum velit ingenio cedere, tanquam adesset scuto patientiae, quo ne modestia eius superato utebatur, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem haberet: sciens Deum esse, Deum patientiae et solatii. *(Cor linguae gladium patientiae sobe[?] bat scutis.)*

Erat temporis melioris, quo in talibus actibus publicis, verborum ictibus gravioribus recedebat sauciatus, ut etiam è Proceribus ~~Academiae~~ pro tunc aliquis, sapientia et sanctitate conspicuis et venerandis, ad sumendam de talibus poenam stimularet: ille totus diplorde modestia rectius aiebat: Exercitium illud fuisse patientiae et sapientiae: Inde gratias potius agendas de talibus censebat, quam de illis ultionem sumendam. Noverat illud Basilii Magni: Si quis tibi intulerit mala, ne irascaris, sed dole potius pro eo, quia Deus illi irascitur.

Quod si vero quibuscum disputabat, se superiores essent, vel eosdem sibi respondentes audiebat: tunc vel modesto de se sensu aliquid cum gratia illorum attulit, si erat quod dubitaret: vel facilè responsis illorum (quasi è superiore illa aestimans procedente, ut ex ore superiorum) acquievit. Ut enim lex coronam et diadema; ita Aetas canos, dignitatis ac principatus venerabile signum fecit, Plutarcho teste. Unde nolebat vir cum priscis certamen inire, suasu Homeri. Sicut quoque memor fuit: Mens et ratio et consilium inest in senibus. Unde Themistocles post centum et septem vitae annos moriens doluit tunc sibi demigrandum esse, cum maximè sapere incepisset. teste Rhodigino.

Ita in tuta, seu recta via incedebat, ut ex incessu nosceretur vir. Sed quia in Academica area currendum quoque est, non tantum leni passu incedendum: etiam ad currendam viam Philosophicam accingere lumbos suos debuit, ut bravium sibi debitum acciperet. Hic de illo dici posset: Exultavit ut gigas ad currendam viam. Antequam currere occuparet: Tuba vocis sua lenta quidem illius, et non clamorosa, sed per quam efficacis occurrere in fastigio omnium Doctorum, Lectoris Theologiae debuit: Cuius voce excitata Juventus, secum curreret in odorem unguentorum Logicae, Physicae et Metaphysicae. Et admis haud scitamen suavitate, et vocis allecti efficacitate Juvenes, qua data porta ruit in arenam Cursus destinatam, concurrunt et accensi duce, cuius ductum sequuntur, auscultant, et percipiunt. Subtilem Lucam Doctorem elegit, non quod Angelicus non placeret, sed quod huius à primis assuetus annis opinionibus, ab eodem non tam facile recedere potuit. Veras opinionis quippe sunt eorum, quas à nudibus annis percepimus, et ut occasionem ampliorem sermonis studiosae Juventuti daret concertandi, duobus habitis sibi oppositis, et sic facilius adverteret veritatem, et quam sequi ac tenere deberet, ipsa adverteret. Suavius est, quod per optionem eligitur, quam quod ipsum unum manens, acceptandum est, ubi non est copia talium, inter quos electio et optio fiat. Multis quidem hic novus currendi modus in stadio Philosophico ad mentem non fuit: ut pote quia qui illius Author erat, videbatur nolle esse id quod caeteri: Sed ille non quod nollet esse sicut caeteri viam Thomisticam non elegit: sed quia Scotisticae assuetus erat. ideo maluit ex habitu faciliter et cum delectatione currere in via sua, quam cum difficultate et molestia in aliena, in qua primis ab annis non currebat, vel currere assuetus non erat. Jam currere accessit, praeit in currendo viam subtilem: habet qui sequantur, selectam Juventutem, quibus locus ad currendum non sufficit, adeo alacres, adeo perseverantes, adeo indefatigabiles, ut si quando fervor in currendo conspectior est, illo tempore potissimum. Invident aemuli bona aemulatione in opposita via currentes, adeunt toties spectatum Cursores Duce Rotonio: cum illis currere contendunt, certare etiam viribus quisque pro suo Doctore, non cedunt isti, ubique Luca sibi assistente, iuvante, hortante et ad quaevis meliora stimulante. Ita uno finito tractu Logicae, quam speciosi sedes currentium erant, unus in publico Theses editurus agit defensorem, ventilans, oppugnans, quam firma sint tentans, et optime esse agnoscens. Post haec ulterius iter arripiendum erat, et quidem non minore cursu et promptitudine ab omnibus simul plures etiam currentibus associati ut amplius. O quam hic etiam praeclara cursus, alias profectus in Scholis, suum studio pressa ut vestigia, quis tot fando et effando felix. Omnia ubique prospera, mali nihil evenit. Luca qui ducit in vita bonus est, cautus est, sapiens est. Utinam talibus semper abundet Regni Schola Ducibus, cum quibus à tramite Veritatis aberrare non datur. *(Cursus:)* *(Theses edit Logicas.)*

Ubi aestuat

Physica disputat.

Ubi cessatũ ē, rursũ proditur in apertiorē scenã, ut oresta vestigia exhibeant. Initur certamen, undiquaq spectatũ et auditũ conuenitur. Hinc S. Doctoris Angelici sectatores arrectis auribus adstant, quibus auctoribus fundamenta opinionũ suarũ fundent, et num inbecilliora quæsita appareant, an firmiora: Opposita enim iuxta se posita, magis elucescũt. Inde Subtilis Doctoris discipuli à Thomistis oppugnati audiuntur, et quã probè pro Schola sua certent, audire percipiunt. Utring labra, utring efficacissimo ingenia pugnant. Tandem Actui terminũ dant, et Veritas ex collisione partiũ pro cuiusq fortioribus argumentis in animis relinquunt. Quis tandem fructus ex tanto laboris momento laborioso Professori prodiit. Quis? optimæ Matris pessima filia, Inuidia. Ringunt hi et illi, et se ad inuicē alloquuntur. Ecce hic contrarius est nostræ doctrinæ, et opinionibus nris. tollamus eum hinc ab ista subtilitate, ad stiua relegemus eum. Nunquã quiete ab illo vacabimus. Atq Discipuli ubi positi in biuio, quo se vertant, nesciunt. Expedit nobis ut nunq in Cathedra fiat, suas subtilitates inter agricolas reddes extendat, nobis subtilitate opus nõ ē, quibus Angelici Doctoris doctrina cordi ē. Et quod in animo decreuerant, id ipsum sine multa mora executioni demandarunt.

Deponitur à labore Philosophico ad Œconomicũ.

Tandem Professor circumdatus à multis, rogatur, stimulatur, et vix nõ cogitur dimitteret se ad Œconomiã, rus pro urbe, stiuã pro Libro, Colonos pro discipulis, semina pro doctrina, agrũ pro obiecto acciperet. Ille ingenii sui à Deo dati considerans excellentiã, nõ facilè sustinebat, à nobilioribus ad sequiora ingenii demittere. Sed quia difficile videt ēē unius mente contra tot opponere, nõ tam libenter, quã reuerenter, victus precibus, et quodãmodo importunitate instantiũ adactus, ab equis descendere debuit ad asinos. O speciosã promotionẽ Doctoris, derisionẽ vocare debebam. Sed tamen illi quidem speciosa, quia nõ ea indignitate et ingratitudine sua facta illi ē, qui vir erat omnibus numeris absolutus. Quia in angustiã adductus ē, consensit: nã nõ consentire et nõ concludere nõ potuit, quamuis omnino debuisset. Ad incitas redactus ē, qui ad metas seu terminos agrorũ, quos nefas ē moueri, ablegandus erat. Quippe à fronte, à tergo, à lateribus tenebatur. Illas nullius instantiã et se ad incitas redigentiũ amicus fictiones, ne scaisset, ad quod faciendũ urgebantur. Hic quamuis potentissima eidem nõ defuisset occasio, alius animus in pedes nõ decideret, nõ tamen decidit, genuina constantiæ anchora, et symbolũ stabilitatis, æque in illis quæ ad animũ erant, ac in illis, quæ contra animũ. In voto mansit mens sua firma sua. Quid ibi utilitatis effecerit, paulo ante fusius descriptũ legēs.

Egestas et fames.

Ecce videsis fructũ obedientiæ in simplicitatis et candoris prototypo. Benedixit ei Deus omniũ largitor bonorũ. Possidet aliquot Visitatis et Domus Maioris villulas, illasq pauperes, toties à tot Arendatoribus depauperatas, exhaustas, et nil amplius, nisi Ilium ubi Troia fuit, habentes. Impensis magnis opus erat. Quid enim defectus operari potens ē, nisi regina pecunia adsit. Et genus, et formã Regina pecunia donat. Habuit ille peculiũ, et à parentibus suis generosis Podlachiæ relictũ, et labore proprio partũ. Illud mouet rebus villanis, et instrumentis applicat. Armenta, boues, currus, plaustra, comparat: et quidquid agris scindendis, serendis, occandis, seminibus colligendis, triturandis opus, exactè conquirit. Iamq nouã desertis villis dat faciẽ, nouũ prouentũ de sua industria, deq dote suo exhibet, et deuotionis suæ fructũ præbet.

Et hic pro labore ingratitudo.

Quid? forsitan gratitudine cũ suo certatur. minimè vero. Iubetur reddere rationem villicationis suæ. Quæ nunq in proposito erat, quando tantũ prouentũ de suo exhibuit, quantũ nullus unquã de alieno, id ē Ultro, facere, sed ne sperare quidẽ poterat. Ac inde etiã iam mouendus erat, ne illorũ ignauiã et infidelitatẽ in reddendo conuinceret, qui ante se, huic oneri lacertos supponebant, sed multo minorẽ fructũ afferebant; nisi quorundã mentes serò in se reflexæ, postmodũ contrariũ sensissent, et aduertissent. In summa dixero multa paucis. Non erat illi locus illius imperuius: Nempe Aquila erat in Nubibus, qui antecellendo alios, id habuit, qui se facile assequeretur. Ac ideo cũ ubiq furibus, et ubiq stimulante æstro inuidiæ omniũ in oculos intrabat. Sed oẽs illi ut maleuoli Nrã sua vescebant. Nempe inuidia pessimũ quid ē, habet tamen quiddã in se boni: tabefacit enim inuidorũ oculos et cor, teste Socrate. Ille vero inuidiã ferre fortis et felix erat.

Pestis 1655

In contra tamen et defectũ quamuis armatus erat, ut et Uniuersitati toties dismembrationes pingues offerret, et Domui ad prouidendũ mensæ censũ subministraret, et quibusuis impensis pro militibus, pro tectibus, pro itineribus, pro legatis comitiorũ causa ablegatis promptã manu daret. Et cũ his nunquã dicebat: defecit. Nunquã illas defalcationes prætendit, nunquã boum vel equorũ casum reuocauit, nunquã annonæ inopiã, vel Crescentiã ut dr sterilitatẽ commemorauit. Quia oĩa præeunte et concomitante gratiã Dei faciebat. Magnũ momentũ ad oẽs actiones suas in manibus suis fortunã habuit. In hac tamen tanta felicitate, quã aliqui fortunã dicũt, tantũ abest nunquã rerũ à se gestarũ magnitudine et successu ebrius visus ē: Nec ipsiũ stultũ unquã fecit, etsi imperite fouit eundẽ. Quamuis Xenophon dicat: Difficilius ēē inuenire virũ prosperas res benè ferentẽ, quã aduersas: illa enim insolentiã multis; hæ autẽ modestiã omnibus inferunt!

In peste illius perseverantia, et Necessariorũ Collegio prouidentia.

At pestis res oĩum malorũ pessima, forte ideo dicta pestis; quod post oẽs stet, seu à tergo ē, ut nõ videas, et maximè persequatur. hñes cum nõ speras. Vel pestis quod sit pessima iñ oĩbus pessimis. Quia homo sublatus etiã mortuus timetur tamen ab hõibus ne nõ viuus occidat vel ipso tactu suo. Pestis inquã terruitne ipsũ ut è Collegio se subtraheret, et

Oecono

Oeconomiæ renuntiaret? Non utique. Bis graviter grassabatur, anno quovis 25. redeunte; ille tamen in Collegio manere, villas
visitare, manentibus providere commoditate intrepide non desiit. Oculis cadavera mortuorum peste infectorum spectabat, etiam obvia
sibi cum suis vespillonibus habebat, nec tamen tanto spectaculo unquam terrebatur: sed contra audentior ibat, utrinque omnibus ministrando,
Academiam Matrem suam dilectam (ita eam saepius gratus filius meus è mille vocabat) intactam et integram volens conservare. et mil-
le mortes pro eius salute oppetere paratus, si millies pro illa mori in sua esset potestate, modo ut illa viveret.
Exhibuit ille magna affectus sui in Matrem hanc dum non leviter pressa sed expressa similiter vestigia ad hunc Musis operam impen- *Educ. contra Antiacademicos Scholas Novas molientes.*
dendo: dum Antiacademicos molimina contra Academiam molientes videret. Quod ille tunc non est aggressus? quid non tentavit? quid
non fecit? Ut tanti illius ausus, et pia opera in illam omnibus duo suo viventibus Patribus super omnes alios commendassent. Quem
Rex Laurea ornatum ad coetum suum adnisendo, et in sinu suo delicate fovendo. O quam laurus illa fulminibus et conflictio-
nibus resistere coepit, vimque illorum irritam facere. Ut ab illo iam tempore illa grandis graviusque in Scholas Regni exorta tempe-
stas, in tranquillitatem, et aëris serenitatem transformari coeperit.
Adhuc in Tertio malo totius Regni experientia facienda, vel sumenda potius erat ex Luca Laureato, et in Coetu Lau- *Hostes Sueci.*
reatorum Domus Maioris adoptato. Erat illud omnium malorum pestis, hostis videlicet Suecus, qui intima Regni viscera pene-
trasit, et rimatus est: ut et duces belli cum suo exercitu in dispersionem et fugam dederit; et Senatores cum Equestri Ordine plurimos
de sedibus propriis moverit; et Religiosos è Conventibus suis pepulerit, et ~~Magna sui De Universitate~~ Cives in praedam et ser-
vitutem coegerit; et magna sui parte Universitatem huc et illuc dispersit. Duo potissimum pro totius Universitatis actum, et illius integri- *R. Radyminski et Lucas.*
tate defensuri et Conservaturi, in Collegio Maiori Nisus alter, alter Eurialus, remansere (quamquam in alijs Sacris muniis
et officiis non defuere alij, potissimum fervens in Verbo Dei Ecclesiastes, et in conflictu cum haereticis acer ac strenuus A.R.
D. Simon Makowski. In Prosidendo Academiae, et dextra manu tenendo eandem, totus quantus erat, bonitas, candor, et sin-
ceritas, Comitis et A.R.D. Adamus Roszczewicius, Rector pro tunc Universitatis; et formatus ad omnia suaviter dicenda
et facienda Cl. et A.R.D. Albertus Zarucki. Sed hi alijs officijs erant intenti, et extra Collegium Maius degentes; illi
duo Nisus et Eurialus in Collegio fuere, pro cuius gloria et honore et integritate totis viribus ponebant, quoties à Suecorum
importunitate impetebatur. Historiam Radyminscij, quam hic S. memoriae Lucas cum eodem faciebant, videsis; illa te in-
struet: inde cognosces, quid erat Academiae hos duos habuisse Viros; gemente sub iugo Semibus Suetica Metropoli.
Satis est quod illorum singulari opera, et à Iuramento, quod erat Dei hinc generi, etiam Religiosorum coetui satis infame et
periculosum, soli Academici qui pro tunc Collegia incolebant, immunes; quod alijs concessum non est. et in suis depositis
liberi, quod alij efficere non poterat; et in pace sua cum Deo, quam Regi et Reip. data illibati; quod alij habere non valebat.
Ecce quanta duorum hominum in bono concurrentium vis et potestas! contra tot tantosque hostium cuneos, suosque impetus.
Laetare Academia tantis dotata Magistris; et Nomen illorum dona laude famaque perenni; qui tibi perennem famam,
animosis et amans suis gestis fecerunt. Deoque grates rependens, ut det similes extra.
Haec quae adnotavi ut mirabilia, et integro saeculo vix à quopiam facienda, nisi forte similia permittat mala Deus *Convictus ad Collegia.*
in Polonia et Academia; potens est ut etiam infirma eligat, per quae confundat fortia. Tanta enim omnipotentia Dei o-
mnipotentis est, ut, si mali aliquid permittit, ideo hoc facit ut ostendat potentiam suam. De qua Virgo Sanctissima Mater
sua, Mater pulchrae dilectionis! Fecit mihi magna qui potens est. Potens est enim ex malis elicere bona.
Ceterum quae sequuntur multo censeo mirabiliora. Princeps illud est; quod hic Vir sapientiae et patientiae, commoran-
do Patribus suis, illis ingruat S. Probus et Oraculis ac Miraculis Europae, Vadovitis, Blosijs, Borowijs, Opa-
towijs, Ustrensibus, Boguciis, Grzybowiis; suis aeque virtutibus, meritis, eruditione, praeclare gestis famosissimis;
et aetate, canitieque venerandis; adeo suaviter illis commansit, ut suos ille Patres agnosceret, ut Patres honoraret, ut
Parentibus obsequeretur. In quorum venerando conspectu nunquam nisi vocatus apparere ausus est. Quod si appar-
uit vocatus, ô quanta cum reverentia, quanto timore filiali, quanta modestia in conspectu illorum stetit! Ut quidquid
eidem mandatum, vel commissum est, quanta cum alacritate fecit; quanta cum laetitia factum eidem nuntiavit. Sed ve-
ro illi quoque mutuo, quanto illum amore ut filium; quanta gratia ut optimum; quanta humanitate et affabilitate
ut morigerum, et dicto citius obsequentem, prosecuti sunt! Iussus est operam infimae scholae impendere: actu-
tum Negotium aggressus est, et se inibi fidelem exhibuit operarium. Iussus est Compendiosas Grammaticae In-
stitutiones luci publicae edere: o quanto studio et labore easdem connotavit, ordinavit, et edidit. Iussus est
privatam Heroum filijs, ultra publicam, impendere educationem, mirabiliter et cum sua gloria, Academiae solatio,
et profectu discentium impendit. Iussus est munus Decani iteratis vicibus, munus arduum et operosum sustinere;
quanta firmitate, quanto omnium stupore, et frequentissima frequentia sustinuit! Iussus in arena Phi-
losophica cursu cum alijs contendere; adeo contendit, ut solus bravium prae alijs, singulare et gloriosum acce-
perit. Iussus est Theologicis operibus, à Sancto Viro Ozarowio in lucem publicam edendis, quae sensum debi-
tum, Latinitatem puram, Orthographiam rectam haberent; et ne quid inesset contradictionis, vel inutilis Tautologiae,
notes

noctes diesq impendere, impendit. Paucis multa; grata enim brevitas ē. Quidquid iussus ē facere, fecit, alacrius fecit, et citius executus ē, quā iussus ē; plus fecit, quā iussus ē; melius et exactius et perfectius fecit, quā qui iubebant, sperare aut expectare poterant. Sic ille cum Patribus, à quibus Vocatus erat ad Consilium, sedit, sedjessit; Sic adolescentior adhuc cum senibus super senes intelligens, processit. Ac adeo etiā senectutē et senium illorū, Vel attigit aliquorū, vel quorundā excessit. Dignus ōīno aetate, et senectute, qui oīum senectā in aetate adhuc iuniore tanta reverentia exaequabat.

Ad Pares, quibuscū Vocatus erat, vel promotus ad gradū Magisterij, descendere placet. Quid hi ab illo experti sunt. Nunquid par paribus convivere sciuit? Tantū abest ut sciret, ut etiā oēs paribus convivere quā decet, doleret. In regulam omnibus erat, qui ad regulā à Patribus in Collegio tam sancto regulatus fuit. O Sancta Vivendi Collegiatis Norma Piotrowi! Felices qui tibi convixerunt. Sed nō tu felix, qui tot felices fecisti, quibus in Vivendi exemplar teipsū exhibuisti! Ab his qualiter tractabatur, et ipse qualiter eosdē tractaret, calamus hebes ē qui exprimat. Satis ē qd illi exactā illius Vivendi docendiq perfectionē sufferre nō potentes, à Cathedra ad agrū, à calamo ad stivā, à libro ad Oeconomiā, à pube studiosa et Professoribus ad colonos et Mediastinos, à Collegio ad Villas ablegarūt. Illeq totū fecit, quod illi Voluerunt: nō quod illis parere deberet iubentibus, par enim iisdem fuit, sed qd Volentibus sic contraire noluit.

Infra et inferiores, tanti enim temporis annos in Maiori Domo emensus ē, scilicet Vltra 40. Ut neminē se superiorem, pares aliquot habuerit, reliquī oēs se multo inferiores et iuniores fuere. Hic ille quid faceret. Vixit cum oībus ut cum comparibus, illis assidere, cū illis colloqui, conferre, commanducare facile consensit. Quod si quando superioris faciem inferiores exhiberi debuit, ita se superiorē experiri voluit, ut nescerent simul Patrē. Imo nō alio modo superiorem nisi Patrē. Quo tenore eousq processit, ut Vbre ipsū oēs Patrē agnoscerent, Patrē Nominarent, ut Patrē honorarent. Qui oēs Paterno affectu cen filios excipiebat, tractabat et amabat: ut nemini nō ē, nec dici Pater, quā nō tractare aliquē ut filiū. Nemini unquā molestus, etiā in Veritate dicenda fuit. Quā si asseruit, ita modestē, ut nō magis Veritatis cultor, quā modestiae appareret strictus observator.

Electiones Offic. Rectoris. Quod publicum regimen et Residentes attinet. Hic etiā serius ēē curauit. Nullā Electionis actū intermisit. Quamvis rarius fieret, in quo nō tot tantaq publicē et privatim pati cogeret. Occasionem nullā ad haec talia praebuit. Ipse boni publici amor, ipsa in electione libertas, ipse electionis ordo et modus scintillas occasionum ad audienda iniquissima quaeq subdebant. Ille Verò in omnibus Vere Piotrowius, Vere petra immobilis, quod cogitauit, expleuit, quod coepit perfecit; qd dixit Vera ēē ex post facto comprobauit. Vidimus per ipsius solicitudinē M. Rectores cuiusmodi electos, cuiusmodi et ipsū tempus, et ardua Negotia Visitatis, et Personae impugnantes Academiā, ipsosq eiusdē Professores infestantes requirebant. Quibus Residentibus quanta incommoda Vniuersitas euitauit, quantaq commoda obtinuit, seri Nepotes demirabuntur, et stupebunt. Vidimus per ipsius solicitudinē Praepositos Domus et Consiliarios tales habitos, qui solius integritatis et honestatis Domus rationem habentes, eandē saluā et illaesā conservarunt. Ipso oīa Necessaria ad Victū et ad nova quaevis nouo sumptu indigentia subministrante. Deficiebant census Mensae assignati, nō reddebantur proventus Vino emendo fundati: nō aderant sumptus his et illis ordinati, ille solus nunquā defecit, ille solus pro omnibus Vnus suffecit, totū quod aliorū teraci manu detinebatur, et Collegio nō reddebatur. O Viua Lecythe indeficiens! Lecythe Sareptanae mulieris, Lecythe coelitus datae. Vnde tibi tanta copia et affluentia bonorū? A Deo, quem omnibus diebus Vitae tuae in mente habebas, cauendo ne aliqui peccato consentires, et praetermitteres praecepta Domini Dei Nri. Non auertebas faciē ab ullo paupere, ipse pauperrimus, et factū ē ut nec abs te auerteret facies Domini. et tandē quia quicunq aliquid ei operatus ē, statim ei mercedē restituebas, et merces Mercenarij eius apud te omnino nō remanebat. O Viua quid ergo tibi ad haec potiorius dignū dare! Non ē aliud, nisi ut benedicamus DEUM Coeli, et corā omnibus Viventibus confiteamur ei, quia fecit Nobiscū misericordiā suā; et pro Anima tua Panē Nrum, et Vinū Nrum super sepulturā tuam constituemus dum Vivemus.

Facultas Philosophica. Hey zelus, quo pro Statutis Academicis zelabat, hic ē reticendus. Per longi temporis tractū Ordo Doctorum ex 4. Facultatibus prima Electione eligendorū neglectus erat in sta Facultate sc. Philosophica, quae radix aliarū Facultatū et Mater ac Princeps ē. Ut enim e radice ramus, ex hoc frondes et rami, ex istis flores et fructus pullulant. Ut Mater fetū ex se in lucē editū, lacte suo nutrit, ad augmentū corporis deducit, et Vitā fetui prorogat: ut Princeps dirigit sibi suppositos, defendit, et verō illis ab impugnationibus quibuscunq prouidet securitatem: Sic Facultas Philosophica ē radix, ē qua aliae omnes pullulant. Quis enim Medicus exigit ēē nisi prius desinat ēē Physicus? Quis Iuris et legū peritiā acquirit, nisi Locos Dialecticorū, regulas Definitionum et Diuisionū prius cognoscat? Quis firmo pede, imo debili etiā Coelestis Scientiae calcet, qui prius trima Physicum et Metaphysicam postsima nō teneant? Vmbrae ut oēs, nisi lux Philosophiae accesserit, et mentes futurorum cuiusq in Facultate sua nō irradiauerit.

Facultas

Facultas Philosophica altera Mater e, nullus enim lucem publicam videbit, quem Philosophia non curavit, quem lacte suo non nutricata fuerit. Quis securus erit a tot adversariis sophisticorum argumentorum et Topicorum armis se net oppugnantibus, et quis methodice in sua procedet facultate, nisi didacticus ex Philosophia didicerit. Huic omnes debent, a qua omnes hoc quod sunt, et quod bene et secundum rem sunt, omnino debent.

Cum ergo honor omnibus exhiberet Facultatibus Theologicae, Iuridicae, et Medicae; et Philosophiae Doctores posthaberent, neque suo illos loco in Electores eligerent, praetextu quodam honoris Facultatis Theologicae, quasi capite minuerent Theologiae Baccalaurei, nisi suo loco eligerent, scilicet in ordine Baccalaureorum omnium Facultatum unum: cum tamen in Doctoribus et Baccalaureis honorem suum habeant. quia sicut non est fructus, nisi prius sit flosculus, ita non est Doctor, nisi prius Baccalaureus. Et omni ratione sublimius, malle esse in ordine Doctorum Baccalaureos, quam in ordine Baccalaureorum. Pulchrius quodvis suo in loco aspectatur. Et Gygas etiam in declivio vallis positus Gygas est: humilis et in vertice montis collocatus pumilio est; ne latum unguem quorum statura huic accedet, nec illi decedet. Pulchrior apparet qui sua iura tenet. Ita o Theologiae Baccalaurei promittitis Facultati Philosophicae vos bonum illius promoturos non demoturos: Forte dicetis, etiam ipsum Theologiae promittimus. Fiat, sed circa praeiudicium prioris Matris vestrae Philosophicae. Honorantes enim Philosophicam prout Statuta ordinant, nihil honori Theologiae derogatis! Quin vero melius eam in hac honoratis, quae radix sua est, Mater sua et Princeps est. Bona ergo verba Illustris Piotrowius a Theologiae Baccalaureis orabat, sed preces illius vanae, imo irritamenta opprobriorum contra se erant. Quid faceret Vir ille Statutorum observantissimus, videbat vim eandem pati, quoties Magnifici Rectoris electio fiebat. Legebantur toties publice, quoties electio erat, et toties publice, aliud violenter fiebat, quam quod legebatur. Non enim quatuor Facultates e medio sui unum eligebant Doctorem, sed tres, et quarta Domini Baccalaurei sibi contra violentae electionis, unum e medio sui opponebant. Et sic tres Doctores et quartum Baccalaureum aliquanto diutius intrudebant, faciente toties publice Decano cum sua Facultate protestationem; donec a Iudice ad quem de Iure res determinaret, Magnificus Dominus Rector Theologiae Doctor Andreas Kucharski Causam iudicabat, sed magis DD. Baccalaureis, quam aequitati favebat; quartum Baccalaureis locum Electionis assignando. Appellatum est Romam; petuntur Commissarii. Dantur, et Causam agitant: pro Facultate, fulti Statuto, concludunt. Pars adversa appellat Commissarios pro se petitura. Adsunt illi reprobant pro Facultate Decretum. Iterum Facultas appellat, et novos petit Commissarios. Quorum serio Iudicio Confirmationem Decreti pro se lati obtinet. DD. Baccalaurei non contenti iterum alios Commissarios petunt, et pro se quod volunt, obtinent: donec tandem Commissione trium Decretorum Philosophica Facultas habendo conformitatem, aliquo modo de Veritate exultare coepit. Sed opposita pars Romae se sistit, et Rota ulterius determinet; quod sit faciendum, quasi non intelligentes expressum Statuti sensum: usum quendam sed praepostere allegantes; quasi quod ab initio non subsistit, usu temporis convalescere possit ac debeat. In Decretum satis exactum et rationibus firmissimis pro Facultate Philosophica datis munitum fertur. Et idem tandem Princeps et Caput Facultatis Philosophicae, eiusdemque primum ornamentum DD. Lucas loco suo quarto, isto loco eligitur Doctorem Facultatis Philosophicae; et Statutorum vim tali electione corroborat, Academiamque ad suam formam, a qua abducta erat, reducunt; a parte nihilominus adversa magno clamore et opprobriis Lucam saturante turbante et infamante. Ipso modeste omnia ferente, et ad caelum pro iudicio omnes, qui sibi contradicebant vocante: prout hac ipsa Commutatione, seu praescius futuri e vita et Facultate omnium summo maerore decessit.

Locum inter Theologos caelestes habiturus, qui pro Matre Facultatum et Statutis adeo efficaciter certabat, et praemium pingue accepturus, qui tantas expensas causa defendenda collectim cum aliis aeterna memoria dignis larga manu, et fronte hilari impendebat. Nec mirum, non tantum enim ordinem Electoris primorum Electorum Magnifici Domini Rectoris ex aperto Statuti sensu colligebat; sed etiam ex modo procedendi SS. Patrum in ipsorum confirmatum habebat. Unde rem Facultatis et Statuto cum Commissariis Causam tractantibus, et usu a condita Academia confirmabat. contrarium parte opposita nullo fulcro fulta, nisi quibusdam apparentibus argumentis asserente. Nempe Fama loquax est; quae veris addere falsa gaudet, et e minimo sua per mendacia crescit.

Quanta hic Vir innocentiae et Veritatis passus a certis personis; quantis verborum sagittis cor suum sauciatum ab illo habuerit; quantis ignominiis saturatus fuerit, ipsi soli Deo id relinquitur iudicandum. Vix aliquando e medio Electorum infestuoso Coelectorum impetu non extrudebatur. Cuius neque senii, neque cani capilli, neque meritorum, neque generosae indolis, neque patientiae ullus respectus habebatur. Cum tamen a SS. Patribus a quibus vocatus erat in Collegium Maius multo semper honore afficeretur, et multis laudibus ob suam

bonitate, modestia, et in laboribus fidelitatem ornaretur.

Rem ab eo semel auditam in suavi consessu, hic renovo. Beatus Adamus Opatovius, singulari eundem amore prosequens, certum illi secretum communicavit. Res ita se habet. Praenominatus Opatovius Vitam et Miracula S. Joannis Cantij descripsit tum Latino, quam vernaculo stylo. Quo sancto labore feliciter ad

Apparitio S. Cantij B. Opatovio in templo S. Annae in meridie. terminum deducto, in Aedes S. Annae, fervore Spiritus S. accensus se dedit illo tempore, Omeni vacantes, quo alij manducationi vacant. Ingressus itaque templum, claudi se iussit, et nisi certo tempore elapso aperiri. Interim S. Cantium, cuius vitam calamo depinxit, ferventer orat, qui sibi sensum de se aperiat, num quod scriptum est de eodem, verum est. Apparuit in suggestu B. Doctor Cantius, Adamo Opatovio, et certiorem fecit, totum quod scriptum est, esse verum, illique gratias pro labore egit. Qui cum multa collocutus de statu Regni et Academiae, tandem disparuit. Hanc sanctam visionem, et nulli alteri factam B. Adamus, certo tempore hilarior, existens in Musaeo suo, nulli alij prius, nisi Lucae Piotrowicio communicavit: et quomodo omnium, quae secum Beatus Joannes collocutus erat, in egressu e templo oblitus est; praeter sui scripti de se approbationem; eandem confessus est. Ita sanctus Adamus videns sanctimoniam et bonitatem profundae coniunctam humilitati et modestiam Lucae Piotrowij eidem rem tam mirabilem enarravit. Et nemini se illi hanc visionem diceret, roganti promisit se ita facturum. Prout verbi tenax semel in vita hoc ipsum, idque aegre admodum, tribus, quos inter ego fui, ad coenam sedens communicavit. O stupenda utriusque felicitas! Adami, quia a Sancto operis sui testimonium audivit; et Sanctum post mortem cum vivum videre meruit; Lucae quia visionem ab Adamo sibi communicari dignus fuit.

Victus il- lius ad mensam. Illud rarum et admiratione dignum est. Hic tantus vir, omnium curam habens, sui minimam habuit. Nesciuit esse singularis, qui bono publico enixe insudavit. Poterat mensa, satis interim pingui, et ferculis in aetate graviori potissimum morbo affectis vix commodis, adijcere ferculum, ut vireculas senio fractas reficeret. Non fecit, copia ultra mensam, eadem contentus, quamvis interim esset, et non contentus; non tam ob paucitatem obsoniorum ordinarie apponi solitorum, quam ob ineptitudinem apparatus, et coctionis eorundem. Surrexit a mensa ceu contentus, cum tamen alij murmurarent. Sed neque caram illam cum habuit, nisi amicis interim eum ad se invitantibus, cumque eo aliquid additum manducantibus. Minuisset ille procul dubio vitam, nisi hoc modo intimi sui eandem aliquatenus solidando extendissent. O vitam mirabilis! illis contenta, quae apponebantur, ad alia neutiquam apponenda extenta.

Quod ad mensam in Collegio, id ipsum tenuit, quoties ibidem contigit eum esse, servabat. Olusculis et cibis communibus gaudebat refici. Paterfamilias cum familia! Quasi vel labores illius, vel Natura, vel status cum colonis et familia concordaret; qui in cibo cum iisdem conveniebat. Detrimentum putabat esse, si quid absumeret, quod ultra ordinarium victum erat: Licinum vero non postremum, si Confratres in esum suum convertent. Quasi non unus e coetu illorum esset, qui quod illi consumerent, sibi negaret. Et quidem ita censebat: se enim servum omnium esse dictitabat; omnes autem alios Dominos: dicto ocyus executurus, quod illi imperarent.

In Musaeo suo pauper. Quia Philus erat, ut posset ne sublimem Theologorum cum dignitate et profectu discentium occuparet Cathedram (amore scilicet in eundem effuso amicorum suadente, qui potius invidia stimulante) protinus; vere in vita etiam se Philum esse ostendit. Qui in Musaeo suo nihil amplius de ornamentis, nisi nudos habuit parietes: sat ornamenti reputans in Musaeo, Virtutes, Libros et labores Professoris. Quibus magis quam auleis floribus ad artem elaboratis et venustis Musaeum adornat. Lectus quoque cum lectisternio meram paupertatem praeferebat, ut non Professoris et Doctoris: non Piotrowij generoso prognati sanguine; non Collegae Maioris, sed unius de mercenarijs, vel pauperis studiosi eundem vix diceres. Nempe quies illius, cui sat parum vacabat, talem requirebat, ut probe ad quietem lectus esset compositus. Cui vice versa quies iste perapte accommodabatur. Crediderim, imo pro comperto habui adeo fuisse carni propriae amicum, ut eidem nihil ad commoditatem offerre voluerit, nisi ultro ab alijs oblatum acceptare debuisset. Interulis sat bene crassis illum contegebat, diceres cilicium: at proinde ut in cilicio, in iisdem nitorem et vanam munditiem non quaerebat. Ut verum est in illo; cum in alijs raro locum quoad hoc inveniat veritas: Quas carnem suo corpo habuit. Qui in carne extra carnem vivere videbatur. Cuius tot erant argumenta. O quot ille in actibus publicis pro defensione veritatis impetus, calumnias, verba opprobriorum plena perpessus est! et cum veritate semper

triumpha

triumphavit. Non h[oc] a Superioribus, vel Maioribus, vel similibus, sed frequentius à Minoribus, et multa annorũ senio se iunioribus. Si vero pro se, suis commodis, suis iniurijs, bonoq[ue] privato ageret, n[on] esset res tanta admiratione digna; at ille boni publici causa hæc tanta via, æquo animo, sereno vultu, fronte nequaquam corrugata, sustinuit. Neq[ue] malum pro malo reddidit. Sed pro malo bonũ, pro bono melius, pro meliori optimum. Servavit illud Apostolicum summæ perfectionis dogma: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Et quantum fieri poterat, quod ex illo erat, cũ omnibus pacem habere curabat, et habebat. Quam summâ patientiâ, et n[on] minori humilitate comparabat; n[on] alta sapiendo, sed humilibus consentiendo. Nec unquam voluit esse prudens apud semetipsum.

Cum in continuis versaretur laboribus, et mole negotiorũ totius Academiæ obrueretur, et tempus his totũ impendere deberet; tamen nihil unquam prius serio, sanctius aggressus est unquam, quam negotiũ cum Deo. Omnes ille antevertebat Collegas, Seniores, Iuniores et Iuvenes suâ in templo præsentiâ; neq[ue] divinæ pro suo statu cũ publicano angulo inclusus, adeo dabat operã, ut pro omnibus omnium Orationes præveniens orare de mane videretur: cuius Oratione, omnes omnium Orationes et preces efficaciã suã habere censebant. Indignus Altari est iudicatus ab illis, quibus sic cũ tanto viro procedere placitũ est: et ille loco etiã in templo ubi flecteret, vix se dignũ æstimavit. Undeq[ue] uno angulo contentus, rem cũ Deo faciebat. Diebus tamen festis ultra primũ sacrũ, quod nisi coactus omittere noluit; etiã Anciori et summo sacro summe devotus adesse in more habebat. Undeq[ue] ceu rosa flos rubicundus, amore Dei purpuratus lætus exibat. Rem divinã tractantibus, vel verbum Dei dicentibus, gratiam agebat et laudabat, et Orationi eius se commendabat; peccatorem se esse dictitando: Memento quæso mei peccatoris.

Quamvis nimiis urgeretur noxis, illas tamen ordinarie singulis Salvatoris et B[eatissi]mæ Virginis diebus festis, Patronis alijs, suoq[ue] S. Evangelistæ. Cui pridie stricto ieiunio honorem exhibebat, quo postridie, die sibi festo maiorem eidem exhibere, carnis maceratione præmissa potuisset. Quam diem amœne cũ D[omi]nis Collegis Confratribus suis, tũ ad mensã, tũ domi suæ, in Domino lætus et gaudens, exigebat. Cuius ad se venienti, n[on] magis aditũ patentem, quã animũ faventem exhibendo. Cæterũ quanta humilitate ad sacram Synaxim, quanta modestiã, quanta puritate conscientiæ, quanto fervore accedebat, spectando intelligi poterat; describendo vix exprimi potest. Utroq[ue] ille genu lapides onerabat sine omni pulvere sui in eodẽ flectendo, et suspirijs magis, quã multis verbis cũ Deo rem suã et Academiæ tractando. Tantæ fiduciæ vir, ut in maximis etiã et difficillimis negotijs semper facundus esset. Omnia in melius cessura: Nec tũ esse mala, quæ à Deo permitterentur, quæ videri esse mala, dicere solebat. Potens, inquiens, est Dominus ex malis elicere bona. Consiliorũ si quid esset, quod Academiã afficeret, resoluto semper animo resistebat. et eũ n[on] illũ qui in proprijs iniurijs videbatur, censeres, sed longè aliũ Hectoris aut Achillis animo donatum. Pusillos hic moleste ægroq[ue] animo ferebat, quamquam sermone suo diserto et gravitatis pleno à pusillanimitate quantũ poterat, revocabat. Nolite, inquiens, timere pusillus grex. In D[omi]no speremus, n[on] confundemur. Pacem et charitatem inter nos quæramus et conservemus; et Deus pacis erit Nobiscum. Fideliter operã educandæ Studiosæ Iuventutis impendamus; et quis est qui nobis resistat. O vixeret utinã diutius, et nos in tantis tribulationibus, quæ invaserunt nos nimis intra et extra, solaretur: felices nos. Cæterũ nunc etiã Orationibus suis pro Nobis Deo supplicando, nos adiuvat et recreat, dũ modo pietate in eundẽ, debito iunctã honori exerceamus.

Quomodo se exhibebat Superioribus, paribus et inferioribus. Ante Superioribus, quibus in Academia Viennensi erat suppositus, sive ætate et dignitate, sive Magistratu excellentiores erant. Erant autẽ pro tunc viri, sapientia, ætate, canitie, eruditione, et Virtute venerandi. Vadovij, Soles Viennensis in Academia gerentes, ut pote doctrinæ suæ lumine totam Europam illuminantes. Opatovij in illuminationem nostram, seu tenebrarũ aliorũ dati. Ottienses, Vitellij, Brosij, Borovij, et alij plures, ceu sydera splendide lucentes. Haymanowicij in fulcrũ et protectionẽ Universi adhibitis destinati. Prô quantum ille his exhibebat honorẽ, quã illos demisse venerabat, observabat, et omnibus et singulis quidquid ipse delibare potuit, et in suum usum optimum doctum vir delibabat, et conversabat. Adeo ut illis est vita sublatis omnes in uno Luca eluxerent. Iam multiformis eruditio, iã profunda sapientia,

Devotio illius.

Confessio et Communio

Honor Superioribus, paribus, Inferioribus.

tam demissa humilitas, tam rara sanctitas, tam indefessus labor, tam zelus pro integritate legum et statutorum,
tam custos veteris Academiæ, tam severior abstinentia et austerior vita, tam continua in cubiculo propria
et solitaria vita, tam docendi mirabilis vis et prudentia, tam sermonis raritas, tam in quibusvis undique
ingruentibus calamitatum, adversitatum et tribulationum tempestatibus vultus serenitas, et ad stuporem patien-
tia. Tam in omnibus evenientibus sibi et Academiæ sapiens sine confusione. Nunquam ego il-
lum de aliquo conquerentem audire potui, nunquam incusantem quemquam, potius excusantem; nunquam
iniuriam vindicantem, potius donantem, et beneficijs a malis operibus quemvis ad bona revocantem.

S. Scrip.

Non tantum scivit optime, sed fideliter servavit S. Pauli illud: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. quia ci-
babat. Si sitit, potum da illi. quia potabat. Et his bonis, seu his carbonibus congestis super caput ini-
micorum suorum, eosdem vindicabat. Dabat v. locum iræ, Deo relinquens vindictam, qui scivit omnibus retribu-
tum. Vocatus ad Patres vel Mag.cos Rectores, dicto citius venit: iussus aliquid facere, actutum fe-
cit. In iudicio adhibitus, absque mora saluberrima consilia suggessit. Quemvis vero debito cultu adi-
it et veneratus est. Unica veste tectum nunquam adverteres, sed toga indutum, quoties etiam ex confratribus superi-
orem vel parem adiret. Quo et sua Maiestas esset gravior, et quos adibat illorum observantia appareret e-
xactior. Hausit totum hoc a sanctis Patribus, quorum exemplo tota vita insistendo, mores bonæ faciebat,
quæ nunquam in omnibus viventibus advertebat.

Patientia eius et obedientia, cum ex templo expelleretur a Parocho.

Jucundum est hic patientiæ illius et obedientiæ exemplum unum revocare. Quodam festo die in templo Na-
kłechoviensi a R.do Plebano, nihil prave suspicans sibi, nihil reus, quasi pœna excommunicationis super
eundem lata, eundem insimulans, in præsentia populi, Subditorum, Nobilium, et quorumvis aliorum e templo e-
gredi iussit, hic ipse R. Parochus forte sibi non bene conscius, vel aliquo odio in hominem innocentem abre-
ptus, aut ab alijs æmulis eius stimulatus. Quid vir prudens et innocentia faceret. nisi egrederetur, fulminibus
verborum perculi timuit; si egrederetur, conscius alicuius noxæ haberetur. Ecce tamen obedientiam viri, fecit quod sibi
Parochus mandavit, et totum patientissime vir benignitatis sustinuit. Nec unquam tantæ violentiæ et ruboris et iniu-
riæ cum illo Parocho caussam egit, ut vindictam sumeret. Contra linguæ gladium, patientiæ præbuit scutum.
Nec iratus est inferenti sibi malum, sed doluit potius pro eo, quod ille Deus ulcisceretur, qui se iracundiam sti-
mulatus sagittis acutis verborum pupugit. Hoc etiam singulare habuit, quod contra neminem quid-
quam vel dicere, vel audire facile sustinuit. Mutum diceres hic, vel loqui nescientem alijs loquentibus,
alijsque obloquentibus. Surdum etiam ut nihil videns, percepisse auribus, quod ab alijs lingua obtrectatorum pro-
palabatur. Noverat illud: Tam loquentem et proximo suo detrahentem, quam tales susurros a se suavibus
auribus excipientem, portare calumniam infernalem, in ore alterum, in lingua alterum. Et ea pro-
pter non dabat illi locum, qui Angelo suo Custodi se totum offerebat. Potissimum tamen Regale Sacer-

+

dotium adeo venerabatur, ut illos etiam, quos suæ potestati subiectos habuit continuo commonefacere legem
habuisset, nec illos unquam verbis, ut potest Christos Domini tangerent, nec vitam eorundem taxarent, et vitia
cuiquam propalarent. Illi enim Christo Domino, inquit, summo in æternum et ab æterno Sacerdoti subsunt,
et ab eodem non ab hominibus iudicandi. Se vero et populum iudicio Sacerdotum subiectum esse dicebat. Et
recte quidem. Quia multi (ut inquit S. Gregor.) dum plus vitam Sacerdotum, quam suam discutiunt, in eron-
nis foveam delabuntur, minus considerantes, quod non eos vita Sacerdotum læderet, si humiliter bonis Sa-

4. Senten. Dist. 19.

cerdotum admonitionibus aurem accommodarent. Cum et S. Bonaventura dicat: Subditos mala vita Sa-
cerdotum non lædit, si bona faciunt, quæ ille dicit.

Lusus a Suecis deprædatoribus nudatus est.

Ne quidquam quod ad tanti viri commendationem spectat, intermittamus, illud quoque ex re est revocare,
quod Suecorum tempore in Polonia grassantium eidem accidit. Dum omnes penitus sui suorumque habe-
rent curam, pauci admodum, quibus cordi esset bonum publicum Universitatis, ille quadam, qua fons, quid-
quid opus erat, accurare satagebat. Quod cum sollicite facit tam Collegij et Collegarum immunitates, et
quietem ab importunitate hostili vindicando, tam facultates tam Domus, quam Universitatis pro virili sua
hic et illic animo impertenito tutando (erat enim annonæ illo anno speciosa fertilitas, ut vix horrea
servandis frumentis sufficerent) dum Cracoviam dominante superbius hoste tutus reverteretur, incidit in
latrones Suecos, qui corpus suum bombardis, et durioribus instrumentis concussendo, vestibus satis humi-
libus et vilibus exuendo, pileo, calceamentis, et quidquid secum habuit spoliando, atque adeo vix indusio
tectum, vivum tamen, ne dixero semivivum dimiserunt. Quid noster hic Lucas ageret! Latus illud
in memoriam revocatum intra se cecinit. A modo cantabit vacuus coram latrone viator: ter capitum ocius,

nunc

ut forte levior factus contineret, eâ securior de se, postquam quod secum et à quibus factum est, perpenderet. Nocturnum tunc forte iam tempus erat, quo suam ille magis tegere poterat nuditatem, et interim invenit bono casu in quendam Martinum liberalem, quem cum cognovisset, eidemque indoluisset, vestes ad tempus quae prae manibus erat, contexit, meliore animo (quamvis nunquam non bono fuisset) esse iussit, et sic bellissime castigatus, depauperatus, et cautior factus ad Maius redit Collegium. Quid tandem narrare iuvat, cuiquam hanc secum factam tragediam nisi iam aliquanto divulgata fuisset, ne forte divulgasset. Sed postquam prius alij sibi de se eandem narrare coeperunt, ille quoque eandem tacere nec potuit, nec debuit. Quam tamen cum tanta festivitate narrabat, ut iocari magis et de casu tam funesto laetari, quam serius esse et dolere videretur. Nempe secura mens iuge convivium. Sciverat illud Doctoris gentium, ex quo summum in tribulatione capiebat solatium: Tribulationem et angustiam in omnem animam hominis operantis malum; gloriam autem et honorem et pacem omni operanti bonum. Et quia secundum patientiam boni operis vixit, gloriam et honorem, et incorruptionem quaesivit, non vanam tandem, non corruptibiles huius mundi opes, sed vitam aeternam invenit.

Cum haec tanta ac talia, magna sanitatis, substantiae, temporis et honoris iactura vir hic tantus, cui secula parem in iis quibus enituit, non ferent: credesne posteritas, quod dicere volo, sed simul exhorresco, credesne inquam! quanta etiam post fata à procaci et maligna passus est ingratorum lingua! Non credes, unde neque ego dicere volo. Innuo tamen. Cum aere proprio, 10000. enim millia de suo peculio facultatibus per Arendatores ad nihilum redactis, impendat, et ad florem ut est reduxit, census certo futuros procuravit, nihil pro labore unquam postulavit, nec dictam summam ab Universitate vindicavit, mensa censibus, litibus, itineribus, dismembrationibus toto tempore dari pecuniam curavit, defalcationem vel detrimenta quaelibet esse poterant, ut contingere solet, neutiquam revocavit, ac tenuium usque rationes reddidit, nihil sibi penitus (nisi forte quod oblitus erat) nec pro morte nec pro funere reliquit. Et tamen malesana lingua, destructor bonorum, villarum et colonorum sublator, et quis alia enarret, crepabatque proscindebatur. Totum tempus etiam decumbendo, totus aeger, laboribus iam speculativè, iam practicè, ut bene Academiae esset, impendit; et homo otiosus, nullis laboribus deditus, voce Stentoris proclamabatur. Nullum honorem in Academia Ecclesiastico habuit, omnes ante se, qui post se erant, ad mensam ad dignitates, ac ammovia transmisit, omnes humanitate, affabilitate, humilitate, modestia praeveniebat, et tamen nihil illum habuisse, unde laudari meruerit, inquè toties ac toties coram vilissimis etiam personis geminatur. In caelesti iam Patria lux illi aeterna lucet; et temerario ore ignibus inferni mancipatus falso narratur. O homo inexcusabilis es, qui iam iudicatum à Supremo Iudice, iudicas, et deum in illo iudicas, a quo immunis vixit, te ipsum condemnas. Quare qui alios docere debes, dedoces; quibus exemplo praeesse debes, in scandali petram factus es! O Iudex altissime, sapientissime, iustissime, id fecisti cum servo Tuo Luca, quod Tuae Divinae placuit Maiestati; ostende tandem bonitatem et Misericordiam Tuam orbi universo, et quam Tibi, servus Lucas gratus est, manifesta, ut in Sancto Tuo, lauderis, ameris, et glorificeris in secula seculorum. Amen.

Adde adhuc

1mo in Lecto decumbentis patientiam. 2do dolores quos passus est, et nulli communicavit; corpus exhaustum, nigrum et ulceribus, alijs symmice affectum moribundi; hac ipsa die confessionem, et ante sumptionem Sanctissimi Sacram conductionem, mox sumptionem Sanctissimi, et tandem mortem levissimam, vix sperantibus illis, qui sibi adfuerunt. Et quod in templo nullo modo sepeliri voluit ex summa demissione sed in caemiterio: Praelet et Praeses templi vir Leunde in loco cum Sacerdotibus sepeliri permisit. O mirabilis Deus in Sanctis suis!

Castitas et Verecundia.

Castitas. Paulus Cirosius 3. Senten. describens castitatem, dicit, quod sit domitrix libidinosarum cupiditatum, cuius affectatrix est Virginitas. Est enim haec illibatus flos, et puritas Veneris expers; ad perpetuam animi inductione carendi usu eiusdem. Vel Castitas, si de Virginali agatur (quia est etiam Matrimonialis et Coniugalis) est integritas corporis et mentis seu cogitationis, nunquam habendi consensum experientiam faciendi carnalis voluptatis, quae sequitur, et tactus pudendi membri ad generationem ordinati. Quod ita difficile est, ut recte dixerit Bulesius dist. 1. Lib. 4. Nisi tuo divino Deus imbre extincta fuerit flamma libidinis, non potest animus pervenire quo tendit. Unde errat, qui proprijs viribus putat se castitatem obtinere. Nam Sapiens inquit: Scio quod continens esse non possum, nisi Deus dederit: et hoc fuit donum Dei esse.

Quã castitati totâ vitæ tempore arduã operã dedisse ex multis constat. Et primo quia à teneris annis speculationi deditq imo fuit mancipatus, atq adeo insignis in speculatione, ut suo tempore in simili ætate parem illi n inueneris. Totum tempus interdum etiã pernox speculationi intentus, adeo exsiccatus erat corpore, sed incrassatus et impinguatus mente, ut in stupore omnibus dut sui Doctoribus esset. Non conuenuit senem Venus ad speculatione. Quia qui delectaq in contemplatione, nullã aliã delectatione quærere potest. inquit S. Thom. Delectatio contemplationis excedit oem delectatione humanã: quia ẽ spiritualis. Et delectatio spiritualis simpliciter est maior, firmior et dignior delectatione carnali: quamuis corporalis est secundum sensũ vehementior

Dist. 15. a. quod ad nos. Secdo constat ex abstinentia: quã fatm Richardũ, Est subtractio cibi et potus, regulata

3. q. 1. 4. ratione. Et sic ẽ Virtus, quia per eã carnis vitia reprimuntur, modo tamen Nãa corporis n destruatur. Hanc ille tantã habuit, ut nisi dato signo campanæ pulsu ad mensam, virculas laboribus fessas reficiendas vocaretur, procul dubio ita se speculatione refectũ censebat, ut n amplius refici opus habere videretur. Quod sibi mensa quãcunq modo obtulit, acceptauit, et pro sua modestiã (solquis ipse ad primã mensam) sumpsit. Ubi tñ achil se refectioni adeo operã dabat, ut mutus ad mensã conferetur. Potissimũ lectioni scripturæ (quæ legi solet) intentus. Nox refectus se in sua retulit, clausoq ostiolo cogitans vigebat, ut nunquã non in labore deprehenderes. Mensæ affixum et alligatũ diceres, à qua vix unquã dimitti potuit, adeo illi adfixus, ut eã vel nunquã desereret, vel eã ubiq secum circumferret, de illa cogitando, cui adhæreret, operã suã ei affixus semper continuando, vel nouam incipiendo.

Et hoc totũ ẽ invalidũ Castitatis illustret testimonũ: Labor continuus. Labor improbus omnia vincit. Quod in Lucæ adeo verũ, ut carnem etiã suã, et omnes illius motus vinceret, ipso inuicto in laboribus manente.

Quid melius est! quam memoria recte factorum! Cic: ad Brutũ Epla 16.

Lux Natalis Nobilis et Excellentis Viri DD. LVCAE Piotrowski

Ex Ortu et Eruditione eius Clarissimis in Academiam Cracouiensem REFLEXA.

Tu quoque Palladijs non infima pagina fastis
Illuxisti hodie, Lucemq; oriendo dedisti
Inclyta Iunosiae memorandaq; gloria gentis
Immortale decus Cracij pretiumq; Lijcaei
Luca ~~Nullo~~ nullaq; damnandu' LVCA Caligine nomen.:
Quod Tibi magnificas inter primordia cunas,
Illustris LVCILLA dedit, Teq; insuper ipsam
Addidit infanti, Niueosq; exercuit ipsa
Ad LVCEM Vultus, Solamq; requirere LVCEM.
Pusago docuit Patroni Nomine LVCAE:
Quanta Iouis partus, nil et de Matre trahentem
Excepit Natam manibus, castiq; Minerua
Grande genus capitis fouit, gremioq; locauit:
Tanta tuo custos LVCILLA interfuit ortu,
Et partem laetata Iouis partemq; Mineruae.
In Te non minimam paruo sub corpore nasci.
Tunc et Laurigera longe manifesta Corona
Nixaq; Sarmaticis Regina ACADEMIA sceptris
Felices tenuit cunas. Tunc ordine longo
Hinc atq; binio prisco cinxerunt aurea cultu
Symbola Pythagorae, et lauro texere togisq;
Poscentem libros pueru' librosque prementem.
Vos ego, nequidquam praelustria nomina nigra
Occultante toga, quosque vna Modestia celat,
Vos ego Socratica mentes, vos plena Stagirae
Pectora, vos Gratias qui formauistis Athenas
Agnosco ad LVCAE laetos cunabula coetus,
Mulcentes tenera' praedoctis litibus aurem,
Et quas ipse puer, puer arrideret ad artes.
At propius fixo SVBTILIS lumine Doctor
Agnouit praessitq; suum. Multum ille locutus
Quis quantusque fores. O terq; quaterq; beati
Queis tum sublimi Lauros meruisse magistro
Contigit, ex tenues formas, arcanaq; scire
Illustresq; SCOTI tenebras ediscere LVCA
LVCE Tua, claraq; tuo sentire sereno.

His neque Romanam primas quae Diua loquendo
Instruit ad Leges Latij formatq; iuuentam,
Defuit hominibus; Niueis comitata Deabus,
Hac Diuos, hac voce Poli' iuuenesq; monebat:
Estis Io Musae! Dijs curae Secula Nostra,
O mea LVX Salue Cratiis LVX publica Lucis!
Hoc literas Lechis pubes, hoc firma monente
Fundamenta locat, hoc melius sua Nomina verbis
Verbaq; Romana consanguinitate ligabis
Purius hoc disces: declinabisque Polone ~~Barbariem~~
Barbariem et Phoebo melius Cyrrhaeq; placebis. NB
Dixit, ex insignes cunas puerileq; corpus
Hac illa complexa manu simul ora sub ipsa
Hybleas infudit opes, nulliq; Latine
Infudit fandi melius vel castius artem

Atque ea Tu queis rite sacros celebrauimus ORTVS.
Reddidimusq; Tuos generosa exordia LVCIS
Mansueta dignare manu qua nempe solebas
Corrigere ex Nostris vestigia ferre iuuentae.

INSTITVTIONES Grammaticae Nobilis ex Excellentis LVCAE Pietrowski

I

Grammaticen pueris claraq; ordineq; tradis NB
Sed magnus pueris, parua docendo vires.

II.

Emmanuel ex Valla vale priscique valete
Grammaticen pueris qui reperere grauem
Grammatice multis fueras obscura tenebris
Nunc noua de LVCAE Lux Tibi LVCE venit.

Grato memoriq; calamo

In breuem chartam excepta
A Joanne Vosdiski mpp.

Cracouiae Sacra LVCE Diui Lucae

173

365 194

PHARUS
IMMORTALIS GLORIÆ,
lucido virtutum, & Sapientiæ fulgore
ÆTERNUM CORUSCANS,
SVPRA TVMVLVM
Clariſſimi olim, & Excellentiſſimi Dñi

D. M. LUCÆ PIOTROWSKI,

COLLEGÆ MAIORIS, REGII PROFESSORIS,
Scholarum Nouoduorſcianarũ Prouiſoris,
Almæ Vniuerſitatis Cracouienſis
GENERALIS OECONOMI,
Dum ad Ædes D. ANNÆ, Iuſta illi funebria
PERSOLVERENTVR,
Poſthumo meritorum tanti Viri præconio,
doloriſque publici affectu,
A
M. STANISLAO IOSEPHO BIEZANOWSKI LEOPOL.
Philoſophiæ Doctore, Collega Minore,
Ordinario Poëſeos Profeſſore,
ERECTA,
LVCIQ; PVBLICÆ
CONSECRATA.
Anno Salutis 1679. Die 28. Menſis Iunij.

CRACOVIÆ, TYPIS VNIVERSITATIS.

Ad nubem animorum,
rurſùm erudita pectora cogit; qui necdùm
ex vmbris prioribus emerſit dolor,
nunc demùm verè Parentalibus ſuis ingemiſcens, dum tolluntur
magni Academiæ Parentes.
Mirum eſt,
quod nunc mortem, auguſta non niſi crimina delectent;
quæ cum in Rectore nuper,
Coronam capitis noſtri violaſſet;
nunc ad Virorum procedit gemmas.
Quis exoculatam putet? quæ in LVCA *Solſtitium virtutis,*
lucemq; animi centoculam vidit;
maturitati noſtræ inuida, in ſenium prona,
conſumatos eripiens, virtutis Senaculum claudit;
iamq; in eclypſes noſtras iurata, magnis luminaribus interponit terram,
Philoſophica ſidera vrgens, poſt Theologum iubar.
Sed habeat vmbrarum mater,
funeſtam hanc à calamo plagam;
nimirum vt vbi cogitauit tenebras, lucidam inueniat Pharum;
quæ non configat oculos eius, ſed exurat.
Clariſſimus Vir LVCAS PIOTROWSKI
eat in omne æuum, quod Summa Virtute meruit,
immortalis gloriæ ſuæ lampadophorus.
Stabit illi ſupra cineres eruditos,
aurea hæc lampadum moles;
in quam non tota Memphis, cum Libycis ignibus laborauit;
Sed vitæ, & Sapientiæ candor.
Cœptus hic à nobilibus Podlachiæ ceris,
claritudinem Sanguinis magno animo vicit.
Carbaſa illa quæ maiorum titulis, & longa ſerie, facilè tument,
placidis ille compoſuit Eteſiis;
tantumq; ſumpſit ex auito Sanguine, quantùm ad animi purpuram ſatis.
Clara nominum incendia Phaetontibus ſuis relinquens,
ſtanteſque in curribus Æmilianos, ad aurigas fortunæ mittens,
Solidiſſimam animi partem,
quâ Deo, & Sapientiæ viuitur, in titulum gloriæ elegit.
Gemina laurus philoſophica nihil illi addidit,
præter victoriam ſui perennem.
Sub hoc coronamento inceſſit ſemper, magnæ conſtantiæ Scipio;
nunquam alijs Cenſorinus, quamuis vbiq; ſibi Cato;

Supra omnes laureas, modeſtiſſimo de ſe ſenſu,
& ex domitis affectibus, animi triumpho laureatus.
Principium illi validæ eruditionis
ab elementis Grammaticæ,
mirâ methodo, ordine, & dogmate ſolido digeſtis,
paruis hiſce pennis, magnum ad ſumma Dædalum tulit.
Vt primæ pueritiæ Pater fieret,
non erubuit cum Ageſilao, in ludum etiam venire;
ex oreq; infantium, & lactentium,
diuinam in ſapientia perficere laudem.
Lampas hæc animorum lucidiſſima
ab hac modica ſcintilla, venit ad uaſtum illud eruditæ claritudinis,
quale decuit LVCAM.
Triumphorum D. VLADISLAI IV. felicitas,
cum Orbem impleret, excederetq;,
ſolam in LVCA PIOTROWSKI mentem inuenit;
quæ Maieſtatem eius comprehendit;
datis in publicum auguſtis eius operibus,
eà rerum magnificentia, eo dramatum ſplendore;
quo nec ipſe VLADISLAVS maiorem optaſſet;
cum ad pedes eius Moſchua ſub Smolenſco procubuit.
Vrbis Romæ admiranda,
domi noſtræ Sarmatæ vidimus;
cum ab ingenio LVCæ, *priſca Latij maieſtas,*
hoc in vno pectore feciſſet, quod vix olim fecerat
Circus Maximus, & theatrum.
Humaniorum literarum Flamen, & Phœbus,
in Philoſophicis Dictator,
cum Subtili Scoto, primus in Vladislauiano Curſu,
diem Philoſophis dixit.
Cos animorum exinde,
cum acutiſſimis certare, aut ipſe acuere ingenia ſuetus,
ex pulcherrimo conflictu, nunquam abijt pro ſeipſo triumphans;
ſed quia veritas vicit.
Hoc illi Ariadnæ filum,
contra malè prætenſos in Schola Subtili labyrinthos.
Viam hanc ſecutus, vſus eſt ſubtilitate ingenij,
non ad mobile diſcurrendi flabellum, ſed ad dogmatum robur;
cum vitâ pariter, & intelligentiâ Philoſophum ageret,
non præferret.

Oraculorum animi eius cortina,
in ſilentio, & ſeculi fuga Delphos habuit;
cumq; typum Academiæ daret,
in Archetypum virtutis ipſe euaſit.
Hæc in eo ab imis radicibus ſolida,
etiam Leoni Suecico non ceſſit;
qui cum ſciuiſſet vincere Poloniam;
non potuit ſupra conſtantiam Lvcæ, *victoriâ vti.*
Tranſmarina illa tot diſcriminum Patriæ triremis,
cùm præternauigaſſet omnia, ad hanc rupem diſsilijt;
in quam coaluerat pectus fidei illibatæ.
Hæc eſt illa purioris conſcientiæ ſedes,
magno Opatouio dilecta, probataq;;
cum probitatis thymiama facile ex eo percepiſſet,
nouus ille in Adamo, innocentiæ ſeculi noſtri protoplaſtes.
Bonorum animi pleno,
quidni fortunæ quoq;, & bona Vniuerſitatis crederen ur;
in quibus quantùm præſtitit, reuelabunt Oeconomum quæ ſuccedent.
Supra triginta annos ad hanc criſim formatus,
non metuit poſterorum iudicia;
quæ in ſeipſum rigidiùs extendit;
illâ animi integritate, illo priſci moris, & vitæ tenore conſtantiſſimo;
quo ſenium mentis, etiam ante canos retinens,
in propoſito, & amore honeſti, vixit, & obijt quadratus.
Ad extrema vitæ non venit ex improuisò;
ſed per ſtillicidia mortis;
paratus animo, & momenta ſua computans;
quæ cum Deo ſemper cum diuideret, cùm eodem concluſit;
magnus animæ ſuæ Oeçonomus,
cui panem Angelorum in annonam vitæ prouidit;
lampades quoq; ſuas, ad Pharum æternitatis adornans;
qui in vita, & ſapientia, oleum, & operam non perdidit;
Sacro oleo inunctus
bonus Academiæ Ciuis, bonus Chriſti Athleta
L V C A S
beatam tranſijt ad Lvcem.

Racye dla ktorych antiquam Methodum Grammaticae Piotrowski, non expedit mutare albo perdere; moze y owszem addere.

1. Adversarijs aby Vnsitatem niebyła ista occasio obtrectandi, tym samym: Że y sama Vnsitas dość nierychło postrzegszy Errores, novam Methodum docendi, adinuenit Grammaticam.

2. Albo inconstantiae et Volubilitatis argueretur Vnsitas, udaiąc Adversarij. Że iáko sami nigdy sie niezgadzaią ob Varietatem sensûs; tak tez y sua Opera ab extra ile ad Vsum publicum necessaria niemoże mieć congruentia et solida: y dla tego de novo inne coraz recudere musi.

3. Że te kawałki, iako coraz większy koszt za sobą pociągaią; tak tez quoties toties, ile z vbozszych niekażdego stanie kupowac. y dla tego Rodzice y ich Dzieci pogotowiu muszą fastidire: bo y sama oprawa więcey potrzebuie.

4. Że teneris et rudibus mentibus novas ac novas Species ad discendum apponendo, à tali Varietate et Novitate musiałyby deterreri, ile multis iam Maioribus ná to conquerentibus: które raczey expedit absq omni peregrinitate in uno Volumine, discentibus obvias continuò et domesticas fauere.

5. Na uczących, ile tez Victum et Amictum honestum labore procurantibus wielka niedyskrecya imponitur, kiedy ut discentes sciant docere iak ná nowe, novas Species muszą sami conquirere non sine magno fastidio et labore.

6. Że w tey Nowey Editiey, iako Orthographiey niemász, tak y same Rudimenta nie są tak sufficientia et facilia, iako in antiqua Editione. A Orthographiey iako discentes od samego czytania trzeba usu uczyc; ták tez docentes ut habeant plenam ex praeceptis informationem, trzeba one conseruare.

7. I w tym docentibus difficultas musi być, kiedy nowe iakieś Terminy z conceptami są wynalezione à in Praefatione niemasz żadnego klucza

do zrozumienia ich, to tylko obtrectationibus campus barzo mię-
znie relinquitur.

8. Dość iuż Farne Szkoły po Miastach y Miasteczkach, à coż dopiero po Wsi,
dla zagęszczaiących się Collegia Alwarowych są zagubione,
pewnie iesli ieszcze ktore spirant, dla takiey Mutacyey Gra-
matiki y niedostatku Universitatis, y że nie cała iest, ani
iey chwycą. a do tego gdziesz kawałkow tych in pacentum
kłaść, y kto ie rozwozić będzie, kiedy iuż Kramarze sami na
nie narzekaią, y żadnego odbytu niemaią.

9. Nawet y w samym Krakowie discentes albo cum iusta obtrectatione Adver-
sariorum, żadnego niebędą mieli profektu, iesli każdego z osobna
w Domu niebędą uczyć Inspektorowie, na ktorych niekażdego
stanie: Albo Universitas musi Scholarum Classes variare, multipli-
cando one po Iezuicku. a ztąd iako na większe koszty musi
ciągnąć dla więcey Professorow, będąc Universitas coraz
w Subiecta y w kosza uboższa; tak też pokaże się,
toto tempore erravit in distribuendis Scholarum Classibus
ktora aż nierychło się postrzegszy, musi dopiero rozumu
życzać ab Adversarijs, a to musi być nietylko cum ignominia
ale też cum periculo subversionis sui.

10. Nawet tam elaboratam et Methodicam dawney Grammatiki dispositionem
non expedit wnayminieyszey rzeczy odmienić ktora iest nie-
sufficientior; ale y facilior ad docendum in uno voluminis Compen-
dio: A cokolwiek de Novo utile adinventum est, tam y sama
necessitate rei et occurrentia Materiae przyczyniwszy-
sie, tak piękne Opus, expedit in toto conservare, a nie
tare albo perdere. Co Oycowie Iezuici indies czynią
in Alvarem, choć nieiest Methodo Scientifica; ale tylko me-
chanice confectum Opus. tylko albo poprawują, albo przyczyniaią
albo wyrzucaią.

368 172

11\. Choćby y te Racye niemiały valoru swego, przecię non expedit Adversarijs nad Instittem Sposobnieyszym (iż y wiele ich iest y proznuiący) podawać occasionem obtrectandi et sinistrè taxandi, ktorzy etiam aut rectè facta sinistrè interpretantur, aut nulla facta calumniantur.

12\. Do tego publicis commodis, à to propter benedictionem DEI, more maiorum prisco magis, aniżeli privatis, ile inter inimicissimos et proximos deservire expedit.

13\. Ad to Nova ta inventia bardziey dla Panow, ktorych teraz ad Institutem barzo mało udaie się, niżli dla Chudych Pachołkow służy, ktorzy y Inspektorow niemaią, nec praecepta sunt sufficientia.

14\. Firmius wpamięta iedno będzie, czego się od Fary poczowszy uczy Młody po wszytkich Szkołach, a niżli co Szkoła to insze Volumen ma służyć, gdyż to barziey defectibus trzebá się accommodowáć per praxim, ániżeli co Speculatiwe poymuięmy, to dobrze a nigdy ad praxim albo rzadko reducibile iest. czego pełno widzieć między Młodzi Stan, ze ledwo dwoch albo trzech Discipuli, Scholae et Praeceptoris intentionem assequuntur et adimplent. Bo áni tego áni owego niebędą umieli discentes. y tak dopieroż byłoby wbrew Instituti, iż się wnim rzadko kto albo nikt Grammatiki dobrze nienauczy, ktore to diffamationis malum, zdawna się zagęszczało.

15\. Ani Universitas żyiącemu Authorowi (choćby nalepsze Opus videretur apud Sapientes, ale że rudibus albo incipientibus difficile albo inutile) powinna pozwaláć mutare, chyba tylko addere et corrigere Opus, ktore iuż ex privato per usus et approbationem stało się publicum, ile gdzie idzie de bono publico reputationis. Tym samym ex variis praemissis Chudych pachołkow często bo y zawsze nietylko Instituti, ale też omnibus Civitatibus, pro sui solidam conservationem potrzebnieyszych a studio a pogotowiu et amore, non sine magna iactura Institutis odwrácitoby się wiele.

Contra Piotrovii Gramaticas parvas
ab eodem editas Rationes cujusdam
Anonymi; satis viles et nullius valoris
ad quas Responsum sequitur
A. M. Joanne Michalski
pro tunc cos. majore
posit 5 Flor [illegible]

+

Rationes (nescitur ubi et à quo editae) propter quas antiquam methodum Gramm. Protoviensi non expedit mutare sive perdere, imo addere.

Imo Contra Titulum. N. expedit mutare. Re. nihil mutatur in Gram. Protovii; talis enim est qualis erat; vel si quid additur aut corrigitur; hoc requirunt toties ac toties reimpressa eadem Gram. nempe solers cura invenit quid etiam in exactissimo opere addendum sit, vel mutandum.

Contra Rationes iis

Primâ Praecavet, ne Universitati adsit justa occasio obtrectandi, eo ipso quod, satis tarde animadversis erroribus novam docendi methodum adinvenit, his editis in lucem publicam novis Gram. praeceptis

Re. N. est timendum ut coelum stet, vel ruat. Cui malus est, etiam in electis inveniet maculam. Sed sic nullam occasionem quamvis pessimus ~~habere poterit~~ et his prae-ceptis quae antecedenter ad Grammaticam ordinantur, habere potest. nam quae hactenus erant, à variis collecta et indigesta nullius fugis sunt: neque ullum ordinem et connexionem ad Gram. Protovii habent. Ergo opus erat his praeceptis quibus recta via quis sese ducetur ad Gram.; et sciret ubi consistet, et quid ultra discere debebit. Tum in n.ra à fastigio inchoare oportet, sed à fundamentis *

Re. zelo. Non est hic ulla animadversio Erroris: cum neque ullus error est, neque nova methodus adinventa: est, eadem quae fuit. Nisi Praeambula dantur quae ante n. erant, ad faciliorem Grammaticam jam pridem in lucem publicam editae. Ac proinde Ratio nulla est prima quam nescitur quis ex tenebroso capite contra lucem vere lucem scripsit

2da Ratio Timet hic Vir bonus ne Inconstantiae aut volubilitatis arguatur Universitas, ob varietatem sensus, et operum suorum, quae ad dextra usui publico edit ~~per~~ quae n. apparent congruentia et solida et eam ob causam denuo toties ac toties alia recudere opus habet.

Ad hanc rationem Respondere nulla est necessitas. Cum nulla est; et cum ima fere convenit.

* Gram. hoc perfecta, hic fastigium est. sed illius fundamenta hae minutiores Gram. quas Vir doctissimus Protovius iam fere in lecto decumbens conflavit, et imprimi fecit

Autem Grammaticus [illegible] fundamenti loco futurus orator [illegible] [illegible] comme[illegible] — Nihil difficilius quam reperire esse omnia [illegible] in [illegible] [illegible] Ceteris

Bonus Grammaticus facile fit bonus [illegible] [illegible] [illegible] quid [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible]

3tia Rao. Hae minutiae seu fuscula sumptu in
Tres majori opus habent, et in quibus sufficiens est qui
eundem emendos eisdem sufficiat - Potissimum qui pauperes
pores sunt. Et ideo Parentes cum filiis suis opus est hoc
fastidiant, nam et ipsa Compactio eorundem multo sumptus
opus habet.

Rx Nunquid etiam libelli quibus ante haec Grammaticam
Cursorii sine pretio acquiruntur? quin imo multo
majori. nam tres antecedunt. imo libelli dicti
1mo Tirungrosbone. 2do Donatus. 3tio Methodus vulgo
dicta. Hic autem in parvo opere facile acquiri possit
et parvo pretio nam itidem nisi tres sunt, et
optima ad Gram methodo ordinati. Quod alii quarum
facta est mentio neutiquam habent.

Ad dm de fastidio Parentum et filiorum Rx Fastidire
haec opuscula nemo potest, nisi ille qui gustu caret
Et Cui mel in fel et fel in mel, ob gustum depravatum
convertitur: Nam sapida sunt, et discentium captui accommodata
Quoad Compacturam: potest liber quamquam sectura
circumdari vel tegi absque ullo pretio. et sic vana
sunt, quae fingit hic homo apparet pauper. vel
avarus, quem poenitet expendere sumptum pro filiis,
ad tam faciliter Gramm. ediscendam

4ta Ratio Quia teneris et rudibus mentibus novas ac
novas species ad discendum apponendo, tali varietate deberent
rent deterreri: quae potius expedit absque omni peregrinitate
(illius qui contrarius est discere Grammaticas)
Rto Sunt haec omnia
in uno volumine discentibus, obvias et domesticas facere.
Rx Caret Homo nescius quid non capit. Audi quid respondeam tibi. Omnia nova sunt illis qui incipiunt
discere. Et utique novas et novas species sunt discentibus
offerendas: alias eadem semper inspiciendas esset. et sic nunquam
denique disceretur. neque tali varietate deterrentur; quia varietas delectat: illa potissimum quae ad profectum discentium
valet. et ordinate illis porrigitur

Neque expedit in uno volumine obvias et domesticas facere. Citius
enim puer discet: sequentia; postquam advertet se iam didicisse
antecedentia; sic enim futuris discendis allicietur.
5ta Ratio. Discentib. magna indiscretio imponitur illis praesertim

Grammatica necessaria pueris sufficientibus [illegible] ... omnes; et quid est ... [illegible]

Qui victum et amictum honestum labore procurant; quando aut discentes docere sapiunt, gratis de novo novas species conquirere non sine magno fastidio et labore coguntur.

Re Nulla indiscretio docentibus imponitur. Qui enim docere nesciunt, non doceant, sed prius discant. Semper docentibus novae species conquirendae sunt. nam et illa quae semper docere non possunt, nisi prius bene se praeparent ad docendum. Non sentiet fastidium, cum etiam sibi videbunt accedere multa in docendo quae discent, illa ante ignorantes.

Ratio Quia in hac nova editione, ut Orthographia deest, sic et ipsa Rudimenta non sunt ita sufficientia et facilia prout in editione antiqua, et Orthographia prout discentes ab ipsa lectura docendi sunt; sic quoque docentes; ut habeant plenam ex praeceptis informationem, opus est ut conservetur.

Re Utrumque a veritatis tramite alienum est; Qui enim oculos habet et legit, fateatur opus est, adesse Orthographiam exactissimam; qui oculis captus est, menteque caret ille talia effutiet. Quod attinet Rudimenta verum est non esse sufficientia prout in Gram. quia non nisi disponunt ad Gram. altiorem. Sed quod non sint facilia stultum est iudicium. Sic sibi persuadeant difficilia esse pueros qui hic docti sunt et docentur in scholis Primariis et docebunt hic. Cur discenda sit Orthographia aeque docentibus atque discentibus. Re Docentes supponuntur debere esse scientes Orthograph. Discentes vero discant si nesciunt. et sic habebunt plenam informationem. Refers insuper quid in se hac Rudimenta, et quid ipsa Gram. perfecta contineat. Illa docent Gram. per exempla, haec per praecepta: Docent Latine loqui, haec rationes et Regulas affert.

Item In eo quoque difficultas sit necesse est: quoniam novi versum cum conceptibus sunt inventi. Et in Praefatione non est clavis quae aperiat sensum, et legendi modum ostendat. Et sic obtrectationibus campus relinquitur.

Re Refers clarissime Jesuita. Quod etiam Christus non omnia dicebat ad intellectum nec omnibus ut testis Scriptura, Caeteris in Parabolis. Qui potest capere capiat. Termini novi non sunt, sed in una litera verba continentur ut Fapi. id est formatur a Praeterito Imperfecto et sic de aliis. Unde non erat opus clave, sed penes Acad. et Professores id totum est et scitur: ne alii Antiacademici hostes omnia sciant. Est gradus sapientiae inter alios, non omnia dicere quae scis, Quia stultitia est. Sibi aliquid relinquendum. Quis hosti arma tribuat, quibus contra dantem utatur?

Cur prius discat quid docentium incedere, tum discentium suspectare possit in ambitione longa experientia. Nemo potest occupare summum scholas, qui non prius ultimo infimi gradus.

quia sat superque multae scholae in oppidis, tanto magis in villis
et frequentia Collegiorum. Alterum docentium sunt su-
blata, certo certius si aliquae adhuc spirant, propter
tantam Gram. mutationem et inconstantiam Universitatis, et quia
non est opus integrum in his frustulis, neutiquam eandem
arripient. Ad haec nescitur ubi ipsa frustula in partes di-
visa quaerenda sint, et a quo edentur, et ad varia loca
adrebentur; quando et ipsi Inspectores querimantur quod
nullum proventum habeant.
Re. Fatet multas Scholas sublatas esse, sed in causa sunt multi-
plicatio earum nostrorum Didascalorum et Collegiorum. Quae
Acad. rea est. Videant qui illas multiplicarunt! Ut multi
medici infirmum perdunt; Ita multae Scholae Regna et
Respub. Caeterum ne timeas meticulose homo, Gram. muta-
tionem (non enim est mutatio ut dicis supra; sed ad plenam Gram.
febrae introductio Juventutis) ne timeas unquam aliquid
mali Scholis allaturam; multiplicabuntur cum gratia Dei
Scholae, et Juventus ad discendum prompte accendetur, la-
vabitur brevi bene docta in Gram. Quod nobis multo tem-
pore non eveniebat: uti nunc etiam multi sunt, quibus multa
ad discendum in his Praeambulis offeruntur.
Si vero nescias ubi ipsa ut tu vocas frustula quaerenda sint,
aperi oculos et videbis officinam ex qua impressa sunt.
et facile acquires quae acquirenda sunt.
Inspectorum vanam curam et sollicitudinem habes. habeant illi
censum aliunde; et nugas antiquas non dividant. Recessit
Vetera nova sunt omnia: potissimum tam exacte arte
ista et ad celeres profectus plurimum conducentia: prout
expertus libenter fatebitur. Denique pro auctore orabit
3 ra Quin et ipsi in Urbe Crac. discentes, aut cum ipsa obs-
trectatione Adversariorum nullum habebunt profectum, si seorsim
domi ab Inspectoribus non docebuntur; pro quibus non quisque censum
impendere poterit: aut Universitas classes variare debebit,
multiplicando easdem Jesuitarum more: unde majores
sumptus impendendi ~~debebit~~ erunt propter multiplicatos Professores;
quotidie evadens Universitas pauperior sumptibus et Professo-
ribus. Et sic apparebit se toto tempore erravisse in distri-
buendis Scholarum classibus: quae tarde agnito errore, cogi-
getur emendicare prudentiam ab Adversariis: Quod non tantum
cum ignominia futurum est; at etiam cum gravi aliquo eversione
Ad quartam Re. non est opus ut seorsim ab Inspectoribus Civi-
discentes doceantur: Sunt Scholae Triviales seu Parochiales,
ibi docendi sunt hi, ut Scholam Gram. secure his praemis-
sis adeant. nec sumptus novus impendendus est; nisi qui
solet dari Docentibus in Scholis Parochialibus. et sic
Nb. Longum et difficile iter est per Praecepta, breve et efficace per exempla
Praecepta pertinent ad Intellectum, exempla ad sensum Communem
sensus autem Intellectu prior est; proinde etiam exempla

debitum discentes habebunt profectum absque timore vani obtrectationis quem frustra times quibus obiicis. ~~Et consequens est~~ ut classes non ~~debebunt~~ debeant mutari: quia bene dispositi ad Scholas, ex Parochialibus accedent. neque Universitati tam quoad sumptus, quam quoad Professores, timenda est depauperatio. neque subvertetur quod tu insane vates vaticinaris. Bene fundata est supra firmam Petram habet Timorem Domini et Sapientiae. Tot Sanctos habet, cum Petras firmas. qui pro se ad Authorem et Conservatorem suum tot seculis ~~intercedent~~ intercedebant et intercedent. Ex his dicis Caetera quae scripta sunt vanitatis plena sunt. de quibus ut Author poeniteat, tanquam stolide scriptis opus est, si cor habet sapitque; et Palinodiam his modis lecens canat Ad Romam. Quin imo tam ~~elaboratam~~ et Methodicam antiquae Grammaticae dispositionem, nec in minimo immutare expedit, quae non tantum est sufficientior, sed etiam ad docendum facilior, in uno voluminis compendio. Quidquid vero de novo utile adinventum est, pro necessitate rei, et occurrente materia apponatur: tam enim speciosum opus expedit in toto conservare, non vero mutare vel perdere quod facere PP Societatis proprediem facere nuptiatum est cum Alvaro suo; quamvis ipse methodo sacrificeat, sed duntaxat mechanice conferunt a opus, qui non nisi corrigunt vel augent, vel excipiunt seu demunt.

R. Quid tu somnias an ~~bene~~ potius garris? Quis tam elaboratam et methodicam antiquae Gram dispositionem immutare cogitat? Qualis erat, talis que erit. Vel si quid in loco praeambulorum eidem praemittendum est: hoc in opusculis quisque habebit. Sed illa antiquus ~~idem~~ id, nova est inserendum: aliud enim sunt Praeambula ad opus; aliud ipsummet opus: neque miscenda sunt Quadrata Rotundis et rotunda Quadratis. Ex Praeambulis dilatet puer loqui ex ipso opere. Cur sic loquatur, edicet. *cum in Rudimentis praxim habeat in ipso Grammatico opere doctrinam speculativam: Quod vero de Alvaro addueris eundem vituperans, ad nos nihil spectat Quisque sua promoveat et perficiat atque emendet: nobis nostra curae sunt. Quid enim nobis et illis!

IIIma Omnis etiam hae Rones valore suo careat, tamen non expedit adversariis dare occasionem obtrectandi et sinistre taxandi; qui etiam aut vere facta sinistre interpretantur; aut nulla facta calumniantur. Quia multi sunt alii otiosi, unde ad talia facienda aptiores. Sunt

* Exempla excitandi; Praecepta informandi; usus conformandi vim habet

Haec Ratio nihil momenti habet. Supponunt enim hic bonum
semper dari occasionem obtrectationis Adversariis; quae nulla
pt esse, neq excogitari. ut pote quia in Scriptis nodus in
venin requirit. Quis si haec legerit sensi gratiam Authori ha
bebunt, quod inventus est cuiusmodi Vir, qui esurientibus
parvulis frangat panem. et tollet conquerendi occasionem
Parvuli esurierunt.

12 Dicit publicis commodis magis quam privatis deserviri
expedit, propter benedictionem Dei. maxime Majorum Principum.
Nescio quod hic est commodum Authori Gram privatum:
imo publicum est quia Juventuti consultum est, ut discat
ordinate quae discenda sunt, quod ad hoc tempus non fuit
Discebat quae volebat, quomodo volebat, et quando volebat.
modo non sit, discet quae discenda sunt, eo modo quo discē
da sunt. eoq tempore, quod ad hoc et illa aptum est, ut discat

13 Nova haec Juventus, Dominorum potius et Herorum filiis
quorum his temporibus pauci ad Acad confluunt non servis
pauperiorum et plebeiorum doctrina ~~serviet~~ (qui Insuper
donibus carent) serviet. nec Praecepta sunt sufficientia.

Re Filiis Herorum magis serviet. Quomodo magis illis ser
viet? si praecepta non sunt sufficientia? imo his quibus est prae
ceptis sufficientibus Gram: ne ut ille non nemo in tacite Ren
prob. ob ignorantiam Gram dixit. Habeo ego etiam suas
audiat
~~et~~ Responsum ~~est alli~~ cum Cachinnis Deo gratias.
ratias.

Dicit novam esse inventionem. Omnia sunt hic quae
ante erant; sed nunc Dispositio nova illaque prudentissa
et ad discendum jucunda et
Captui puerorum accomodata, facilis et velox

14ta cuius Quadrimini (Firmius memoriae haerebit unum, quod a Schola Triviali
incipiendo discit puer per omnes Scholas; quam pro Scholar
multitudine et varietate aliud et aliud volumen discat;
Re Unum semper crepas sine ratione o miser Didascale. Sup
ponendum est hoc unum esse ac debere ea haec elementa
edita, quae per omnes Scholas Parochiales docenda sunt.
Dices quis illa poterit habere? Re si non possit habere
ab omnib. saltem Docens poterit habere unum Exemplar
et in Tabula hoc ipsa scribere: et pueris ad discendum offere.

2dum Cum magis accommodare se debet Docens per Praxim qm
speculative. Quid vis? utq praxis est perpetua in elemen
tis. in altiori hoc Gram Speculatio. adverte si intelligis
et ne carpas si non intelligis. Id patet in discentib. qui a
Docentib. docentur, prout ~~sult~~ volunt, et debet doceri. Haec mirabile
Docendi inventum est

3tium Oriat ~~vix~~ Vix duos aut tres discipulos inveniri qui intentionem Praeceptoris assequuntur. Satis est si tres assequuntur etiam plures assequentur: si volent Critica discentes nihil est difficile. Et sic inquit nec hoc nec illud discentes sciunt.

R. valde solicitus est hic Zoilus de puerorum profectu: cum tamen rara est sollicitudo: et omen: Mala eventura exinde Universitati. Ex bono malum extorquere non potest nisi scarabeo ex ipsa venenum. Reliqua nugae nugarum et mendacium mendaciorum.

4tum Hic Universitas Authori viventi (quamvis optimum opus videretur apud sapientes sed quia rudibus vel incipientibus difficile ~~abo~~ aut inutile) debet concedere mutare: nisi tantum addere et corrigere opus; quod iam ex privato per visum et approbationem factum est publicum; potissimum ubi agitur de bono publico reputationis

R. Universitas habet potestatem concedendi ut videat lucem publicam, id est eius fructum advertit futurum bono publico: mutandi addendi et corrigendi; quia nihil simul est longe et maturuit proinde cum advertit author aliquid mutandum esse addendum corrigendum, quidni faciat? Pulchre et ad rem nostram inquit Sed hoc non valet hic de Elementis addens, ut dictum est. Ergo intacta sint omnia in Gram[maticis] imo, et ut dictum est. Unde in omnibus rationibus nisi unum hic blatero blaterans fere non est sobrius, unquam cum tautologia tam frequenter laborat. Contra calamus debetur, atramentum exsiccetur et charta mereretur. responsionibus ad rationes illius frivolas

2dum Oriat eo ipso multi pauperes a studio alienarentur.

R. imo allicientur, et allicientur in dies si adsit gratis fideliter haec opuscula promoveat docenda duntaxat in scholis Parochialibus: sublatis illis penitus scriptis quae nostris temporibus, nullo fructu, multo temporis tradio docebantur:

Mantissa Authori ~~exterminandam~~

cuius opus laudat, laudes sensuumve vel munere fraudat.

Qui contra parvas Grammaticas imprudenter scripsit et nomen suum quis esset non intimavit.

imo Sciat hic blatero, hunc foetum tanti Viri fuisse maturissimum: quia decumbens in lecto iam iam moriturus, eundem producebat (et ut sic loquar gigrebat) et illo finito sanctissime omnibus munitus Sacramentis, suaviter obdormivit in Domino: ut Sanctus in morte apparere videatur

2do Inventionem huius magni viri (cui similis inventus
non est in talibus, qualia ille scripsit: ut parvuli esurientes
haberent qui frangeret eis panem et non esurirent) opus
est hic Autor scripti Idiomate Polonico fuat opus.
est. Quam quia scire non potest, nisi doctus fuerit ab his qui
eandem sciunt: eapropter ego qui ad illius vana scripta
non vane sed vere et cum fundamento rescripsi: eandem (si
tamen expedit) eandem revelare) revelo.
Haec autem est. Quia Gram(matica) solida primo edita est per
Ignatium modum aedificii sed non habentis fundamentum: (erat
eandem illi de quibus dictum est, libelli) sed isti sunt in-
firmi, et nimis ad tantum aedificium seu structuram valen-
tes: (Oportet enim ut gradatim in docendo et discendo pro-
gressum faciamus) ideo opuscula 4 edidit, in quibus
docet, unde incipiendum sit, discere volenti. nempe à
literis, tandem quomodo procedendum sit ut quisque intelli-
gere eadem legendo potest. et tandem sic iacto fun-
damento, ipsa structurae moles super imponenda (id est
Gram(matica) illa prius edita, discenda est.) Ostende mihi
quid simile, Homo criticus, Crisi carens. ergo
respondebo tibi ad tua quaecunque volens. Nomen tibi
non scribo. sed si volueris scribam: non enim vasium timi-
dus ut mihi à Te metuam; qui genuinam scribo veritatem
contra tuam meram falsitatem.
3tio Apparet Te (qui haec scripsisti) apprecatum, ab
illis quorum partes tenes. Qui lucri spem amiserunt
habendi ex illis suis libellis, ex quibus divenditis
vitam trahebant. Sed ex his etiam lucellum habere poteri-
runt, eosdem per varias Civitates et oppida ubi scholae sunt
distrahendo, et occasionem docendi et discendi illis dando,
qui scholis Parochialibus praesunt.

Haec scripsit M. Joannes Michalski S(acrae) T(heologiae) D(octor)
et Professor. S(ancti) Floriani Praepositus
Erant ista corrigenda et cultius
describenda
Raptim. mpp

M. Rochus Posnanien. S.T.D. c. 87.

In vita Heraclitus, in Statione Academica Chalcentherus Stagyrita, in Sacerdotio Petrus continuo lachrymans, plus aquarum fudit, quam crederes, plus laborum sustinuit quam vires terrae possent. Clauium coeli particeps, purum penus ab impuro secernens, ut totum gregem Mundum, ouili Xi induceret, Cataractas piis frontis saepius in imbres largissimos ~~resoluebat~~ destillabat. Poenitentium dolori quorum ro xas ex officio aure hauriebat, tantum semper indoluit, ut prior ipse lachrymas daret, imo suis effusis alienas prolicerit salu tares nimium exarescentibus animis thermas. Quamvis autem ipse suos oculos lacrymis vitiare videretur, minime tamen eos corrupit; imo lachrymis speculorum vice usus, ima et summa altius suspe xit; et quod maxime in vita deflendum esset (Peccatum scilicet) fuido suo docuit. Quadraginta annos continuos, Sorores S. Claræ ad Divi Andreæ Crac. verbo Christi et Sacra exomologesi expia: bat, per urbis templa quoties dabatur vehementissime infrela bat, per urbis templa quoties dabatur vehementissime increpa m invectus est, proflitoque utroque suo lumine populum ad funden: das similes aquas invitavit. Ne tempora Sodomis digna videre fora fulmina Dei vindicis in se provocarent. Inter assidua da cui muneris officia Cathedræ Theologicæ non defuit, quam semper Scriptis et doctissimis S. Scripturæ et SS. Patrum interpretatio: nibus adornavit. In extrema vitæ ~~periodo~~ aetate, deposito Heraclito Democritum in altera vita (Corpus in Ecclesia D. Andreæ tumulatus anima à Petro cuius clauiger et lacrymarum imitator fuit ad Regnum cuius ipse Ianitor esset admissus,) agere coepit. Nam ut in Corpore Spiritibus Coelo receptis familiaris et ab iis e sta hine sua evocatus eo abyt ubi illi ~~suo~~ soli semper perfruuntur sempiterno Haec enim de eius excessu e vita ab iis qui cum eo vixe: runt, ad nos usque dimanavit traditio. Antonium de Paparhai luce media multis coruscum sic fulgentibus radiis aliquot post annos quam ipse ex humanis abysset ad Rochum Posnaniensem venisse quam ingentia praemia paucis pro laboribus ~~praemia~~ à liberalissimo remuneratore bonorum omnium Deo recepisset, exposuisse, ad eaque capessenda ut se accingeret monuisse. Illum nihil mo ratum Codice Sacro quem legebat in mensa deposito, flexis in terra genibus Deo animam commendasse. Servulo qui sibi ab obsequiis fuerat haec omnia in atrio vidente audiente stupen: te ut demum prae timore fugiente Patribusque omnia fideliter re ferente, accurritur ad Cubiculum desideratissimi Confratris ab o mnibus. Facta dictis servati per omnia conformia inveniuntur. Fit Comploratio ad domum sepultum Haerebat in medio Cubiculi subnixum corpus genibus, palmis in modum Crucis ad pectus compositas oranti similem praesentabant. ut Scianus per Crucem ad lucem late patentem esse viam Professoribus

Excerpta ex Annal. de eo notata

+

Stanislaus Hosius S.R.E. Presb. Cardinalis
Varmien. Eps. Maior Pœnitentiarius. Archi Bas. in Acad. Crac.

Prælusit purpuræ et galero Stanislaij Mater eius, Vilnâ Cracoviam inter crepundia
vestes illi sacras et alia sacra vasa quæ in S.to Missæ Sacrificio usui est, puerulo
adhuc transmittendo, et ut sacris operaretur frequenter ac pro parentibus Deum
oraret monendo, contra quam hodie fieri amat, a matribus quæ pro nepoti
bus ex filijs suscipiendis potius, quam pro sacerdotibus vota suscipiunt. Traditus
adolescens institutioni Professorum Acad.ae Crac. duas nonnisi vias in urbe no:
verat, ad templum alteram, ad scholam alteram. Ornatus prima laurea
ex studio Phico. Pithagoræ symbolo quod natales de humero ferunt in adi
bus suis, arduam non declinare calcandam sibi virtutis viam fore integre
admonebatur, cui omnino per omne vitæ tempus institit, nec infeliciter ad
summum sapientiæ culmen pervenit. Doctrinæ Pietatem et Sanctimoniam
vitæ ita coniunxit, ut dubiam altera alteri palmam faceret. Rude do
natum Minervæ et sacerdotio ornatum Rex Sigismundus, non ex sangui
nis nobilitate, sed quod judicij gravitate, et singularis prudentiæ laude
summis Senatoribus æquaretur ministrum aulæ suæ, et in numero Se:
cretariorum esse voluit. Ad acre Hosij ingenium, tenacem memoriam Cor:
poris dotes egregias accedebat peritia linguæ Germanicæ sibi una cum
lingua vernacula naturalis quæ ipsum Regi ob usum eius qui tunc
maxime viguit in aula maximè commendabilem faciebat. Eius enim
opera, Mtas Regia in Legationibus Germanicis plerumque usa fuerat.
... Regia in Legationibus Germanicis ... Maximilianum Austriacos Impera
torem et ad Carolum V. Ferdinandum ... de se in ani
... nomine Regis Poloniæ Legatione functus est, camque de se in ani
mis dictorum Imperatorum summæ prudentiæ et dexteritatis opinionem
excitavit, ut et ipsimet tanquam Oratorem suum ad Legationes apud S.
Sedem Apostolicam adhiberent, ipsi deniq. Summi Pontifices Pius IV
et Pius V. in simili officio Hosium cum potestate supremi à latere
suo Legati ad Concilium Tridentinum quod etiam ipso præsidente felicis
sime finem cepit destinarent. Tantus ac talis vir de universa
Christianitate optimè meritus ad oblatum sibi purpureum a Pio IV P.M.
pileum quem alij ultrò ambiunt et prensant, erubuit. Ad supremi in Ecclesia
Romana Pœnitentiarij munus a Greg. XIII Papa invitatus exhorruit, et
an illud in se recipere deberet deliberandi spatium dari sibi impetra:
vit. Non quod quidquam oneris pro Deo et fide suscipere detrectaret,
qui nihil non pro Dei gloria sibi sustinendum esse statuisset, et coram oi ecclesia
martyrantium et ubicunq. id officij ratio, et incredibile, animas Christo lucri
faciendi desiderium requirebat sanguinem suum fundere paratus erat, et totus
quantus non sibi sed universis vivebat; sed quod regula Christianæ
modestiæ vires suas non aliena de se opinione metiens, tantum onus
illis collatum pro seipso cuperet, qui labis omnis ex nostrarum puri
alienorum peccatorum sub quibus terra dehiscit, onus sustinere valerent.
Congratulationibus de hac dignitatis accessione a Regibus Imperatoribus et Cardina
libus sibi factis, promissa debita grat. actione, et illis tamen suam innuebat et
ut non suis meritis aut alicui facultati sed judicio summi Pastoris et
et voci eius principis cui refragari sibi religio esset ad adscriberent
deprecabatur. Personam quamcunq. illi tandem imposita fuerant ex di
gnitate et Maiestate semper opitulante sibi divina gratia gessit, sine

Sacerdos ad aras Deum supplex pro populo placabat. Sive Legatus Vicarii Xi
personam et Regum causas orabat: Sive Pastor oves pascebat. Sive angelus Xi
Principes et plates tenebrarum depugnabat. Sive Senator Patriae consulebat. Ut cum
inter oēs in omnibus Orbis partibus Viros sapientissimus aequè ac probatissimus
de Constantia illius vox esset. Alius enim Ecclae columna, alius malleus Haereticorum
ornamentum Collegii Cardinalium, alius Polonus Patriarcha, alius Senex verè Abraham
alius Magnus Hosius, alius Praelatus probatissimus, alius Sui Augustinus, alius alter
Stanislaus, alius novus Bessarion, alius Melchisedechius Sacerdos, alius nunquam
laudatus Eclae defensor et custos Fidei vigilantissimus: alius Orbis miraculum, alius
Patris Romani Senatus ornamentum, Apostolicae Sedis propugnaculum. alius Xi athleta
fortissimus alius Phoenix Cardinalium, alius Curiae Romanae splendor. alius
bilis Haereticis adversarius: alius Synceras Pietatis Magister Dei interpres
hi manus quod in ipsorum operibus leges dicebatur, ita passim et publicè et
in bibliothecis et in[illegible] in circulis, et Magistris in Scholis et antistitibus in
et Praedicatoribus in Cathedris, et in variis locis, et in montibus eremitis et
orbe terrarum universo generi Christiano. Quo in cursu vitae suae
ac multiplicis magnae lampas ardens et lucens splendidè fulgentissimè,
metam vitae accedens deficiente corpore deficiebat. Nec enim de studiis
et literarum de Oratione et Meditatione divinorum, de scriptione interveniente negotiorum
neq de caeteris pietatis exercitiis quidquam remittebat. In ore continuus
symbolum observandis longis in jejuniis servando vetus Polonus. Summa abstinentia
[illegible] nisi ex medicinis et adipaliore mensa transigerit. Unde
[illegible] Stomachi debilitas secuta est et retentivae facultatis laxitas
in infirmitate Sacris operanti Sacerdoti hanc praxis gerebat nonnisi
cumque ut sella potius sedens Sacrum audiret monerentur. Concitatur quod
[illegible] illo visum est Ne me inquit faciatis delicatum. Sic par est me
et reverendum exhibere. Instante mortis die carissimo haereditatis facta
ne Benedixit familiae hanc prostratus et Deum pro salute Cardinalis deprecans
[illegible] supplicationum quas Epus Lubecensis (?) Clero et universo populo faciebat vox
esset et quid id fieret audiisset. Ne momento vivere cupio ultra quam
statuit nutui Dei. Suscepta S. Synaxi Sacra unctionis extremae Parvuli sum
Parvulus sum et non sum turbatus. Recitato officio B. V. et 136 Psalmo inquit
[illegible] fulcinde Virginis Sanctissimae intercessionem implorabat ut sibi
[illegible] cives et sempiterni temporis refrigerium patefaceret. In Lectione
[illegible] D. N. Jesu Xi commendationem sepius iterabat. In manus tuas. Domum in
et osculatis vulneribus Xi hora 9 die 5 Maii ad cives in Coelum migravit.

[illegible] in occasu tanti Viri summi Medii ac infimi Rei Xianae
no non inveniret nemo non affectus dolore in morte illius quem immortalem si fieri
fuisset oēs esse cupiebant. Quoad enim vixit Hosius innocentia vitae et doctrina
omnes fuit eminentissimus. Facta eius facta fuerunt viri Qui alius omnibus
qui aliorum norma et regula erat Qui singulis in actis id quod verum
spiciebat id nonnisi quod bonum erat sequebatur. Scripta eius plena
rarae cuiusdam et reconditae eruditionis. Nihil in Sanctis Patribus, nihil in
stris Theologis fuit quod huius Viri scientiam fugerit, quod in plerisque Theologis
Fidei patronis desideratur eloquentia hanc in Hosio talem reperias, ut cum
Stylo et pigmenta superflua Panegyristae rejecerit, maiestate Theologica
non sublimius incederet. In fontem Sapientiae ex quo hauserat
Cracoviensem Academiam fuit propensissimus. Et cum Rex Stephanus Sapientissimus
Collegium quoddam [illegible] instar Comeracensis Parisini in quo maximis
[illegible] ex orbe Xiano professores invitabat Oratorem M. Antonium Mureti
[illegible] Gregorium de Valentia Theologum
rellam [illegible] Pappium I.C.

tinguam Murum se pro Academia Regi opposuit. Ut potius antiquis Professoribus rea Stipendia certiora et lautiora provideret quam ut de novo aliquo erigendo Collegio cogitationem susciperet autor illi fuit. Studiosos Academiae Cracoviensis non alio nomine quam Martyres Xi in multis eius epistolis leges. Patres Societatis quod pietatem et literas simul profitentur suis in Poloniam Brunsbergam induxit; sed et plurimi indoluit quod Episcopus ex Saecularibus Concionatores ad se pertraxissent cum ille vellet ut ex Societate potius in Poloniam strenui Xi vineae cultores emitterentur de quo Solatur Cardinalem Franciscus Tor rensis Epistola 175 mihi pag. 331

B Thomas Treterus alumnus et domesticus descripsit vitam Stanislai Hosii transitum ex hac vita Cardinalis. Dixerunt et scripserunt multi alii etiam Thoulonico i: [illegible] quod cum in Germania degerem legi. Praedicabunt etiam et posteri. Nobis satis erit tacere quam frigide otium et facundia tanto oneri par. Elogium vitae brevissimum hercule laudando infra tanti viri dignitatem consistere. Inscriptio haec continet.

Tomus huius [illegible] de Treteri [illegible] opus de Episcopatu Varmiensi et Episcopis [illegible] vulgata Cracoviae A° 1685 per eius Nepotem fol. 114. — Rescius scripsit vitam Hosii.

D. O. M.

Stanislao Hosio Polono S.R.E. Card.

Varmiensi Epo Maiori Poenitentiario

Vitae Sanctitate, Eruditione et Eloquio Gloria Celeberrimo

Catholicae Fidei propugnatori acerrimo qui cum antiquis probitatis et [illegible] vigilantiae [illegible] expressisset. Haereticas Sectas [illegible] in humilitate caritate castitate beneficentia [illegible] Scriptis et consiliis sapientissimis ferventer oppugnasset, multos ab errore revocasset [illegible] Caroli V. et Ferdinandi Caesares [illegible] legationibus pro Pace Petri, cum apud [illegible] Pii IV Pon. M. [illegible] Romano felicissime perfunctus, [illegible] in S. Con. Trid. [illegible] Reip. [illegible] omnium virtutum laudibus et exemplis ad imitandum abundans obdormivit in Dño MDLXXIX aetatis suae 77. Scripsitque Magio S.J. [illegible] Saxonia quam laborent de reducenda Patria. Ep. 141. ut non minus laborent de reducenda ad fidem Xianam

Operum eius hic est elenchus Tomo I

Confessio Catholicae Fidei Christiana
Confutatio Prolegomenon Brentii
De expresso verbo Dei
Dialogus de Communione sub Utraque Specie
De Sacerdotum Coniugio
De Missa in Vulgari Lingua Celebranda

Iudicium et Censura de adoranda Trinitate
Orichovii Epla ad Cardinalem Hosium
Hosii ad eundem de aucto Romani Pontificis
Fabiani Quadrantini Lamentationes

Tomo II

De expresso Dei verbo
De Actis cum diversis Haereticis
Liber Epistolarum: sed sunt aliae plures non impressae
Examen seu Censura Confoederationis Haereticae
Altera Excussio eiusdem Confoederationis
Orationes funebres Sigismundi 1. etc.

Sermones Hosii Lingua Polona Latina et Germanica quos se servasse testatur in [illegible]
Multa Manuscripta habentur in Bibliotheca [illegible] in Arca [illegible]

Sarmatia et Latium immo tota Terra Quid sit
HOSIUS cognovit. Roma proinde sile!

M. Stanislaus Rescius Abbas Andreoviensis Regum Poloniae
ad Regnum Neapolis internuncius

Non sic a stirpe parentum, aut soli natalis genio; ut à consuetudine quibuscum [illegible]
boni pravique mores hominibus ingenerantur. Carthaginenses inquit Cicero fraudulen-
ti, mendaces, non genere aut natura, verum usu peregrinorum qui in eorum portus con-
fluebant, et cum exoticis mercibus vitia quoque astutam deferebant. Longe [illegible] hiscu-
his videre est etiam in bestiis quae alioqui natura ferae et immanes, [illegible] et
sylvis abditis manu tamen humana mansuescunt, cicurantur et omnem feritatem
deponunt. Tantam nimirum consuetudo vel ad immutandam naturam habet potestatem.
Quid ergo mirum si Rescius natura bonus pius docilis convictu et familia-
tate Hosii evasit melior doctior sanctior, ut plane suo Hero et archetypo [illegible]
non multum dissimilis. Prima aetate sua quae plerumque ab ingenuis studiis [illegible]
rum transmittitur Cracoviam è Posnaniensi dioecesi veniens, nactus est [illegible]
demia Praeceptores viros magnos, Nicolaum Sadecum, Bendovscium, Dobrosiel-
scium et alios, à quibus inter artes et Musas in omnibus disciplinis instituta
magnam de se multorum mentibus spem injecit, fore ut utilis Reip. et Ecclesiae Dei
evaderet si manum sibi aliquis ad altiora niteati porrigeret. Venerat [illegible]
forte Hosius Cardinalis ex Legatione Germanica Cracoviam. Benedictumque
à Cosmin S. T. Professorem quo familiarissime utebatur ad se invitari fecit
ex quo cum de statu Academiae et singulorum doctorum multa quaesivisset, [illegible]
postulavit ut cum se Summus Pontifex Romam pro Concilio congregando evocaret [illegible]
vocaret, unum et alterum aliquem è junioribus Academiae Magistris qui sibi à
studiis essent, habere posset. Non diu cogitavit Benedictus quos Cardinali [illegible]
taret. Primus occurrit Stanislaus Rescius alter Thomas Treterus ambo pares [illegible]
te florentes ingenio moribus compositissimi. Utrumque Cardinalis perarmanter in fa-
miliam suam recepit et perficienda apud se ipsorum studia longo feliciùs [illegible]
in Cathedra, praedixit.volebat Humilis plantula Rescius grandi Fidei Columnae Hosio [illegible]
pulchrè succrescebat. tabula rasa veritatis norma speciem capiebat. mollis
cera ad Ecclesiae formam effingebatur. processu juventae prudentior Cariorem observa-
bat verbo Divinum planè virum ac virtutis modum supergressum [illegible]
sibi demereri studebat et ad eius voluntatem quantum fieri poterat sese confor-
mabat. inde primus admissionis familiaris Cardinali factus est. et fere per
omne illud tempus Concilii Tridentini ad quod ex omnibus orbis partibus [illegible]
in Ecclesiae Dei concurrebant, praestantissimi quique theologi praeter antistites à principibus [illegible]
stianis mittebantur cum titulo Secretarii Cardinalis sui lateri adhaesit. Professo-
rem [illegible] vacua re nomina, aut inanes tantum titulos deferebat verum Sacerdoti-
um pingue in sua dioecesi Canonicatum Varmiensem Hosius contulit. Mox ad Henri-
cum Valesium Poloniae regem renunciatum, et illi nomine suo regnum gratulatum
et ipse in regis cognitionem veniret cum legatione misit. redeuntemque ex Gallia
Sigillatoris officio in Tribunali Sanctae Poenitentiae ornavit. [illegible] vero
vero commendatione Cardinalis a fortissimo omnique consensione laudatissimo Rege
Stephano Rescius ex Italia in Poloniam Româ in aulam fuit [illegible]
qua ille ministrum negotiosum non otiosum sane, tam in proprio munere [illegible]
in communi omnium officio egit. Regi Legi Veritati bonisque antiquis [illegible]
bus quod ab Hosio didicerat constantissimè adhaesit. Probi, prudentis, labo-
patientis aulici quis esse putavit omnia sua acta et consilia lege divina [illegible]
ratione status gubernare, Principi suo veri copiam facere, prompta ad omnes
Reip. necessitates consilia suppeditare, civium sociorumque negotia, bene praespecta
et intellecta ad aures Regias deferre, clarè ac distinctè proponere. [illegible]
rum silentii custodiam servare. Quoties manum se esse regis cogitabat
[illegible] [illegible] mandata in effectum dabat. Quoties [illegible] Regis loquebatur

totius rectius ipsa amussi, ad leges Latias, quas in pectore non in Libris gerebat
facta et dicta aliena exigebat. Nunquam desultoria voluntate nunq. quod in
se recepit deposuit. nunquam verbis usus est vitreis aut promissis fictilibus
nunquam quod aliis dictum veritatem in corde celavit, et nectar ac mella ex ore
propinavit. nunquam promptum in adulationem ingenium qua aures principis impleret
templum illi ob quodvis dictum et aras et sacerdotes decernens habuit. Verorum
fuit semper non laudensis aut placentiis esse maluit. Tempus rerum nun-
quam verborum magis vana sectando combussit verum in eos etiam sermone
utilitatem proximorum. curavit. Saepe cum iis qui acatholici audiunt de contro-
versis fidei Catholicae capitibus ut in libera Rep. fieri amat conferens, eos
non scommatibus sed argumentis convincentibus ad agnoscendam veritatem com-
pellebat. Quae res illi occasionem amplissimam scribendi de Atheismis et
Phalarismis Evangelicorum ut ipsemet in Epistola ad eum libri fatetur attu-
lit. Auctus a Rege Stephano Abbatia Andreoviensi Cisterciensium. Neapo-
lim nomine Annae Jagiellonis pro repetenda ea ducatu Barensi ea quod a
Bona Sfortia eidem locata est summa missus est. Eademque in causa a
Sigismundo III Rege Poloniae eodem missus diutius Neapoli haesit ibique
quod conscripserat De Atheismis et Phalarismis Evangelicorum opus prelo
expressum in lucem misit et Epistolarum familiarium Libros duos Reli-
qua opera alibi lucem aspexerunt ut Spongia seu defensio Orthodoxae fidei
Ministromachia Periphrasis 7 Psalmorum Poenitentialium Admonitio Polonica. Seu
nones de Sacerdotio Pia Progymnasmata. Tractatus de Maiestate Sedis A-
postolicae. Multo plura ab hoc praestanti ingenio expectanda erant opera
Neque enim fieri potuisset nihil illum praeclari aliquo tempore non potuisse
perficere qui in aula existens nullam horam sine fructu sibi elabi pas-
sus est: in quo uno abundabant omnia, Ingenium, vires doctrinaque judicium
doctrina vero tanta, quanta in eo reperiri poterat, qui aetatem omnem in linguarum
rerumque cum gravissimarum studiis summa cum contentione ac impenderat:
nisi morbus arthriticus seu potius Mors vitalis diutius ipsum in lumen
his extraxisset. Omnis enim laboribus si fuisset expeditus praeclaro suo
ingenio, omni genere doctrinae exornato quidquid egregii fuisset summa o-
nimium cum laude proposita quae habebat plurima perfecisset. Deo aliter
visum est Omnip. visit ne ibi combureret. Ubi purgavit ac ibi flammis pi-
aculantibus exegerunt Sanctam eius animam. Legationes nomine Regum
Poloniae obiit a Stephano ad Greg. XIII et Sixtum V. a Sigis. III ad Cle-
mentem VIII Remp. Venetam Ferdinandum Etruriae ducem, et ad Regnum Ne-
politanum Corporis habitudine non tam a natura quam ob incommodis aulae
contracta erat ut supra memoratum infirma. Literarum vero praestantia et
inculpabilis vitae integritate tanta ut in frequentissima Urbe Neapolitana
omnibus et singulis non tantum admirationi sed etiam venerationi fuerit.
In scriptis eius non tantum styli gravitas elegantia jocunditas et castissima
dictio verum etiam sententiarum copia et Theologicorum dogmatum multitudo mira
elucescit. Pietatem in Beatam alterum suum Cardinalem Hosium testatus est dum
eius fugientem iam jam spiritum hausit et in vitam magni Herdentalis
omnia eius viri sancti monumenta quorum plurima se nondum edidisse fatetur
in Epistola ad St. Stephanum regem, accepit in sua. eaque Acad. Crac.
consignavit. In Matrem suam Academiam et esse et videri voluit
semper gratus

Cum enim illi notissima esset Acad. et Professorum Paupertas, ferre non potuit quin aliquam illi et qualemcunque promptam in spe pecuniam non donaret. Literas Reapsti datas quas hic libet subscribere.

Magnifice Dne Rector Adm Rndi et Clarissimi Dni Doctores

Memor eius temporis quo apud vos in Alma Academia Crac. vixi, tum et beneficij, quod ineunti aetati meae, summi et commemorabiles viri, Praeceptores mei, in puram mentem meam, et corpora pura contulerunt Koribucziany, Sadecius Bendoscius Dobrzielsky, Gorscius, Joannes Leopolita, et alia quae tum florentis erant Academiae lumina. Visum est hoc tempore apud vos illorum successores gratitudinem profiteri, eo officij genere quo possum quoque licet. Dedi itaque in mandatis Gnoso Dno Stanislao Dembinsky et Clarissimis et Adm R.R. P.P. V.V. florenos quingentos offerat et donaret meo nomine. Quos vel in privatos Doctorum, vel Professorum maioris Collegij usus, distribuent, vel in publicas eiusdem domus utilitates convertent, prout vel loci, vel personarum rationibus expedire judicaverint melius in Domino. Signum hoc meae erga Academiam, et in bonas literas voluntatis, grato animo accipiant et in suis Sanctis Orationibus, et Sacrificijs Dominum orabunt, graves et iam nunc morbos premat, finis post suum sit; sed illud etiam magis, ut qui quam moriamur, moriantur in nobis vitia. Faciat qui vos fecit, ut quam diutissime et Recte Dei et patriae universae commodetis. Dat. Reapsti XI Calen. Juny 1598

Clus et AdRR.DD.VV. Addictissimus

Stanislaus Reszius Abbas Andreoviensis

Multo plura in votis habebat promovere in Academiam beneficentiae et observantiae suae monumenta si Aura tenuitas liberalem esse permisisset. Patet id ex verbis literis ad Socolovium Romae 6 January 1590 datis. Cuius haec sunt verba. Quod de Academia ais. Accepistine meas? quibus tibi nostrum desiderium aperui. Inde quo sim animo perspicies, quo scilicet in parentem esse debeo. Responsum a te expecto.

Stanislaus Sokolovius

M. Sandivogius S. T. D.

Ex Vngue leonem, Sandiuogium ex actione apud Regiam Maiestatem
et simul diuinae prouidentiae circa regem et Regnum Poloniae, Arado
nisy in regno plantatae fructum quisquis es mi lector admira
re. Verba Ioannis Longini ex libro XII suae Historiae hic adno
tavi, tu reliquum mensurae ulteriori inquisitione apud Acta Capitu
li Gnesnensis? (nam mihi ea adire non licuit.) vbi vi
tam finivit Sandalius noster, affatim explebis.
Sandivogius Theologus, Canonicus Gnesnen. Magister generalis
Study Cracoviensis alias Sandalius vel Sandek natione Polonus
nobilis genere de familia Curabitarum, rarus vir religionis et
deuotionis maximi vero amoris in Deum, cum Casimirum regem
et suum exercitum infeliciter ad Chojnice pugnasse cognouisset
assiduis aliquot noctibus cilicio indutus et pronus ad imaginem
passionis Christi quam secum Parisys detulerat, cadens in terram
singultibus et lachrymis profundis deprecabatur Deum, quatenus illi
reuelaret ob quam culpam Casimirum Regem Poloniae suamque gen
tem iustum bellum agentem, coram paucis hostibus corruere per
miserit. Vigilanti per noctem diuinitus reuelatum est. Ob enor
mia Regis scelera magis quam populi cladem illam accidisse
Consurgeret itaque et Regem Poloniae Casimirum coram adiret illi
facinora sua grauia quae sibi ad liquidum reuelata essent ex
probraret qui si ea poenitentia emendanda correxerit, repor
tationem rerum suarum ilico habiturus esset, sin secus regno
etiam exterminandum fore. Amictus itaque hispida stola, et pe
de discalceato in Brzescie venit Sandalius, et sub audien
tia Regis ac multitudine populi sermone in vulgari habito
in aurem Regem secutus, secretum dicendi audientiam omnibus
exclusis obtinuit in qua Rex ut se in pedes erigeret et inte
rim staret dum legationem diuinam sibi exponeret monuit
Ergo in silentio sic orsus Ego te inquit Dominus cum esses
natu minor et in omnium oculis paruus, ex paruo magnum
feci et primo in Ducem Lituaniae deinde in Poloniae Regem
erexi, de septiformi nece in caput tuum comparata liberaui
splendido coniugio ornaui Prussiae et Pomeraniae Principatibus
auxi hostium meorum colla subiugaui, gloriosum te orbi vniuer
so feci ultra omnes Poloniae reges te extuli. Tu tamen sceleribus
grauissimis me ad iracundiam prouocasti, flagella mea posuisti
in ludibrium nec in diem hanc voluisti conuerti ad pacem ca
stigantem. Longa deinde serie sigillatim secreta quaedam crimina
in oculis quae nemo alius praeter Deum scire poterat regi exposuit

certissimo denuntians nisi ab iis in posterum abstineret casurum in gravem ruinam, et secundum Dei ultionem nec ultra suum opus prosperari posse stirpemque suam quantumcunque multiplicatam multiplicandam occasuram.

Dum in Academia vixit Commentaria in Libros Ethicorum conscripsit eademque in bibliotheca loci quae inspexi reliquit

Amploque est deinde vitam Religiosam PP. Canonicorum Regularium S. Augustini huius Professionem ipse Religiosis incorporari a Rege licentiam. Dei vitam egenti D. Stanislai et aliorum SSorum Patronorum Poloniae Bohemiae Prussiae et Silesiae vitas quas in historia Lombardica [illegible] Dlugosch alias Longini C. C. adscripsit. Liber hic [illegible] Libri [illegible]

Clodama
Dissimi
Moravis
Joannes
ponere

Excellenti et Venerando [illegible] Dno Sarchingio de Czechel Artium et Philosophiae Magistro Monasterii et Domus Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Clodama Gresnensis Dioecesis Praeposito D. et Patri colendissimo

Joannes Longini Can. Cracoviensis Tuus, et qui [illegible] tecum militant Servorum Dei servus S. P.

Subierat diebus superioribus animum Venerande Pater illius frequenti et assidua pene meditatione, pectus decoquebat et ingentem scribendi ingerebat pruritum, ut in decus et gloriam Pontificis Sanctissimi Cracoviensis Stanislai Polonorum protomartyris aliquid literarum conscriberem. Id licet [illegible] per aetatem et ingenium, neque per tempestates tum publicas, tum privatas facere [illegible] tandem repugnantem animum, divina fretus miseratione, quae piis conatibus nunquam deesse invenit labori subegi: opusque vitam diserte et accurate, quam studiose domestica [illegible] edidi: Hominem Sanctorum virtutibus: cui aliquando Patria nostra, vel pro opere vel pro [illegible] vel pro vita vel martyrio plus deberet. Cuius tanta ac talis extabat virtus divina [illegible] ta solatia: ut molestias cuiuslibet asperioris fortunae, et excelsioris potentiae, pro [illegible] le Dei: pro religione orthodoxa: pro salute ac libertate populi Polonici despiceret: [illegible] talis zelum, in arduo tempore articulo monstraret inexpugnatam atque in fide et [illegible] gione conservaret. Quam sane rem non alienis auspiciis, non externis suffragiis sed Dei tantummodo praesidio, et suo martyrio confecit, vitam aut Sancti [illegible] bere non contentus, etiam prodigia ad invocationem sui nominis, postquam [illegible] ore damnatus est, gesta. Item et Canonisationis suae Bullas Apostolicas [illegible] rei: ut nunc cumulatius et tibi et legentibus elucesceret. Simul quoque rem dignam dicam, quae propter operis narrationem lucere mereatur. Et quamvis eius martyrium [illegible] tus multo maior sit, quam velamine describi, vel ingenio meo comprehendi possit: [illegible] tamen pro viribus ne quid a me omissum iri quod ad rem pertinere rebar con[illegible] Hoc quoque apud Te et quoslibet legentes [illegible] de S. nostro liceat, hominem ex [illegible] Polonicis [illegible] pro fide et justitia, hominem pro libertate et religione, etiam [illegible] et nostra memoria, fortius pugnasse. Hominem insuper in Sanctos extulisse, qui [illegible] merito a nostris linguis hominibus sit amplius colendus, magis amandus, magisque in [illegible] et admiratione habendus. Versanti autem mihi animo, et multum diuque [illegible] tione reputanti, cui nam libellum de vita S. editum et pulchrum plenum varietate [illegible] rum dedicarem. Ad Te. cuius apud regionis nostrae populos maximum est in doctrina et religione nomen. Ad Te jam pridem veterrimum Xi militem, quondam vero meum [illegible] liberalem: non tu et ingenio, et oris atque doctrina, ceterisque huiusce generis [illegible] gi [illegible]stantem animum verti. Tibi vero cum humanissimo, et optime de me [illegible] qualiscunque hic labor non ciendus erat, ut esset penes Te, perpetui nostri amoris [illegible] monumentum. Invenies enim in opere praesenti plurima et jucunda cognitu, et scitu [illegible] na. Tu Pierii vir spiritus, et sacra atque humana colens studia, et quem [illegible] ceterorum) jubar Polonicum appellare ausim: inter multos [illegible] animo [illegible] bas meo: quem quoque et in religionem meam, et in doctrinam, et in [illegible] vam cognomen observantissimum cupidissimumque esse cognovi. Non alienum [illegible] Te. praeter muneris gratiorem ratus; quod etsi de quo nunc agimus, [illegible]

propensiorem cultum exhibeas, et aliquid cum illo habeas cōe. Gestos quoq et Vitæ
illius æmulator existas, animo dudum innisceratis meo. quem religione et benevolentiâ
præoccupasti. Deniq familiaritate Tua hactenus quam mihi peperit tua dignatio. Fidei meæ, lu-
cubrationes meas, et labores nusquam firmiùs, quam in tuis amicis et oculis, quorum
te non tam primarium inspectorem esse volui, quam censorem. Tuoq patrocinio atq gravissi-
mo judicio, opus meum gratum vel infirmatum iri confido, depono. Hoc enim unum quam
maximè à Te exactum iri velim, ut libelli praesentis, quem vernula mei qualecunq
illud est Scaturivit ingenij, labor et asperitas, Tua limetur industria, imbuatur eloquentiâ
adornetur doctrina. Tum quoq primum alijs visendus et legendus exhibeatur: Tuoq fultus
favore, tum demum prodeat in publicum. Nam quod Tu probaveris, ab reliquis quoq com-
probatum iri, et ostij sufficientiam confido: nec quilibet reprehendet quod Tu comprobabis. Su-
scipe itaq, Vir Clarissime à me praesentem Scripturam, et libenter examina, tuas quoq
integritatis et doctrinæ correctiones et deletiones adhibens. His laboribus cum [illegible]
et quidquid illud sit, quod prudentiæ Tuæ Lynceos oculos offendat; aut aliud sit offen-
sum, lima Tuæ correctionis resecando, eloquentiaq Tuæ praestita, imperitiæ meæ errata
dissolve, Styli quoq deficientis supple defectum. Benigniores siquidem operi meum
habiturum autumo reprehensores, lectores et interpretes, si à Te illud cognoverint con-
firmatum. Tu sum siquidem dignitate seriò tuus vitæ S. n̄ri, à me diligentius compulo-
suratum. Tu sum siquidem dignitate [illegible] quam novum ferret ingenium, nobilius etiam
sensus investigata, plus aliquanto [illegible] quam meum sit onerativa. Proinde vivaci illo Tuo, ut sic dixerim sulphure, si quid
quam meum sit onerativa. Proinde vivaci illo Tuo, ut sic dixerim sulphure, si quid
incompletum si quid superfluum, si quid minus tersum, si quid tepidò aut remissè, à
serino et aberrante ingenio, gravitati repereris conveniens, et nova Tuæ Lucernæ, quod
squalidum fuerit demulce, aut si id expedire videris, penitus abrade. non mediocrem
mihi gratiam praestiteris, si errata mea facilimi venia correxeris, et quæ insipida et aren-
tia sunt, ubertate Tuæ eloquentiæ conduxeris in vinetum. Atq enim alio loco, alio
fiducia libellum praesentem humilitatis meæ, tenuissimo exaratum sensu Tibi dedico Tibi
adscribo, nisi quia illum non prius quam à Te limatum, tersum et censuratum, Tuoq judicio
comprobandum, alteris legendum atq publicandum reor, pluri judicium Tuum quam amicorum
ratiocinans. Et si forte vitiosi sermones aliquos offenderint, autore neglecto singuli Te
fecit deformitates et vicia in Te recidant Censorem

M. Thomas de Strzempino S.T. et I.V.D. et Professor
1432 Univ[ersita]tis Rector

Ano 1460 22 7bris in Castro suo Ilza tanquam Ep[iscop]us Crac[oviensis] et Dux Severiae mortuus ultima vita
in Eccl[esi]a Cracoviensi prope hostium Sacristiae sepultus est. Ab ipsis incunabulis, inter
Academiae spatia educatus, totum se humanitatis studijs dederat primum, postea
etiam Sublimioribus ~~studijs~~ in quibus summopere, potissimum Theologia excelluit.
per gradus ipse ad illius fastigium evectus, Sceptra Universitatis sapientissime
gubernavit, et votis omnium ex Academia in Primatem regni et Archiepisco
patum vacante tum sede post mortem Vladislai de Oporow posceretur, nisi
tum Rex Casimirus sui electionem impedivisset, et diu ipsum Sedi Cracoviensi reservasset,
quam cum morte Sbignei vacasset, judicio ipsiusmet Regis, et omnium regni Procerum
unus et solus in Clero dignus judicatus est, qui Cardinalis Sbignei locum occupa
ret, cum amore, zelo, sapientia, et prudentia proxime ad illum accessisset. Aegre
dimisit Spartham Academicam, fluctibus se obijciendum Reip[ublicae] maximis praesciens.
Duo omina infausta eius electioni intercesserant, Primum quidem, Campanae Sbi
gnei ad levem motum casus, et ruptura ipso die electionis; alterum, Sequenti
die exortum incendium in Castrensi platea, quod vento agitante 4 ordes sacras,
nempe SS. Petri et Pauli, D. Andreae, Martini, et Magdalenae. Collegium insuper nobilissi
mum D.D. Jc. et Medicorum, item Mgri Nicolai Spicimir et aliorum Canonicorum domos incine
ravit, pluresque mortales absumpsit. Quae praesensionem Ecclesiasticis futuram a sapientibus
credebantur secuturae prout revera secutae sunt, Nam cum aerarium bello Prutenico deesset,
ad thesaurum Ecclesiae Rex et proceres, Vladislao Archiepiscopo Gnesnensi Andrea Posnaniensi
ceterisque Ep[iscop]is consentientibus, admoverunt temerarias manus, reclamante Thoma. In deterius
aut vergente fortuna regis, cum Res pessime valeret publica, iamque de illa a nonnullis
conclamatum esset, nec n[on] in prudentia aut industria regis quidquam spei erat eius
neglectu in deteriusque omnibus labentibus, Thomas opportunum tempus alloqui Regem nactus
Bidum praesentium malorum causam, superbiam, avaritiam, oppressionem Cleri
et pauperum ob oculos Suae Mti posuit, suadebat emendationem morum et
ante supremum Numen demississimam sui abiectionem, Sed ut erat Vir
prudens Regnorum Bohemiae et Hungariae acceptatione renovata in mentem, dissi
dentem fore terras Prussiae retentae subiectionem, nisi maior cura diligentia acce
deret, argumentabatur; non quod iniustam eius usurpationem censeret, Nam Thomas
unus in Conventu Procerum et Cruciferorum Prussiae, Scripto publico edito doctissima
omnes Cruciferorum partis iurium et pretensionum allegationes, ex Canonibus et legibus
jureque divino nat[urali] et humano confutavit, Regem ac regnum Poloniae justum bellum
movisse et movere cruciferis monstravit, Prussiae incolarum animos vacillantes
confirmavit, sanavit aliquos, pertinacibus ipsisque pertinacibus digno et commendato
nibus oculos in fletibus resolvit. Dum Rex in pignus Ecclesiae Crac[oviensis] thesauri pe
teret, obsidem se et Capitulum in 6000 aureorum, ne vasa Sacra contingerentur
dedit. Suppellectile aurea et infula pretiosissima Sacrarium Crac[oviense] ditavit, mensae
Capitulari Posnaniensi Lowiciensi 1000 Censu auxit. Theologicos Libros Ecclesiae Gnesnensi Posna
niensi Lowiciensi addidit. Canonicales Universitati donavit. ad
Uniejoviensem et Lowiciensem ...
domum DD. J.C. Cum Fratre suo Joanne singularem ferens affectum eam
duobus Professoribus fundatis numerosiorem reddidit. Nihil in vita se
stultius egisse dicens quam quod Episcopatum suscepisset Dlugossi testi
monio Vir erat magnae devotionis et religiosus in quo memoria na
turalis tanta erat tenacitas ut quod semel in pectus eius commendata deferen
derant ea ex promptu dum vellet depromeret. Quapropter Sacra Biblia
meliu comprehensa cursu velocissimo ita ut nullo unquam tempore in eis
teria falleret reddebat Castro Ilza in portu ... Dum ville Staline lite
ris discendis et docendis impenderet

M. Thomas Swinarski J. V. D. et Professor

Recte et sapienter inquit Joannes Cyrzski. Magno igitur et ampio hic
animo opus est, qui immensas curas contemnat, aspera odia molestiarum non sentiat, solicitudines
insperatas, et improvisas prudentia, iudicioq; comminuat: rigidos Labores patientia, Vigilias consue-
tudine, lucubrationes assiduitate coquat, et emolliat. Hanc indolem et animi fortitudinem, toto
Vitae cursu servauit, et ad extremam senectutem perduxit, Clariss. Doctor Swinarscius: qui
Labores patientia, praeclaras in studiis contentiones prudentia, Professionem vero suam in Vtroq;
Iure non solum diligentia et assiduitate, sed etiam integerrima boni nominis fama, mirabiliq;
Scientiarum omnium cognitione firmauit et illustrauit. Cum enim indole et ardore quodam
animi, ad literas ab optima Parente natura esset propensissimus, statim ab illa aetate, qua
bonis artibus ad humanitatem informari solet, celeriter omnibus ingenii gloria antecelluit; cum
Teneram tenerae aetati custodem omnium Virtutum Verecundiam, Verecundiae modestiam, modestiae
obedientiam, obedientiae in studiis diligentiam, et assiduitatem, assiduitati feruentissimam in Deum
pietatem erga Praeceptores vero obseruantiam, ac Venerationem admixisset: atq; hisce Virtu-
tibus fauile apud aequales amorem, apud superiores honorem, apud inferiores imitationem,
apud Praeceptores promptam charitatem, deniq; apud Illustriss. Stanislaum Karnkowski
Archiepisc. Gnesnen. Maecenatem suum fauentissimum summam gratiam, et eximiam bene-
dictionem consecutus est. His studiis munitus, in flexu maturioris aetatis Laureas Academi-
cas prius fere decerpsit, quam pensauit; et ante publica inuenit, quam quaesiuit ornamenta,
quod admirabilis ipsius eruditionis, et ingenii certissimum fuit argumentum. Iam vero post-
quam è minori Professorum Collegio, ad Consultissimorum Virorum Areopagum, euocatus
esset; Deus bone! quanta subinde monumenta Virtutibus prioribus adiecit! quantos studio-
rum ubi ex Philosophiae Vmbraculis, in lucem Themidis emersisset, huic ipsi Nobilissimae Faculta-
ti comparandae impendit! Adiciebat enim illius feruori ingenii, peraces stimulos, nobilissi-
mus Lectissimae Iuuentutis confluxus; sentiebat se in dies, et probari magis, et amari: nec
vero amori cedere, neq; communi approbationi minus satisfacere, in animum firmiter induxit
suum: cognoscebat quantum illum esset, in ea facultate momenti et emolumenti, quae impri-
mis in terris Diuinam colit Iustitiam, salutarem promouet aequitatem communem Ciuium
tuetur libertatem; regit Vrbes interpretatur Leges, optima excitat Iura abusu obsoleta, prauos
mores coërcet comprimit nocentes, erigit afflictos, protegit calamitosos fert opem supplicibus
retinet homines deniq; liberos, et innocentes in Ciuitate. Quapropter huic Clarissimae Facul-
tati totum se addixit et consecrauit; omnes anteactae Vitae labores, ingenium, doctrinam, lucubra-
tiones, contentionesq; omnes, ad huius Vnius facultatis praestantissimae Laudem, et commendationem
incrementum, et ornamentum conuertit, et adiunxit; Vt non immerito, breui temporis spatio, Doctissi-
morum Virorum consensu qui aliquid de ingeniis verè serioq; iudicare possunt velut quod-
dam naturae miraculum, quod in omnibus Artibus et Scientiis excelluisset fuerit appellatus.
Magnum quiddam Videor dicere V. A. sed attendite etiam quemadmodum dicam. Non
enim Verbi, neq; [illegible] causa augendi complector singula, cum dico optimum hunc Doctorem
in omnibus doctrinis et disciplinis humanae conditionis ingenium suo ingenio superasse,
Veritatis meae [illegible] et candoris maiorem quam exaggerationis rationem habere.

igitur etiam planius. Nihil in humanioribus disciplinis, ne in Mathematicis quidem, nihil in Philosophicis studiis, ne in Medicina quidem, nihil in morum doctrina ne in Politia quidem, denique nihil in omni altiore ac reconditiore Scientia, neque profani neque sacri fuisse, quod hic laboriosissimus et ingeniosissimus Doctor non oculis animoque hauserit, assiduitate penetrarit, contentione superarit, ac deinceps, Ut sic loquar, ingenio concoxerit, et in succum sanguinemque purissimum suae redegerit Facultatis. Quicquid ex Veteribus optimisque Poëtis ingeniosum, et Venustum, quicquid suavitate sermonis tinctum et imbutum; quicquid Verbis sublime, elatum spiritu, affectibus potens et vehemens eruditione recondita Varium; quicquid denique ex recentioribus scriptoribus felici imitatione deductum et absolutum, eloquio facundum, vario elaboratum legisset, sive id Sophocleo cothurno sive Pindari impetu, sive Maronis felicitate, sive Flacci Varietate, sive Nasonis facilitate sive Tibulli lenitate, sive Senecae elegantia atque gravitate, sive Persij rigore, sive Iuvenalis severitate expressum esset, id omne, scilicet doctissimus gravissimus Scrutator eruditionis notabat, premebat, approbabat, et in usum Clarissimae suae Iurisprudentiae vertebat, deducebat. Quid Hystoria (quae teste Principe Romanae Eloquentiae M. Tullio testis est temporum, Lux Veritatis, Vita memoriae, Magistra Vitae, nuntia Vetustatis) quantam huic Viro supellectilem, quam uberem suppeditavit materiam eruditionis? quantam rerum gestarum Varietatem, quam mirabiles periculorum eventus, quantam exemplorum Vim, sententiarum gravitatem, quam denique rerum agendarum subministravit in publica privataque Vita rationem? Illa, illa superioris omnis aetas temporis ingenii bonitate memoriae robore atque firmitate, laborum assiduitate, et industria propagata effudit, alvit, fovit eruditione multiplici divini Senis nostri senectutem venerandam. Ex his fontibus, hausit illam Scientiarum Reginam Eloquentiam cuius acroama saepe senex illud Aeneae Silvii e gnomologia ingeminabat. Magna res est facundia; nihilque est quod tam regat Orbem hunc Universum quam eloquentia: quoniam quicquid in Rep. agimus verbis persuasi agimus; illiusque Unius in populo, regnat, Vincit, triumphat sententia qui melius, et acutius persuadere novit. Quam Vero ipse facundus, et disertus fuerit, publicis illius Orationibus luculenter comprobatum est. Gravis fuit Verbis, plenus ornatissimis sententiis comprehensione rerum multus omni denique genere rerum, et splendore Verborum facilis, et admirandus. Enimvero tanta Viri eruditio non potuit angustiis hisce cancellis contineri, sed amplissimis sibi quaesivit et invenit domicilium sive probatae amicitiae, sive honoris et gloriae. Quis illis temporibus clarioribus in Rep. Viris iucundior? quis doctoribus coniunctior? quis Civis meliorum partium, aut fuit, aut esse debuit? qui medullam pietatis a Reshoneo maturitatem iudicii, a Scrobconicio, benignitatem, a Dobrociescio morum gravitatem et prudentiam, a Bathkonio, amoenitatem animi a Foxio auctoritatem, a Gorinio, subtilitatem denique et ingenium in causis decidendis, a Hieronymo Gorecio Praeceptore suo faventissimo, et optimo (qui ut est in Sarcophago scriptum, Oraculum Lechiae, in exteris nationibus est appellatus) candorem vero ab omnibus quibuscum vixerat familiariter et intime delibavit. Nec enim has dotes non delibare potuit, qui omnium constans et egregius Virtutum fuit imitator. Hinc abundabat illa morum suavitate, qua et doctissimos Viros in familiaritatem suam adstrinxit et ipse illorum commendatione, et favore fructum est amplissimum consecutus. Quanquam in exteras Regiones videndi causa adivisset Lauream tamen in Veroque Iure, non nisi ab Academico Senatu promeruit, et obtinuit. Illumque supremum Doctoratus honorem, in Circulo Cracovien. ad aedes Deiparae Virginis in summo confluxu hominum nobilissimorum a Praeceptore suo per quam serena

die recepit, cum plurimæ pluuiosæ squallidæq; dies præcessissent: credo Vt recens renuntiato
ctori pleno Vultu cœlum ipsum fauisse et arrisisse Videretur. Hic ego quanquam plura
consulto prætercam (quis enim enumerauerit singula tanti Doctoris merita, maximeq; lau
illam tamen Illustrium in Ecclesia Dei Virorum singularem gratiam, quâ plurimum Valuit
mittere non possum. Hunc in primis Perillust. et Adm. Rnd. olim Zirzinski Can. et in Spir
alibus Officialis Cracouien. iudicio perspicacissimus, auctoritate grauissimus, Academ
addictiss. cum probe nosset Viri, Vitæ probitatem, eruditionis dignitatem, et animi robur in
etum, participem in iudiciis sociumq; laborum, elegit, et adiunxit sibi. Quo quidem in mu
Thomas Swinarski, hominibus afflictis et innocentibus non timidus fuit, sed benignus
supplicibus non inexorabilis, sed placidus, et humanus; in sententia dicenda, non gra
neq; præcox, sed prudens et maturus, in componendis animis discordibus non pertinax, sed
pacificus et amœnus arbiter; tantum Vero abest amicorum Vt ne inimicorum quidem s
sator impetuosus aut Verbis plagiarius Vnquam cuiquam hospes apparuit. Quorum cani
sit suspectam illorum insolentiam non tam legum seueritate premebat ad Vnditum, quam
nimi lenitate, et flexanima eloquentiâ tanquam alter Hercules, aureis catenulis ad bonam
mentem reuocabat. Neq; enim hic noster Ser. Sulpicius magis Iurisconsultus fuit q
Iustitiæ Sacerdos. Itaq; quo se cunq; contulisset, habuit Vbiq; suæ Virtutis admiratores
rissimos, atq; adeo ipsos Principes, qui tum doctrina, honoribus, auctoritate in Rep. plurimum
Valuerunt. Quantus Vero Vel ipse boni Academici Vindex fuerit, Vel qua felicitate Magna
rum Principum (quorum non nemini operam impendisset suam) gratiam et beneuolentiam
alliauerit, retinueritq; Vnicum è multis comprobabit exemplum. Inuitatus erat seruen
sime ab Illustriss. Comite a Rozdrazow, Episcopo Wladislauien. noster Swinarski, Vt
grauissimas quasdam inter amicos dirimeret discordias, paruit, properauit, Venit; propo
situm interea proponitur negotium contendunt Amici, feruent subsellia, fremunt cau
dici, nullæ cohærent iudicum sententiæ: at Arbiter noster, qui prompte in mento non
Volumine in iudicio expedito, non in Codice Vasto, habuit legis cuiusq; rationes disquirendas
Vt simul loqui cœpit, totam illam dissertationem tanta promptitudine et felicitate me
moriæ complexus est, Vt et acumen ingenii in rebus dubiis perspiciendis, et pruden
am in discutiendis et auctoritatem atq; fidem in animis componendis non sine pa
tis Vtriusq;, et omnium qui præsentes aderant assensu luculentissime comproba
uit. Inclaruit inter illos hospites amplissimos nomen Academici Viri tanta pru
dentiâ, sed magis inclaruit magnanimi Virtute Mæcenatis. Certabat tum huma
tas, cum submissione animi, cum gratitudine hospitalitas, cum tanta dexteritate
rerum difficilium concordia, liberalitas et magnificentia certabat. Quid enim fecit
humanissimus? Non solum hospitem gratissimum, beneficio maximo dotatum
sit, sed inclyto etiam Collegio Iurisperitorum suum pignus porrexit; mensam
Professorum communem mille flor. auctiorem fecit. At Vero hoc pietatis opu
munificentissimus Frater (erat enim eo tempore præsens) Illustriss. Ioannes

Suffra

Suffraganeus Vladislavien. Episcopus Margariten. Sulphurea quadam mente concepit, et perficit.
Qui ut Posnaniam venit Collegium Lubransciarum iniuria temporum afflictum, et per inopi-
am extremamque ruinam fatiscens XXV. millibus erexit, atque restauravit. dotem vero Profes-
soribus super bonis haereditariis monstravit et inscripsit. Quem Illustrissimum Comitem Rozdra-
zevium etiam Maecenatem agnoscunt, persancta Familiae D. Dominici Religiosiss. PP. non minus
candore quam amore Viri Academici: quorum è numero Chrysologus Polonus, Abrahamus Bzo-
vius in propagine S. Hyacinthi, Thaumaturgi Poloni, honorificam hisce verbis fecit mentionem:
Conventus Posnanien. S. Dominici munificentia Illustriss. et Reverendiss. DD. Ioannis Comitis
à Rozdrazow, Episcopi Margariten. et Suffraganei Vladislavien. (quos ille honores quoties
ergo tam ablicauit.) recreatus quoque Studio literario, trium que lectorum provisione censu an-
nuo dotatus, Icona B. Hyacinthi, apud quam miranda miraculorum opifex in dies, pro de-
votione populi operatur, nec non Sanctissimi Rozarii cultu insignis. Cuius hic ego primo
demirabor indolem et virtutem? an Magni Praesulis an Doctoris Swinarscii tantam in-
genii iudiciique bonitatem! an Magni Praesulis tam piam facilitatem? an Maecenatis exi-
miam magnanimitatem! an insuper omnium divinam quandam felicitatem, atque sortem? quod
unum in locum, eodem illo puncto temporis, alterius negotii gratia, futuri eventus inscii con-
fluxerint? Vivitis iam (credo equidem) Fratres integerrimi, in illa Patria, ubi beati sempi-
terno aevo fruuntur: et consortio simillimarum sui mentium, incredibilem in modum oblectantur:
Sed magna vestri pars, nobiscum in terris victura etiam permanebit: neque illa tam ingrata
futura est posteritas, quae de vestra beneficentia, vestris laudibus, et virtutibus eximiis
conticescat. Praedicabit utriusque Antistitis propensissimam erga Academiam pietatem,
gratissimis animis spontaneam recognoscet liberalitatem, vitae innocentiam, animi submissio-
nem, candorem prudentiam sanctitatem, caeterasque virtutes vestras, in in aes incisas, sed in-
timis mentibus insculptas, aeternum retinebit. Immortalis equidem florebit et vigebit vestra
memoria inter illos liberalissimos munificentissimosque literatorum virorum Patronos, ac
Maecenates; Ptolomaeos, Constantinos, Gratianos, Carolos, Theodosios, Alphonsos, et nostra-
tes Sarmaticos Casimiros, Iagellones, Lubranscios, Zamoscios, Radivillos, quos ob ere-
ctas Academias iustis encomiis per infinitas saeculorum myriades, orbis celebrabit universus.
Tantus autem erat V. A. contemptor opum, et contemptor honorum Illustriss. Comes Ioan-
nes Rozdrazevius ut pro modestia animi, se simplicem Sacerdotem et nominari
voluerit et haberi. Unde eos quoque quibus erat insignis honores sponte deposuit, ut sub
umbraculis Academiae et amoenissimis Musarum viridariis vitam securam animi tran-
quillitate et pietate redundantem viveret. Neque tamen haec animi submissio magna-
nimitatem illius depressit, neque vitae privatae cultura heroicam indolem hebetavit.
Ut enim (ait disertiss. Episcopus Siluensis) superbia nascatur ex animo abiecto et
in terram demerso, ita humilitas ortum habet ab animo magno, nihil, quod quidem
non sit divinis et aeternis opibus exaggeratum magnum et excelsum iudicante. Nihil

est enim in rebus humanis quantumuis insigni specie dignitatis excultum, quod non facile
animi generosi contemnant, et infra se positum eſſe ducant: nullis facultatibus, nullis or-
namentis, humana industriâ et studio paratis contenti eſſe poſſunt: ipsam deniq gloriam
a Virtute vera profectam, quæ hominum commemoratione viget, non aspernantur illi
quidem, cum se ad Virtutem natos, et gloriam eſſe comitem Virtutis intelligant, sed certe
nescio quo modo, multo maiora sibi proponentes quotidie magis despiciunt. Nam omnia
a quantumuis magna et excelsa, exigua putanda sunt, cum est aliquid amplius et
magnificentius. Licet igitur ad omnes homines, qui Vbiq sunt, quacunq in ora atq
parte terrarum eorum fama permanere poſſit: nihil tamen quod quidem sit terræ
spatiis inclusum, illis magnum eſſe potest qui cœli etiam complexum angustiſſimum
putant. Neq poſſunt illo modo omnibus huius vitæ bonis satiari, qui semper
immensas opes et infinitas desiderent. Nihil enim optant ardentius, quam hu-
manis opibus spoliari, Vt diuinis complectantur. Illius autem gloriæ cupiditate
incensi rapiuntur, quæ non peruulgato Virtutis splendore, aut prædicatione hominum
continetur: sed quam diuinæ lucis claritas efferet, quam cœlestis dignitas exultabit quæ
Vigebit memoria sæculorum omnium: de cuius amplitudine, nunquam æternitas ipsa
conticescet. Hæc de magnanima animi submiſſione Heroicaq Virtute Hyeroni-
mus Osorius, grauiſſimè prudentiſſimeq ratiocinatur: quam simplicitate, indoleq bona
generosâ Illustriſs. Comes Ioannes Rozdrazewski complexus est. Et fuit
hoc quidem beneficium, quod fauentiſſimus Mæcenas in Academica Colonia desig[illegible]-
vat, egregiæ ipsius Voluntatis, et candoris: quod autem renuntiauerit omnibus, quos
sua Virtus et perillustre genus meruerat honoribus, singularis et intimæ pietatis:
quod insuper exemplo Illustriſs. Fratris incitatus perfecerat, mirabilis cuiusdam feli-
citatis fuit argumentum. Id enim frequentiſſime Doctor hic clariſſimus prædicare
solebat; in multis quidem negotiis luculentiſſime se diuinam expertum fuiſſe [illegible]
tiam, sed in nullo tamen clariorem, quam in eo quod tum cum Illustriſs. Comitibus
Rozdrazeuiis habuiſſet. Gloriosum itaq fuit, Virum insigni industria, gratia
auctoritate, apud nobiliſſimos Patriæ Cives Valuiſſe; Verum et illud per quam
nonficum Iurisperitia, oris facundia, candore, fide, in Lycæo eminere. Stupui-
mus qui audiuimus (audiuimus autem propter Lectiſſimam nobilitatem summo sem-
per desiderio frequentiſſimi Profeſſores) hunc Academicum Periclem sua Verba to-
nantem et ex antiquitatis monumentis, tanquam è gazophilacio, maximis thesauris
refertiſſimo Variæ eruditionis nobiliſſimos Vniones depromentem, suaq quam
quotidie nouam parabat diſſertationi, aptiſſimè et diſertiſſime applicantem.
Quanquam Vero in eo sene munera naturæ omnia fuerant admiranda, nos ta-
men inprimis diuinam memoriam quâ excelluit maximè, non potuimus in illo
non

non mirari vehementer: cum sive legum infinitam supellectilem, sive testimoniorum autho-
ritates, sive vim et significationem Iurium, quasi inter se pugnantium proponeret, consulu-
retq; sive cum sententiarum varietatem, exemplorum dignitatem, temporum momenta, et
vicissitudines, Imperatorum, Regum, Principum, ordinem, tanta fide, tanta facilitate, et alacri-
tate ex mente promeret, ut quisquis hunc sapientem ac prope caecutientem ignoraret Pro-
fessorem, non ex memoria ore diserto dictantem sed celeri oculo ex libro legentem affir-
masset. Porro Iudicium (quod raro admodum ad tantam felicitatem memoriae accedit)
quam solers, quam acre, quam in singulis difficultatibus componendis expeditum, semperq;
praesens habuerit, non meo testimonio, sed pridem virorum sapientissimorum communi
consensu et auctoritate comprobatum est. Caruit extrema fere aetate laboriosissimus senex,
beneficio oculorum, sed boni et perspicacis lumine iudicii non caruit. Interea idem illi
erat vigor animi, eadem vis ingenii, non dispar iudicii bonitas, studiorum ordo, lucubratio, la-
bores, vigiliae, caeteraq; exercitia, superioris aetatis usu confirmata, ne in hac quidem cala-
mitate neglecta vel intermissa fuere. Duos fovebat amanuenses, ac lectores, humaniori-
bus bene literis instructos, quorum opera alternis vicibus utebatur, sive dictaret ipse ali-
quid, sive legendum praeciperet sibi. Tanta autem intentione et alacritate animi legen-
tium voces hauriebat. Ut sine cunctatione integerrimos sensus audientibus recitaret.
Sic beneficio literarum curas imminentes leniebat Magistratus ocia studia seni pertractabat,
quae diligentissimum et optimum concernunt Professorem. Suspicit Nicephorus in
Theodoro Metochita, Andronici Senioris Constantinopolis Magno Logotheta, insignem
in summis laboribus aulicis diligentiam, et in animo eruditionem, atq; in ea verba pro-
rumpit: Si quid ex eo sive novum, sive antiquum quaereres, ita recensebat quasi ex libro
recitaret; quare in eius colloquio, parum aut nihil opus erat libris. Erat enim viva bibli-
otheca, et eorum quae scire velles oraculum. Iam quod vel maxime mireris, cum tanta moles
negotiorum et curarum illi incumberet, nihil unquam fuit, quod eum à lectione librorum revocaret:
sed ea dexteritate in utrisq; versabatur, ut ab ortu solis ad vesperam in palatio Remp. admini-
straret tanta diligentia, tantoq; studio, quasi aliterius prorsus alienus esset: sero inde abiens
adeo totus in literis erat, quasi studiosus ess et literarum, neq; cum Resp. negoti quicquam ha-
beret. Quam pulchra et elegans est haec viri civilis et literati commendatio! quam ad
facilitatem familiarem et simul admirationem comparata! Sed non ita tamen, illi civi propria,
ut nostro minus sit seni communis. Quanquam enim noster senex, hac in aetate et calami-
tate constitutus, forensi publicaq; luce caruit, intraq; privatos parietes, aluit eam glo-
riam, quam in aula Logotheta consecutus est: nullum tamen a pristino suo instituto
divortium fecit, nec a Musis suavissimis quae ut iuvenem aluerunt, virum recrearunt,
ita senem ad extremum usq; spiritum refecerant. Scenem quam ex aetatis onere senuni-
tatem non sperabat, in humanitate Collegarum invenit: quibus nihil libentius quam
ocium suum consecrabat. Nec in moribus quicquam unquam mutavit; nec minus sermonis

suavitate, et blando quodam sonoroq; lepore, quam animi amœnitate candorem temperavit; qui
senili gravitate et auctoritate minime vel molesta, vel morosa Profeſſorum studia et ingenia
dum vitæ comes eſſet, destinaverat oblectare. Implebatur sæpiſſime ipsius domus non in-
fortuno litigantium grege, sed liberalium Literarum Candidatis: quos admittebat omnes,
sine fastu, sine supercilio, non in ædes tantum suas, sed in animum etiam liberalem. Ni-
hil celabat, nihil simulabat, nihil suspicabatur: ne vel occultatione veritatem, vel si-
mulatione candorem, vel suspicione innocentiam offendere videretur. Omnia bona et labori-
osa ingenia, magis noverat intime quam extime videbat: omnium profectu gaudebat, omnium
lucubrationes penetrabat, sciebat, impetus animi et sensus dilucide explicatos, apte locis
positas sententias, verborum splendorem, orationis puritatem, copiam, dignitatem et in
aliis probabat, et se mirum in modum exhilarari hisce singulis affirmabat. In tanta
autem ad se venientium multitudine Profeſſorum, de singulis bene loquebatur, de omni-
bus bene sentiebat, quod est clariſſimum optimæ indolis argumentum. Nemo enim de
omnibus egregie sentire, nemo de singulis vere loqui potest, quam qui natura optimus
est, et ingenio innocens. Hac animi firmitate multos in statione Academica retinu-
it ac servavit fluctuantes, multos erexit languidos, depreſſos et afflictos consolatus est.
Quos autem frugi audiebat, et ob iniquam fortunam alio avocari sentiebat, eos non consi-
lio tantum, sed etiam munificentia ab importuno proposito avocabat. Quo tandem (di-
cere non nemini solebat) pergis? quid tam cito fontem virtutis et eruditionis a te non
coronatum relinquis? nondum maturuisti, ut te Resp. vel Ecclesia, suum commodum labo-
ribus agnoscat. Alibi proficere gloriose vis, hîc tibi primo in officina sudandum est.
Si neceſſitas premit? neceſſitatem sustine: grandis urget egestas? proba patientiam:
pungunt obtrectatores? Vir esto; ac ne cede malis, sed contra audentior ito. Alieno
nemo securusq; crevit unquam incommodo. Quod si socordia notabilis obiicitur? tuum
hoc vitium est, ac non nisi per te expiandum. Corrige te et erige; dic tibi qui sis. Unus-
quisq; pro virili spartam ornare, quam nactus est tenetur. Habuit quoq; nævum ille vi-
um, sed abrasit judicio, alter expunxit ignaviam, aſſiduitate: hic labore et constantia
industriam temperavit. Non subito sunt ingenia, quæ non penitus maturuerint, tan-
quam abortivus fœtus proiicienda, multis ætatis beneficium dabit medicinam: multis
nonnunquam ignoscendum, multis salutare consilium prudenter propinandum est. Multis
annis dolandum, et dedolandum est ingenium quod maturitatem sapiet liberalem. Qui
nimis elicit sanguinem Medicus, enecat potius parentibus, quam educit fœtum. Quanquam
qui maturo præditi sunt judicio viri, nihil temere, nihil inconsulto, nihil præcipitanter
agunt, momenta cuiusq; rei expendunt singula, morum indolem penetrant, gravitatem, con-
stantiam, vigorem animi approbant, ignaviæ veternum excutiunt, industria insuper inge-
nia tramite recto ducunt, ad pulcherrimum bonæ mentis et gloriæ sacellum. Tantæ benigni-
tatis erat senex amantiſſimus adeo integre in communi Academiæ bono promovendo versaba-
tur: adeo diligenter uniuscuiusq; Profeſſoris laboriosi ingenium, fovebat, erigebat, pro-

mo

mouebat: illamq; propensam omnibus, in qua consistit vera perfectio abunde spirabat charitatem. Quapropter perfruebatur hic prudentißimus Senex, illis quoq; solatiis, quibus praestantißimi quiq; viri, simili calamitate afflicti, beneficio literarum fruebantur. Nulla enim iucundior, nulla altior est cogitatio quam quæ intimis animi hæret recessibus, nec per oculorum meatus expirat: cum præsertim habeat hominis mens in alto illo silentio, hisce speculatoribus quasi iam feriatis, et sopitis quiddam diuinitatis, si sese erexerit intenderitq; ad rerum sublimium contemplationem. Haerent quidem perpetuo in tenebris, et noctem sibi semper obuersari putant, sed dum clausos gerunt oculos, animis Lynceis sunt perspicaciores. Nec immerito ingeniosißimi arbitri veritatis Poëtæ, Præsidi Sapientiæ Mineruæ noctuam consecrarunt, quod in tenebris acutius videat. Quam in rem Comicus in Epidico:

De die sæpe stultiuidi sumus; contra noctu
Licet Senatum in corde conuocare consiliarum.

Quid Democritus? nonne sponte corporis oculos amisit, cum existimaret cogitationes animi sui, in contemplatione vegetiores fore, si eas videndi illecebris liberaßet. Extant de illo apud Liberum Mimum non inuenusti versus, qui innuunt quo se excæcarat modo:

Democritus Abderites Physicus, Philosophus, clypeum
Constituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere vt poßet, splendore æreo: ita radiis
Solis, aciem effodit luminis

Et Diodorus ille Stoicus familiaritate Ciceronis clarißimus, visum perditum, auditus solatio leniebat, cum ei libri noctes et dies legerentur; quibus in studiis oculis non egebat; cum fidibus Pythagoreorum more vteretur, cum Geometricis descriptionibus operam daret, discentibus præcipiens, vnde, quo quamq; lineam ducerent: quod sine oculis fieri poße vix credibile videretur, nisi huius miraculi Ciceronem spectatorem atq; testem grauißimum haberemus. At vero C. Drusus (vt idem Tullius testatur) visu priuatus tanta iuris ciuilis notitia fuit illustris, vt domus eius consultorum frequentia quotidie impleretur. Et videbant illi quidem qua iretur ad forum rectius, qua iretur ad causæ victoriam certius, non videbant, nisi cæcum Drusum sequerentur Ducem. Quis Appio Claudio, re et nomine cæco in Senatu Romano auctoritate præstantior? quis Cn. Aufidio prætorio in sententiis dicendis promptior expeditiorq;? qui et amicis deliberantibus præsenti consilio succurrebat, et Græcam conficiebat Historiam: vt eius beneficio posteritas apertius, literis expreßam cerneret veritatem. At nemo mirabilior sanctiorq; fuit illo Dydimo Alexandrino, Præsule Cæsariense, qui cæcus ab infantia cum eßet, et Geometriam tamen didicerat, et in diuinarum rerum contemplatione mentis oculos altißimè defixerat, vt luculentißimè sacra illius monumenta, quæ super Psaltem Regium edidit testantur. Hunc D. Antonius senem visens, nihil moueri debere dicebat, quod oculos amisißet, communes sibi cum muscis, et muribus, et lacertis; sed gaudere, quod oculi communes illi cum Angelis salui eßent. Cælum quidem, inquit terramq; non aspicias, sed cæli terræq; Dominum spectandi facultas tibi non eripitur; hæc vero visio multo clarior est et in cæcitate viget, et tenebris non obruitur, neq; corporis calamitate obscuratur. Sæpe

autem hæc lucidiſſima pars corporis totum animum obfuscat, et in tenebras trahit perob-
scuras, interioremq mentis candorem, oculi non raro (Ut conqueritur Sacer ille Vates) de-
prædantur. Ut enim ad lucernæ flammam, pyralles, culices, et id genus alia insecta con-
volant, sic ad oculos alati isti cupidines vitiorum. Multa nos quoq vidiſſe pœnitet, atq pu-
det multas adversæ fortunæ iniurias, bella, cædes, latrocinia, tempestates, homines nonnulli
Ut exhorrescunt animo, sic intuentur inuiti. Hæc divinus Orator cum Dydimo de flocculo
Sene diſſerebat Antonius. Nostro vero Seni V. A. nec insolens aliqua temeritas, nec im-
potens error oculos eripuit, sed virtutis et eruditionis ille parens aſſiduus labor: cum
ille velut alter Tiresias intima myſteria Minervæ, in nobiliſſimis Scientiis perdius ac perno-
ctu scrutaretur. Sæpe enim cum Plinio, in isto mentis receſſu constitutus dicere solebat: Mihi
silentio et tenebris animus alitur, ab iis quæ avocant abductus, et liber, ac mihi relictus. Non
oculos animo, sed animum oculis sequor, qui eadem quæ mens vident, quoties non vident alia.
Etenim arbitrabatur hominem non oculorum, sed mentis acie et animi obtutu eſſe commendan-
dum. Non enim nos ii sumus, quos forma ista declarat, sed mens cuiusq is est quisq:
Ut præclare dixit Tullius. Ab hoc fonte istud cœleste fluit bonum, quod divinæ in terris
providentiæ certam et impreſſam nobis poſſideamus imaginem: quodq sagaces, providi,
memores, pleni rationis et consilii, deniq præclara quadam conditione generati simus, si
mentis robore potius, quam sensuum titillatione, qui nobis cum brutis animantibus sunt
communes valeamus. His oblectationibus literariis, animum secundis temporibus, dubiisq
rebus reitem, optimus Profeſſor reficiebat: Ut velut alter Drusus, et ius diceret Consulto-
ribus alacriter, et amicis tanquam Aufidius, operam suam offerret prudenter, et autori-
tatem tanquam Appius, Academico in Senatu retineret graviter, et avitam cum Dydimo
coleret sincero animo pietatem. Felicem senem, qui tot eximias dotes poſſedit; nec à
suo animo diceſſit unquam; nec in Profeſſione veremodicium sciens volensq commi-
sit. nec versuram in moribus fecit. Ut vero prudentiam semper in proſperis serva-
uit; sic in adversis constantiam, et animum probavit infractum. Cum enim illi fu-
runculus domesticus, plumbeos in locum aureorum suppoſuiſſet nummos: Valeat in-
quit ingratus servus: ego enim divinæ providentiæ confido, et tantum tribuo, quod in
hac afflicta ætate mea non me destituet præsidio suæ bonitatis. Quam firmam spem
evidens beneficio Domini confirmavit: cum frugi senex succedentibus annis, collectanea
supellectilis reliquit tantum, quantum honorifico honori sufficere videbatur. Nam superest
quicquid habuit peculii, partim in elemosynas et pia opera partim inter propinquos et
amicos tempestive et liberaliter erogavit: qui etiam Collegia et quædam templa ac-
ceſſione redituum dotavit. Pro mensa enim communi, sui quod inhabitabat Collegii
millenarios duos porrexit: primum Profeſſorem novorum Iurium, futurum ad ædes SS.
Omnium Canonicum, mille ducentis floren. auctorem fecit. Minori Philosophorum
Collegio (quod seminarium omnium Scientiarum vocare solebat) pro censibus anni-
versarii sui, quingentos locandos, pro refectionibus vero festi S. Thomæ Apostoli
ducentos designavit. Ad S. Annæ PP. Vicariis, pro anniversario Sacrificio cen-

tenarium

tenarium; Aedituo quoq[ue] centenarium, qui quolibet trimestri rem sacram faceret pro anima
sua: ad Vielunen. Parochiam ducentos; ad aedes SS. Omnium trecentos, pro sacris anniver:
sariis legavit. Experta est insuper Parochia Lubovicen. beneficentiam sui Pastoris singula:
rem, cui pro sacris ornamentis millenarium: pro Rosarii Confraternitate quam ipse dedu:
xerat alterum millenarium largitus est. Absterxit equidem Senex hic optimus ab Academico
Professore veterem illam ignominiae maculam, quâ pleriq[ue] infecti sunt Curiones, qui magis lanam,
quam oves ovium q[ue] pastionem, et luxum vestium quam sacrarum aedium procurabant ornamenta. Tanto:
pere etenim Domus Domini decorem dilexit, optimus hic optimi Dobrociescij imitator et successor, ut
inter omnes Dioecesis Cracovien. parochias, quae quidem etiam in oppidis ornatissimae viderentur, illius
Lubovicen. primum locum obtinuerit commendationis: sive quis rectum ordinem pietatis, sive Familiae
disciplinam atq[ue] modestiam, sive frugalitatem Sacerdotum, sive Ecclesiae ornamenta, et apparatum,
sive pictas et inauratas tabelas, sive Organi Musiciq[ue] concentum requirat. Quod quidem testi:
monium Perillust. et Adm. Rndus D. Joannes Tarnowski Can. Varsavien. et Archid. Cracovi:
en. libenter deposuit, apud Illustriss. et Reverendiss. Dnum Jacobum Zadzik Episcopum Craco:
vien. Ducem Severiae, Academiae nostrae Cancellarium ac Maecenatem longe munificentiss. D. nostri
Patris Joannis Cantii liberaliss. dotatorem, pro cuius futura, dum Deus voluerit,
publica in numerum Sanctorum relatione, proq[ue] honorifico ubi sacri cineres reponantur sacello, tri:
ginta millia florenorum sponte effudit: dum se a gravi morbo illius precibus sentiret relevatum:
quem Ampliss. Patriae civem nobis, Eccl[esi]ae, Reipub. salvum et incolumem quam longissimos in an:
nos, Deus Opt. Max: conservet ac beatet. His ita dispositis rebus, cum Senex amicum quoq[ue]
suum, quem unice diligebat, ut respiceret portum, sarcinasq[ue] componeret suo exemplo per literas hor:
tabatur: at ille prior munere utroq[ue] defunctus est: eoq[ue] inscio ad immortalitatis Collegium commigravit.
Usi tamen sunt pia simulatione, quidam officiosi Professores, in eoq[ue] operam dederunt diligentem,
ne Senex senis amici cognosceret occasum. Erat vero hoc amicorum par, ingenio eruditione aetate,
auctoritate simillimum; et hoc saeculo divinitus Academiae bono concessum. Alter enim Adm. Reve:
ren. Martinus Campius Vadovius, fuit Theologorum eximium decus, Academiae nobile lumen, omnis
abstrusae sapientiae exemplar admirandum, alter Thomas Swinarski Jurisprudentiae Doctor, nume:
ris omnibus absolutus: quorum utroq[ue] fidem, in amicitia semel sumptam, nunquam intermisit. Et
miramur in monumentis antiquitatis Pollystratum et Hippoclidem Philosophos eodem die natos,
eiusdem Praeceptoris discipulos, patrimonii etiam possidendi, adeundaeq[ue] Scholae communione con:
iunctos, eodem momento temporis ultimâ senectute extinctos? aut suspicimus in Historia Gallica Me:
dardum et Gerardum, pariter simile vitae et honorum initium habuisse; (cum eodem die alter ad
Rhotomagensem, alter ad Noviodunensem Episcopatum erectus esset) ac insuper eodem puncto tem:
poris expirasse utrumq[ue]? cum haec miracula simillima, in his duobus senibus expressa habeamus?
Aequales erant aetate, pares ingenus, similes eruditione candore concordes, honoribus Academicis sum:
mi, prudentia et auctoritate, praestantissimi, ac deniq[ue] eodem anno ne quid ad similitudinem deesset
et prope eodem tempore fatali necessitati paruerunt. Quanquam enim pio obsequio amicorum
paululum relevatus et erectus morbo Thomas Swinarski unum et alterum mensem post
obitum Martini Vadovij supervixerit, si tamen ad hunc illo die mortui notitia pervenisset
amici, eodem procul dubio temporis momento propter συμπάθειαν, et mutuum consensum capu
laris Senex expirasset: quod exitus ipse postea comprobavit. Ut simul enim sublatum è vivis

mors de anno Innocentii Petricii

audiuit Clarissimum Doctorem et Scriptorem, Innocentium Petricium, cum vegentinum raptus in [...]rem: Hic Vir tantæ eruditionis, tanti nominis et gloriæ, hac in ætate Virili, Viribus robustus, animo [...]nus, consilio promptus, Professione Medicus, Vitæ commoditatibus abundans, amicorum præsentiâ [...]nibus, Principibus gratiosus, tam subito nobis ereptus est! O Deus quam benignus es, atq; clemens, me tanto tempore sustines, miserabilem et afflictum Senem! Et hic quæsiuit ab iis qui præsto aderant de amico Vadouio. Noster Vero Martinus (proprio enim nomine illum libenter compellare solebat) Vt tandem Valet? Cui responsum: Ille Vero et legit, et docet, et disputat, et promouet Doctores. tum adiecit: Sed nobis quoq; properandum est ad metam, Arcades fuimus [...]. Inde aliquot dies in ea cogitatione hæsit, meditabundus. At Vero ipso quo mortuus est die Reu. D. Laurentium Kaninski, cuius potissimum colloquio libenter oblectabatur, iussit accersiri, cum quo multa de re literaria, de ingeniis, de Successoribus, de bono communi promouendo, de promotione illius hilari Vultu et amæna sonoraq; Voce, prout solebat, collocutus est. Tandem in ea [...] rupit Verba. Nobis quoq; ex hoc ergastulo migrandum est: sed grauiter Seneca ille Stoicus, [...] nostram rem loquitur: Paratus exire sum, et ideo fruor Vita, quia quamdiu futurum hoc sit non nimis pendo. ante senectutem curaui, Vt bene Viuerem: in senectute Vt bene moriar. Bene autem mori est libenter mori. Cum autem plura dicere Volentem, leuiter interpellasset hospes: illum diuino beneficio et bene Valere, et lenes capere somnos, et cibis Vesci [...] qui decent sanum, nec insuper animum curis distractum habere submolestis: subiecit Senex: Illud Vero quid sibi Vult apud Sapientissimum Ecclesiasten, sub finem libri Oraculum nonne mortis iam iam imminentis certissimum argumentum porrigit? Florebit inquit amigdalum, et pinguescet locusta et dissipabitur capparis; atq; hoc incipitabunt homine iam in domum æternitatis suæ profecturo. Memini me Vero inquit legisse (quanquam Varijs sensibus abundent authores diuersi) eius loci explicationem apud Eucherium: Posteaquam homo ad [...]ustam senectutem peruenerit canitiemq; contraxerit Venerandam, tum subsequetur renum [...]rum et ecc[...]idarum (quæ propemodum toto Vitæ tempore animum quadam titillatione pulsabant) grauis quædam nausea; lentus autem tumor infectis pedibus assurget altius, donec cordis Vitalem attigerit officinam. Hæc me in dies singula grauius diuexant: frigent pedes, atq; tument membris [ri]gor pristinus non adest, quicquid delibo sensibus, protinus respuo, totusq; nauseo, tota cogitatio est de morte et æternitatis successu. Excepit prudens Professor et opportune admodum, sub hoc tempus Iubilæi talis mentem cogitatio afficit de æternitate, quam meritis Saluatoris possumus [...] beatam. Tum Senex quasi euigilans è somno, præq; lætitia gestiens; celeri cum impetu: Legite Vero legite conditiones Sacri Iubilæi, si præsto sunt: Subito allatæ sunt et ex charta prælectæ. Quibus auditis attentissimè sublatis manibus; Tibi gratias inquit ago Pater clementissime (qui suauissime à fine ad finem disponis omnia) quod me hospitis benefi[ci]ò tantæ boni significatione beasti hodie. Quanquam enim nuperrime Vitæ meæ noxas pro infirmitate mea tibi patefeci, sed nunc firmissime credo, ex Christi Filii tui meritorum the[sa]uro qui liberalissime apertus est omnia mihi fore ad animæ salutem præsidia per quam fruetur. Vale igitur amicorum optime et domum propera, Vocat te officiosa exedra, ego interea Vitæ meæ ra[tio]nes expendam in silentio. Et hoc fuit ad amicum extremum Vale, simul et Vitæ mortalis terminus. Dum enim meditatur profundius et in altissima cogitatione defixus hæret, leuem motum imo trahens à corde suspirauit et subito lenissimam animam exspirauit.

forsasse caducarum

-tur fuit finis Vitæ Thomæ Swinarscy; sed meritorum illius et virtutum fructus permanebit immortalis. Quem igitur non diuturni autumni morbus, non hyemis asperitas, non solstitium brumale, non vernum æquinoctium, non ipse senibus maxime, nec[?] tendus mensis Martius, crudeliori cura sustulit, hunc minime ardens Iunius, præjudicati et insperati casu, nobis eripuit, quanquam ille non in vita cœpturus quam ad melio-rem vitam translatus videtur, ut quam perspicaci mentis oculo, in mortalis cor-poris ergastulo contemplabatur speculabatur, à legibus divinitatis lucem, cum nunc feliciter liberè mortalitatis curis, ac liber, intuerentur apertius. Praeveniens enim voluntatem præparantis se ad lectam senis, Deus ipse clementissimus coronare voluit, subito ad se advocavit. Corpus dum illius animum sine lecta tædiosa subito ad se advocavit. Corpus illius in Polyandrion Sanctorum cum honorifice illatum est; sed virtus tamen vivunt vireteque in æternitate temporum, fama rerum, neque illam poterit ulla obliterare oblivio; sed quotiescunque illius viri occurret memoriæ, simul etiam tempore de-fundi veta Professoris occurret. neque merito perdiscendam, ulla præteritas [illegible] tiresset. Dignus qui immortalia cogitavit, dixit egit, ut ab omni mortalitate vindiceretur. Ecce quantos, quantorumque meritorum hac tempestate amissimus Di-vos! quos inclytum Lyceum, tanquam lumina suspiciebat clarissima, illorumque acutissimo ingenio, integerrimo candore, singulari pietate, profunda eruditione, eximia auctoritate, incredibiliter oblectabatur. Ereptus est insperato fato Excell[mus] Medicinæ doctor et disertissimus Hystoriographus Joannes Innocentius Petricius. Tarnus Polonus: Sublatis Univ Theologorum nobilissimus Martinus Campius Vadovius. hunc porro secutus Eustachius Swiniarski Stan-mati Habdanrus. Ut non commemorem alios paulo ante sublatos [illegible] nos in bono simus Academiæ lucem, pietate insignes, eloquentia præstantes, fido in bono communi propagando ferventes. Quis Augustino Rebcovitio memoria et dicendi facultate, rerumque Theologicarum scientia felicior? Quis [illegible] Quis Melchiore Rosen-luo Wysocki moribus et animo simplicior? Quis Zacharia Stevnorieki bio candore et integritate vitæ præstantior! Quis [illegible] et casibus humanis patientior! Græcis literis instructior? aut in morbo, et casibus humanis patientior? Quis Daniele Sigonio discipulorum illustrium frequentia clarior? Agnovit illius institutionem Primus Poloniæ Princeps imperii Joannes Wę-zyk Archiepiscopus Gnesnensis. Agnoscebant quoque eiusdem institutionem Academici Matthias Archiepiscopus Gnesnensis vir religiosissimus et Stanislaus Episcopus Ploce[n]sis Hystoriographus gravissimus. Lubienscy. Cum vero hos illustres in-genio virtute commemoramus Doctores contemplemur etiam simul, quantum simus furentis fortunæ ludibrium, quam incerta sit et misera rerum humana-rum vicissitudo, quam pertinax et inevitabilis fati necessitas. Et [illegible] tum domus Sancti [illegible] in hac statione vitis versamur, et saluti nostræ firma consulimus, cum conditionem nostram, quæ nulli ætati, nulli dignitati, quid et [illegible] est, quomodo nobiscum agendum, et in alienis exemplis, quid accidere nobis possit pensitamus: contraque mundi huius illecebras, et varietates strenue pugnamus, inferiora hæc despicimus, cœlestia suspicimus, atque adeo ad illam beatam civium sedem contendimus: Ubi Quies sine impedimento, tranquillitas sine studio, gaudium sine intermissione, sine tædio æternitas, sine fine felicitas in Deo glorioso permanet et requiescit.

Sepulchro Swiniarscy hæc inscriptio incisa est

M. Joannis Petricii mors.

M. Lubienscii

Thomas Swiniarski V. I. D. Can. Vielunen. Lubnicensis Plebanus ad-
more ingeniorum, pietate in clientes, sine litium candoris, Ecclesiae des-
ruptionis, plenus dierum meritisque gravis, aucta mensa Coll. DD. Vi-
et Minoris, simulatis Ecclae redditibus Lubn. Vielun. S. Ro. Crucis et
etiam hac in Ecclia Canonicum VIII fundavit, tantis meritis Collis re-
nixit Anno Dni 1641 2 Junii. Eius venerandae pii executores
venerabili memoriae hoc monumentum posuerunt.

+

M. Valentinus Vidauius D. T. D. 1602

In Rectoratu A.C. mortem, primam lucem in oppido Maioris Poloniae cui Vidaus
nomen et ipsi Valentino cognomen, ex obscuris quidem sed spectatae probitatis
natalibus accepit. In vita nihil prius aut antiquius duxit quam in Cursu
optimarum rerum semper versari; reputans secum animo illud, Eum demum
viuere et anima frui qui aliquo negotio intentus, praeclari facinoris aut artis
bonae famam quaerit. Itaque eandem adhuc statem, quae indulgentia pa
rentum plerumque in pericula fertur, pudore et modestia maximis incunctis
vitae praesidijs firmauit, domoque paterna hanc haereditatem, sed opibus longe
praestantiorem exportauit; Ingenio quantum ad coniiciendum, mihi et amico
quantum ad litteras vehementi et oportuno eoque acrius, quo alienum
quidpiam habitu corporis ostentaret; Suberat etiam animi vigor maximis
laboribus par, quibus ille dotibus fretus, cum per omnem artium cultum puerilibus
domi transegisset. Cracouiam omnis humanitatis principem vrbem et omnis
liberalioris doctrinae parentem sedem studiorum habuit, in augustissimo
isto totius Poloniae gymnasio, adolescentiam liberalibus studijs imbuturus;
Facultatem ex oportunitate ingenij ad litteras nactus non (ut plerique) linqui
et inertiae corrumpendam dedit; non illam abominandis vitae cupiditatibus
afflixit, non adolescentiae ad prosequendas voluptates, non naturae bonis ad
animi mollitiem abusus est; sed cum aequalibus ingenio contendere, industria
nemini cedere, plurimus in studio esse modestia omnes vincere, continen
tiam supra quam aetati concessum amplecti, omnibus integritate morum an
teire; plurimum tacere, et minimum ipse de se loqui. Adeo in omnes par
ter bene audiendi fuit excitatus; et quanquam paucis ingenij gloria ceda
ret, omnibus tamen charus, nemini ne voluntate quidem molestus, omnes
colere neminem laedere, sui diligentem, aliorum incuriosum agere, litteris
non odijs cum aemulis pugnare, secum ipso certare, ingenuo ingenij can
dore erga omnes esse, probri impatientiam, famae auiditatem praeferre.
Maturum in primo limine iuuentae facile crederes, senilesque mores
florentis aetatis amictos. His veluti primis rudimentis, ad spem maiorem
in litteris prouentuum, animum adiecit et cum se satis publice decla
mando atque disputando probauisset, honores Academicos dignitate non
ambitione obtinuit. Eximia charitate Academiae, summisque ornamen
tis praeditus, et scientiae et moderationis, quos ingenij thesauros huic
ipsi benignae parenti acceptos ferens, his eos in iuuentutem erga
se, hic priuatim et publice mereri in animo decreuit; locum inter
Collegas adeptus, Professorem esse non existimauit vanum nomen, cui
ut responderet omnes corporis et animi neruos intendit; Aemulatione
ut clarorum in Academia virorum deflagrabat, optimos et doctissi
mos quos sequeretur eligebat, eosque quorum similis esse voluit, denique
sa obseruantia coluit, suum amicis officijs, cum doctis eruditione
cum Collegis comitate et humanitate, cum indoctis contentione tanta

certabat, quantum illud ingenium, summa virtutum fiducia elatum sub
ministrabat, copia discipulorum abundabat, greges studentium secum duceba
fama docendi celeberrimus, quod etiam ad gloriam magis quam ad compendia
et utilitates ferentem sequerentur. Fuit praeterea illi ingenium, temporis ill
auribus accommodatum, prompta et profluens quae Professorem deceret elo
quentia, artem quoque callebat qua verba expenderet, validisque sensibus orna
gravis, et consulto antiquitatis studio [illegible], cuius etiam laudibus nunquam
satiabatur. Aderant etiam quae in multa consuetudine quemvis retinere p
sent vis eximia facetiarum, urbanitatis non expers; dissolutione vero
et raro quidem non adumbratae virtutis, facilis ad comprehendendam
maiorum benevolentiam; cum tristibus severus, cum hilaribus iucundus, cum seni
graviter, cum iuvenibus temperate vixit; fidem in amicitia semel sumpta
nunquam omisit; habitu et ore non solum ad exprimendam speciem hone
sed multo magis etiam minime fucati viri. animum a contumelys, ocul
aures a videndis audiendisque indignis detorsit. omnes denique integerrimi et
[illegible]issimi Academici partes implevit. Nunquam inquieto, avidoque in res
nas ingenio florere voluit, maiorum instituta, quasi ex quodam numine s
fecta, et veluti supra humana est veneratus. Quis in laboribus patientior? quis in
libris frequentior? in docendo acumentior? in tuenda vero Academiae dignitat
sollicitior? Opprobrium magis morte exhorruit, continuus illis [illegible] quo
consuetudine integritatis opinionem, non retineret modo sed augeret. Prosper
proinde morum et nunquam inclinante fama excelluit. Nunquam in
versum studiis abripiebatur, quae sentiebat. eadem loqui non fuit ver
in partibus nunquam esse voluit. Quae sunt in Societate virtutes maxi
sed quae Academiis utilia et honesta eadem sibi putavit nihil apud illum
nale, nihil cuiquam ambitioni pervium. Adeo integre in omnibus Academ
rebus versabatur. Quis proinde hic animi bonis instructum, indignum ma
re fortuna et loco iudicasset? quae quidem quomodo lucem natura omnibus
minibus, ita illi aditum, ad maiorem dignationem ~~praestiterunt~~. Postremo cum
His suis virtutibus impense voluit, illum qui cooptari inter Proceres colleg
cupit. aliam (si qua est vitio) lubrico non vacare intellexit. Deus bone qua
ta subinde momenta virtutibus prioribus adiecit, postquam maiorem ex dig
tate locum est adeptus? quantum studij ubi ex Philosophicis latebris in lucem
ritatis Theologicae emersisset, huic ipsi facultati comparando impende
Videtur mihi ad lucem divinae huius Philosophiae inferendum natus fuisse. Dum
ex illo audito, semper Theologo, hoc est summo et singulari viro digni
lectionibus legendis, concionibus quando per sacerdotium licuit habendis
se addixit. Nunquam tam care privatam quietem aestimavit, quin vel
ologi muneribus fungeretur: erat oratione satis amplus, rem prudenter
debat, cum Patribus sanctissimis et gravissimis scriptoribus negotium semp
habuit, in his ita versatus est, ne sibi ullus ex posteritatis iudicio me
deret metus. Quantum porro proferent Opus ab illo summae ingenij
dustria elaboratum, et ante paucos annos publicae utilitati dicatum
sufficiens praebet argumentum. Hoc erit templum in animis hom
num, hae effigies atque statuae pulcherrimae atque mansurae.

Quid enim ergo

Quid enim opus alia infinita Theologici studij pignora commemorare? tot dispu:
tationes summa cum laude habitas in praesentia Regis Stephani, tot munera docti et
facundi hominis obita? apud utriusque Ordinis Regni nostri Senatores?
De Sacerdotio eius nulla satis digna haberi potest oratio aut historia. Nam quae ma
ximae sunt in eo ordine virtutes, eas ille non in speciem tenus, sed vere atque sincere
vita et moribus profitebatur, magis certa firma ratione quam consuetudine Sa
cerdotij Dignitatem hanc secundum Deum longe amplissimam, nullis artibus procu:
ravit, quod illi Christi essent non quae sua quaesivit non semetipsum; sed gregem
pavit, tondebat quidem lanam sed quod crassum erat non deglubebat. Aegrotos et
pro lapsos sanabat erigebatque, infirmos et debiles confirmabat, errantes exci:
tabat, amissos reportabat, bestias agrestes ab ovili arcebat, inter lepram et non
lepram discernere sine intermissione discebat, in lege Domini die ac nocte
meditabatur, divinas Scripturas scrutabatur, non fortunas super mensam. Sa:
cram habebat, non emolumenta Sacerdotij; sed ipsum Sacerdotium consectabatur
Cupido habendi nunquam animum eius invasit, possessionibus non inhiavit,
credo illius magni Mosis instituti memor, qui Levitis in Sacerdotium assumptis
nullam portionem terrae obtulit, quo liberius Deo servirent. Itaque et ipse ab
omni apparatu fortunae abstinuit, quas sibi contigerant facultates modeste ha:
buit, paupertatem divitijs praelevavit. Ecclesiam SS. Omn. cuius Praepositum egit
quantis operibus ad posteritatis memoriam exornavit? Organum vocale hoc
augendo Cultui divino, non minori suo labore et cura quam sumptu, eius in
Ectum hanc merito perpetuis saeculis loquetur. non conticescent cetera
quae se passim oculis hominum spectanda ingerunt, quae quod ipsa pro se lo:
quantur merito silentio nostro transmittuntur
In Magistratu quem se gesserit Vidanus, hoc habuit dicere qui illum per
funere laudavit M. ~~Paulus~~ Clobucius Animi eum magis quam consilij e:
guisse. Sunt enim plerique hominum qui magis peccata nolint quam in ea
pro insito ingenio modestia sciant animadvertere. Maior privato visus,
dum privatus fuit, et omnium consensu capax summis rei nisi imperasset.
Multas tamen alias Virtutes, hoc quasi occuluerunt; rerum Academicarum pro
videntia (vidi manu ipsius conscripta ordinatissime beneficia Academiae pro:
ventus onera et obligationes, pulcherrimum Eccl. SS. Omn.) incomparabilis,
in periculis constantia singularis, pro publico bono inimicitias suscipere
gerere, ad discrimen accedere, operam studium laborem interponere, offensio
nes parum formidare, leges noscere, sequi optimos, nihil iactatione appete
re, nihil ob formidinem censere, intentus agere, omnia scire non omnia
exsequi, parvis peccatis veniam magnis severitatem commodare, nec poena
semper, sed saepius paenitentia contentum esse. Quo tempore Cardinalis Ge.
orgius Radivilus Dioecesim suam Cracoviensem Clerumque universum recen
mans, ad Academiam quoque visitandam potentiam suam intenderat oppo
suit se illi tanquam murum Vidanus Rector longa ac perelegantis ora
tione Epum et Cancellarium Academiae id pro iure quod illi competit ex
Sacra Scriptura, Concilio Tridentino, Instituto Academiae, exemplis Praedeces
sorum, Rationibus quaere non posse Cardinali demonstravit.

Quippe ut neq Rex in regno licet possit unquam tamen in Senatum
et Consiliarios suos instituit inquisitionem: ita nec ipse Lud. et Carol.
ling in Synedrion suum, in Magistros Senatus, in procreatores po-
puli, in Cleri institutores, in Professores huiuscemodi quasi almam
Academiam communem omnium parentem nisi cum maximo ipsius pro-
bro, ac dispendio Scholae, Censorem agere debet.
Eludant nunc antiqua mirantes: num aut doctiorem Professorem, aut medi-
cum virum, aut graviorem Theologum habuerimus. In votis plusquam Sa-
cerdos, in Cathedra plusquam Doctor, in publicis negotiis plusquam civis
in privatis plusquam Vir bonus. Quanti viri jacturam etsi magno cum
lore Academia tulit: hoc tamen sibi solatii proposuit, non lachrymis lume-
hic tanquam extinctum fore prosequendum. Vivit enim vivetque in ae
nitate temporum fama rerum, et quaecunque illius occurret memoria
simul etiam tam piae vitae defuncti occurret. Licet enim mors et natura
sit, oblivione tamen apud posteros vel gloria distinguitur. Quare in suum
tem tracta fuerit Valentino, longius singula oratione prosequi. Vera bona
in virtutibus sita sunt implevisti: Felicissime non vitae tantum claritate,
etiam mortis constantia, quam libens carpsisti tanquam pro virili portione
critam Deo donares. Nos nos illa felicitate cum coelitibus fruens, nostrum
hanc Academiam pro qua tantos in vita labores suscepisti respicies. Ab
concordiam amorem firmam litterarum gloriam deprecabere, a pietate ami-
nostra hoc suprema in te munera grati accipe. Excepta ex elog.
funebri per Joannem Clebucium Scripto. Sepulchro vero eius inscriptum

D. O. M.

Reverendo ac Cl. Dno M. Valentino Vidavio Philos. ac S. T. D.
Sancti Thomae Decano huius Ecclesiae SS. Omnium Praeposito, ac Alm.
Universitatis huius aliquoties Rectori viro spectatae vitae Prof.
Doctissimo in Eccla Dei bene merito. Virus enim hanc Ecclesiam
Strictum nova Organorum quae igni consumpta erant, ornavit,
pavimentum depressum erexit, subselliis condecoravit. Praepositurae
tenuis proventus amplificavit sua diligentia auxit. Obiit 1601
12 Novembris aetatis 58.

+

M. Valentinus Fontanus Artium et M. Doctor Mathematum Professor et Rector

Natus est Fontanus honestissimis parentibus Cyclo Solis 14 Indictione 3
Phamenot 25. Aeri à natura praeditus ingenio, artes liberales non mul-
to labore didicit. In Academia Cracoviensi Mathematicis et Medicinae prae-
puam dedit operam, in quibus cum excelleret, è Collegio Minori ad
Maius Artistarum est vocatus. in quo Professionem Mathematicam diu
tenuit. Praedictiones multas et graves in longam seriem subsequen-
tium annorum quae in illius ephemeridibus vulgatis extant seris.
Magno natu ac prope jam senex nobilissimam Virginem Consularem
Doroteam matrimonio sibi coniunxit, quo nomine, tanquam dir non
sui juris cum è statione Collegij Maioris et Professione Mathematica
instigante apud Cancellarium Univtis Adamo Romerio Strzycieni
et patre ex statione ipsius movet ad Commentaria in Omnes libros
moveretur; eo quod optime de literis et Academia esset meritus
facili ut ad extrema vitae suae tempora professionem et locum
in Collegio Maiori retinere posset, ab Alma Universitate impe-
travit. Itaque portio de victu Collegij (quanquam non egeret opibus
abundans) itemque salarium de professione nisi aliquis in legendo
neglectus obrepsisset publice illi praebebantur. Rectoratus offi-
cium aliquoties cum dignitate gessit, in quo ut Medica Facultas
revivisceret maxime procuravit. Opem et operam Simoni Syrenio
in conficiendo magno illo et Dioscoridis ac Matthioli simulo
opere impendit. Erat in omnibus negotijs serius, in studio
continuus in communi conversatione hilaris et amoenus multa
eaque circumcirca lustrans respondit diserte. Illam vero saepius in ore
Julij Caesaris Scaligeri Exercitationi ad Cardanum CLXI habuit
Doctorem, studio atque magnanimitate parandum servandumque regnum
literarum. Cuius anima et virtus veritas est. non ambitio nihil
atque factionibus execrandae conjurationes quibus aliorsum abs-
trahentibus, sapientia ipsa, quae in medio erat lucrata est. Ut
in mathesi ipse excellebat ita cultores eiusdem summe promovebat. inde fa-
ctum fuit ut dum in Rectorem Univtis eligebatur Joannem Broscium Mathema-
ticum Professorem in Univtis Consiliarium sibi adsciscerit semper. Aegre ferebant
hoc alij state et Professione sublimiores professores veri Jovius Leopoliensis
qui cum aperte cum Rectore ea de re expostularet audijt Responsum Rectoris
quiesceret in pace hominem, Cuius unica Lectio melior esset quam suus
doctor in Theologia.

Ut in disputatione cum Ioanne Tonini
Scano et
cum Consiliario Praeposito
Examinato de Eustathio
Chrystom.
Et illa quae privata
studiosis in exhortationibus
inculcabat.
Melius est esse timidum
quam imprudentem. Melius
est esse timidum ad pugnandum quam audacem ad occidendum.
Sophoclis quoque illam
.... Virum est qui
bene facientem verbo
consequi bona

Relicto filio Floriano et unica filia excessit è vivis Periodi Julianae
6331 Pharmuti 25. In obitum incomparabilis et integerrimi senis
Medici et Mathematici praestantissimi editus erat huiusmodi

Dialogus

Florianus Fontanus filius   Valentinus Fontanus Pater

Filius Quo tendis ô Pater: mane
Parumper esto lucidus
Iter annuum Sol terminat
Amoenitatem temporum,
Mox inchoamus: premet
Dum terga Phryxei velleris
Salubre ver firmabit hoc
Corpusculum laboribus
Academiae fructum bonis

Pater Vixi sat, annorum sat
Ad astra tendo, Academiae
Bene sit meo quod optima in-
stillavit animo dogmata
Jam nunc et Byrinocij
Videbo puncta certius
Et solis obliquas vias
Te Floriane Academiae
Commendo, fovet illa me
Fovebit et te sis modo
Cultor Camaenarum vigil
Sola tibi placeat veritas
Sequere optimos sapientiae
Veros magistros utile
Putes quod honestum est bonus
Et doctus ut sis insimul
Enitere, ut haud immemor
Vivas eorum quae tibi
Dixit paternus amor. Ego
Senex peregi limitem
Fati datum, exinde me
Propere non petere lex
Mortalitatis obsequi
Vlo decet, Academia
Mater vale Te prosperet
Maximus et Optimus Deus.

Sepultus est in Basilica S. Adalberti in Medio Fori Cracoviensis Cui tale epithaphium filii posuit

Valentino Fontano
Medico Mathematico incomparabili
Graecae ac Latinae doctissimo
Iuveni solerti, viro gravi, in Cathedra seni
In faciendo medicina punctum omne merenti
In Acad.^ae Cracoviensi Professori
Multisque pro Rectori
Omnibus aequo
In vita plusquam Socrati
Pietatis, Virtutum Scientiarum pleno

Seni propè Uxori honestissimè consociato
Quae bina prole relicta
Illum praecessit. A° D. 1618. Aetatis LXXXII
E vita migranti
Sophia filia
Uxor Ingonitij
Pro parenti
Fratriq. Floriano J. U. D. Anno Xi M. DC. XXXVI demortuo
Itur Summum Sepulchri fieri dum curat
Ipsa Anno Dni 1639 13 Maj prope Sandecij vitam finiit.
Executores testamenti posuerunt
Qui legis
Fati aeterni memor, Ora pro defunctis.

M. Valentinus Posnaniensis Art. M. S. T. B. C. S. F.

Habet hic gloriam et autoritatem inter eruditos, mirè suis amplificatam Scriptis, insigni doctrina, judicio, ingenio, diligentia refertis; Scripsit enim Propugnaculum Ecclae Dei, adversus varias Sectas huius tempestatis: qui constitutiones Ecclesiasticae gubernationis, ceremoniasq. divini cultus, et Ecclesiasticos ritus atq. consuetudines Deo sacratas, et ab Apostolis traditas, quibus ipsi eorumq. maiores gaudebant, contemnunt, et rejiciunt. Edidit praeterea Opusculum Quadragesimale Utilitati Concionatorum inserviens. Anno Dni 1535.

Dum nova sacrilego tormenta parantur ab hoste
Romanae ut quatiant moenia sancta Petrae.
Forte Gigantaeis molimina surgere castris
Haereticisq. Valens viderat arte opus
Stulta laborantum conamina risit, et ut quid
Titanum superos, turba fatigat ait;
Esse invicta tuis propugnacula telis
Si nescis? opus en experiare meum.;
Si renuis, si prima times monumenta priusquam
In te fulmineus grandinet imber abi

M. Venceslaus Samotulius I.V.D.

Venceslaus à prima pueritia, studiis liberalibus deditus, Posnaniæ primum in Lu-
bransciano Maioris Poloniæ, postea Cracoviæ in Glogoviano Gymnasio seu
Bursa et Contubernio Germanorum, in Græcis ac Latinis literis sedulam operam
posuit: atque mox adolescentior in D. Jagellonis Athenæo, Philosophiam Ari-
stoteleam cum titulo Artium Magisterii et Philosophiæ Doctoratus hausit. Et ut
genius cuiusque est, Poëticæ primum addictus, multa Carmina scripsit et
Mathematicis disciplinis oblectatus, Musices partem potissimum sibi excol-
lendam elegerat, cuius mira peritia, mirum in modum Sigismundo Augusto
Regi, talibus sese oblectanti innotuerat, atque paulo post Musicæ regiæ
Choro præfectus, ab illo constitutus fuerat. Cui ad summam artis pro-
stantiam, nihil præter vocem defuisse dicebatur. hac enim Joannem Wirsi-
corium, excelluisse, gratiamque principum aucupatum fuisse ferunt: quem
admodum nostra ætate apud Sigismundum III. Tobiam Sendomiriensem insi-
gnisse audivimus, qui ipsas etiam Syrenas, in demulcendo cantu pectora ho-
minum superare credebatur. Venceslaus vero, ita proportionibus ex
Mathematices studio delectatus, ut æque sonos et Symmetriam melo-
diæ ac versus diversi generis et metra componeret: et in utroque si-
mul non vulgarem gustum porrigeret; sed quem coætanei in Polonia
non caperent fere omnes. Multa itaque ad solennitates Eccl(esia)s decoran-
das, suavissimis concentibus composuit, quas inter Lamentationes Hie-
remiæ Prophetæ quæ ad hodiernum diem per eccl(esi)as Polonæ, feriis
hebdomadæ sanctæ magna cum excitatione populi ad devotionem
et compunctionem, usurpantur. Multa quoque ad oblectationem honestam
animorum conscripsit, quibus Patriam suam (oppidum Samotuly) igno-
tam nobilitavit, et Juris Utriusque Scientiam præclaris suis commen-
tationibus illustravit. Professor enim huius Peritiæ in Academia
Cracoviensi in Collegio Iuridico J.C. constitutus. Processum Juris Ca-
nonici, egregie concinnatum typo vulgavit: atque alia Compendia Juris
Saxonici et Magdeburgensis, quibus municipales passim in Polonia
utuntur via facili atque methodica conscripsit. Quem si diutius Par-
cæ vivere permisissent. (paucis enim diebus post decessum Regis
sui Augusti in Collegium J.C. cooptatus supervixit, cum ætatis non-
dum tertium et quadragesimum attigisset, è numero vivorum sublatus
est.) non esset cur Italis Prænestinos, Lappos. Viadanos, Poloni in-
videremus. Sicut et Andrea Chylinscio Ordinis S. Francisci PP.
Conventualium florente, minime Aspvillos, Monteverdos, atque ipsos
Frescobaldos desideramus. Z dwóch uczynił jednego.

Venceslaus Paprockj Suffraganeus Vladislaviensis

Venceslaus nobili Satu, ortus, convenientissimam natalibus suis peres Laud[en]tiq in Contubernio Kosoviano quod Philosophorum appellatur accepit institutionem et educationem. Liber ingenio liber ore multa pro ingenij sui felicitate partem in utramq disertissime saepius dicere solebat Sacris admotus et in Collegia Canonicorum Cathedralium adlectus contra sacros Episcoporum Titularium apices non sine aceto, propemodum proferebat. Quae omnia deinceps melior seipso factus et titulo Vladislaviensis Suffraganej ornatus recantare debuit, ut lingua quae in alios venenum sparserat eadem esset lesis remedium veneni. Vir fuit solide literis tinctus, ut constat ex illius Bibliotheca quam post mortem illius discipulus meus M. Andreas Bohemius Cracho: vita emerat, eandemq ego a morte ipsiusmet Bohemij tanquam exe: quutor Collegio Minori consignaveram, autoribusq in ea, manu ipsius Vencestaj multis in locis connotatis. Quod vero melior seipso factus sit Deo miseranti adscribendum est et quod exemplo D. Augustini erroris sui confessionem typis etiam mandari voluerit. Namq non minus Dei opus est ex Nihilo Mundum Creare quam hominem lapsum in errorem ad veritatem revocare. Non alio certe fine Apologeticon Honestatis Episcoporum Titularium Vencestaj conscripsit et ipse ad Benevolum lectorem Epistolicula fatetur quam ut a falsa opinione omnes eos qui suis rationibus persuasi essent revocaret. ad viam veritatis

Famam Praesulej decusq honoris
Gemma Praesulum et Unicum Togati
Coetus delitium, Vicariumq
Quondam Vladslavis jubar Tiaris
Praesul Margaritensis eleganti
Scripto vindicat asseritq sacro
Magnis non sine laudibus Coronis
O flos Pontificum! aureumq mitrae
Sydus Margaritensis omniumq
Unio pretiosus Unionum
O pulchrum jubar altioribusq
O Dignissima Margarita mitris.

norter

m
f Error in
numero; cuji
nen Duces co
similitudine
charactera
numeris corru
caternis unit
torum. Inte
Esset Ac 14

M. Vincentius Koth Archieps Gnesnen.

Alma et inclyta Parens Acad.a Cracov. non satis habuit olim Sarmaticum ingenia literis excoluisse, virtutibus imbuisse, suis laureis ornatos et opera sua usui Reip. utilissimos effectos Patriæ repræsentasse; nisi etiam ad summos honores et officia Re-
gni assumpta, suffragijs suis quibus poterat apud S. Sedem Aplicam promovisse
et totam Poloniam apud exteras gentes illustriorem reddidisse. Erat sane unus
ex olim discipulis postea vero è numero Professorum Illustris Vincentius Koth
quem tum Rex judicio suo ad Officium et dignitatem sui Grammatici, Capit-
lum vero Gnesnen. post fata Alberti Jastrzebiec in suum Metropolitan. elegisset.
ut voti et electi et electores compotes fierent, Universitas Cracovien. literis et
precibus suis apud Summum Pontificem sese interposuit. Ex. Ampliss. literarum
Univ.tis promotorialium ex vetusto M.S. descriptum adscribo. Vitam Vincentij apud Ciac.
montem Joannicium legere licet.

Beatiss.me Pater Dne benignissime.

Innotuisse jam arbitramur S.ti V.æ qualiter Gnesnen. Ecclia sua ad præsens per
obitum R.mi Patris Dni Alberti, eiusdem Archiepi viduata pastore de persona
Venerabilis Viri, Dni Venceslaj Koth Custodis ipsius per Poloniam Vicecancellarij
facta sit, per Capitulum dictæ Eccliæ concors omnium et canonica Electio, quæ etiam
putamus et ore et scripto, multorum jam est, pro qualitate sui apud S. V. devotius
commendata. Nobis quoque P.r Beatiss.me, qui sub profide Sanctæ custodia
positi sumus, cum prosequendi tanto maior et ferventior inest affectus, quanto
si, desideratum effectum huiusmodi, amplius creditur, nedum dictæ Ecctæ, sed
et toti regno hinc profectura. Si etenim ad formam huiusmodi electionis o-
culum considerationis nræ convertimus, deficit profecto animus, intimis suspirijs
interceptus, cum per eos quorum intererat, et divinæ Eucharistiæ Sacramento
primitus refectos, et tanto zelo inspiratos ipsum uno omnium ore, audiuimus et
legimus factam, eo ut creditur duce, qui facit unius moris habitare in domo
Quod si materiam ipsius contemplamur. Videmus virum moribus ætate, et scientia
admodum insignem, et secundum sæculi morem, ex magnificis et nobilibus Parentibus
ortum, qui etiam à teneris suæ ætatis annis, disciplinis erudiendus liberalibus
nobis ab eisdem suis parentibus commendatus et in gremio nræ Universitatis
fotus, laureis ornatus, in virilis animi robur tandem erectus est, ut pro
integritate vitæ, claritate scientiæ, et consilij vigore in Vicecancellarium Regni assu-
meretur. Nunc quoque tota hæc Patria ubi dicta Eccta fundata et dotata existit
et potissimum ipsa Baronum prælatorum et nobilium numerosa multitudo, cuncta
de persona ipsius electione tanto desiderio in ipsum inardescat, beatam se per oia
autumans, si dictum virum sibi manu Beatitudinis V. contigerit fieri in
Pastorem. Quocirca ut et nos etiam simus tanti boni quantum possumus promotores,
En provoluti ad oscula pedum Beatorum humiles parvitatis nræ S. V. offerimus
preces quatenus, cum res hæc tam huic patriæ salutaris et necessaria in arbitrio
S. V. tota consistat, dignetur eadem S. V. electionem huiusmodi ratam habere et
eandem ~~admitti~~ ante Aplica gratiosè confirmare. Quam conservare dignetur
altissimus. Datum Crac. penultima Februarij Anno Xi 1435.

Fuit M. Vincentius nr̃ Instructor Filiorum Regis Jagelonis in Comitijs Regni Gratibus
varijs Celebratis designatus ut videre potes apud Sarnicium Miki Lib. 4 p. 613

M Error in numero, origi- nem ducens ex similitudine characteris numericorum cæterius ante- torum. Scribendum erat A. 1437.

+

Vitellio Thuringo-Polonus

Quemadmodum prima olim Ecclesiae Catholicae in Polonia fundamenta, simul cum Scholarum
Cathedralium et Parochialium initiis, DEI Opt. Max. gratiae, virtuti et eruditioni, Sacra:
tarum posita sunt a Ser[enissi]mis Regibus et gentis Slavicae Apostolis, cum singulari cul:
tu Beatissimae Virginis Mariae, fuerunt. Ita deinceps labentibus Saeculis, ne:
cessitate vel ipsa exigente, non alia fuit Casimiro Magno excitandi Gene:
rale Studium Cracoviense (ad quod omnes ante et post conditam Acade
miam tanquam rivos ad Oceanum revocamus literatos) causa. Constat hoc
et antiquissima Divi Adalberti Secundi in Ordine Archiepi Gnesnensis,
in Parochialibus templis a Scholaribus sub tempus divinorum decan
tari solita Cantilena, quae prima voce vulgo Boga Rodzica hoc
est Theothocos, Nestorii blasphemiam jugulat. Porro circa annum
Christi Millesimum Sanctus Stanislaus Epus et Martyr postea, Gnesnam
ubi sedes archiepiscopalis fuit ad Studia tractanda, deinde Parisios in
Gallias missus fuisse legitur. Similiter de alijs eiusdem status homini
bus judicium esto. Neque enim S. fides Catholica doceri, aut cultus
divinus in hac gente nostra plane [illegible] propagari potuisset
nisi artium liberalium eaque non aliqualis doctrina et Praeceptores sal
tem pro formandis Ecclesiae ministris habita fuisset. Casimirus Primus
Rex Poloniae Cluniacenses D. Benedicti sodales ex Gallia in Poloni
am et arcem suam Tyniec a tribus montibus, alias Tyniec, trans:
portari fecit. Abbatiaeque Tynecensi dotem Centum Villarum et X Oppidorum
manus consignavit. tantam possessionum ac Ditionum amplitudinem in
Reges in Monachos non alia ratione conferente nisi ut nobilissimam
Juventutem penes se foverent, et literis quas tum temporis in manibus
habebant imbuerent. Quod piissimi et religiosissimi Patres officium
tametsi longo satis tempore nobilitatis Polonae pubi egregie praestiterunt
ad extremum tamen fervor ille docendi ob alia forte Citeri officia
defervuit ac tandem esse desijt. Facti necessum Casimiro Ma:
gno Regi unice Patriam amanti Studium Generale, cuius Professores
soli educationi liberorum et institutioni in omni licita facultate incu:
berent fundandi ac condendi. Hic enimvero jam illud omni stu:
dio notandum est, quod cum Casimiro Magno non alia excitandae
Universitatis Studiorum Cracoviensis causa fuisset quam ut antiquus Pietatis
ratio per honestissimarum artium propagationem conservaretur: Histo:
ricos nostrates. Credemusne Academiam cum cultu debito intemeratae Vir:
ginis coniunxisse? An non? DEO O.M. a fine ad finem attingente
et omnia suaviter disponente, ut ultima primis responderent, et
quemadmodum olim prima fidei fundamenta cum Scholarum initijs, et singula
ri cultu B. Virginis Mariae ut supra insinuatum est, in Polonia coepe:
runt, ita et Acad[emi]a Cracoviensis ad Ecclesiae et Reip. Christianae utilitatem insti
tuenda cum singulari cultu B. Virginis, originem suam acciperet.
Joannes Dlugossius et ex illo Matthias Miechovius ita scribunt.

Consulatur de Illescusin Monarchy et Abbas S. Fromer Hyspany Chronis suis Lib. 4 Benedictinorum ... in Gymnasia fuisse ... omnia Gymnasium ... nobis

Anno Dni 1363 Quidam Lector Ordinis Praedicatorum in Cracovia, Fr...
nomine, coram clero et populo, in maiori Eccla Cracovien. B.ae Mariam Virginem
non absq originali peccato fuisse in Polonico declamans, et praedicans, cecidit, et ex-
piravit. § Eodem anno Casimirus Rex Poloniae, in Villa Bawol aliâs in Oppido Casimiria
Secus murum et Eccliam S. Laurentij domos Studentium lapideo muro, pro ha-
bitatione et Lectionibus Doctorum, atq magistrorum Regno utiles, pro decore Regni
Poloniae erigendo, aedificavit. Missisq notabilibus Nuncijs in Avinionem ad Urba-
num V. Papam huiusmodi fundationem a Sede Aplica admitti obtinuit. Jacobus
enim Secundus Swinka cognominatus Archiepus Gnesnen per literas Apo-
stolicas Commissarius et executor designatus praefatum Studium Casimirien
Cracovien confirmavit. Quod tamen morte Casimiri interveniente, non fu...
sortitum effectum, nec ipsa fundatio atq dotatio progressum habuit
Idem Rex Casimirus per eosdem Oratores in Avinionem missos Ecclam Metro-
politanam in Civitate Leopolien per Urbanum V. Octavo Idus April...
ad dotationem sufficientem erigi et fundari obtinuit, quod et factum ...
Praefatus enim Archieps Gnesnen Jacobus Swinka literis sibi praesenta...
personaliter Leopolim transijt, et ex Parochiali Eccla Leopolien, impedi...
te Casimiro Rege et universa eius militia Archiepatum erexit, Primum
Archiepum dictae Sedis Christianum Civem nobilem instituit et consecravit.

Ita quidem Miechovius (at hic ut literariam antiquitatem in Polonia e...
nonnihil digrediendum est, ut eo quo scriptionem hanc direxi tem...
ad Vetelinnem, quem Acad.ae Gnat Regni Scholis accessio, venire pos...
de Prima Acad.ae institutione, vel potius de Diplomatum Summi Pontif...
per Archiepum Jacobum Swinka facta executione
Sed pace tanti Viri dixerim, Ratio temporum aliter evincit. Ja...
cobus Swinka Archieps Gnesnen creatus est anno 1283. Mortuus ...
Anno 1301. Ac idem Miechovius memorat 1284 (Lib 3 cap. 61) a Ja...
cobo Swinka Archiepo Gnesnen, excommunicatum fuisse Henricum ...
cem Vratislavien.
Fierine potuit, ut prope Seduagesimo anno, in Archiepali Cathedra, ...
prima Academiae fundamenta poneret? Puto potius memoria la...
psum Miechovium, pro Jaroslao Skotnicki Bogoria, posuisse Jaco...
Swinkam. Nam ut refert Dlugossus, in Vitis Archiepor Gnesnen
et Archiepor primo, mox Epor Cracovien Jaroslaus Bogoria Archiepi...
patui praefuit annos ultra 34 Mortuus anno 1376. 16 7bris ...
sic Itaq incepit anno 1342 ut idem Dlugossus narrat 13 die Men...
sis Februarij. Ac ipse Miechovius narrat Libro 4 Chronicor C. 34: ...
roslaus de Skotnikj, qui excaecatus erat, et de Archiepatu Gnesnen ce...
serat plenus dierum quia Centenarius, in Calisz veniens in Archiepi...
domo anno Dni 1376 die 16 7bris mortuus est, et 20 eiusdem me...
sis in Eccla Gnesnen, in Sacello ab eo fundato et dotato sepultus.

Conveniunt vero

Cromerus vero circa annum 1342 (non enim annorum custodia in illo exi:
dens est) scribit sic. Janislaus Archiepus Gnesnensis extrema senectute defunctus
successorem accepit Jaroslaum Skotnicium gente Bogoriam. Idem vero Crome
rus, cum de prima erectione Academiae agit. Anno inquit 1361 Casi
mirus Rex missis Avenionem ad Urbanum Pontificem Maximum Innocen
tij successorem Oratoribus et in Russia Cathedra Metropolitica Cracovie
vero Casimiris nova Academia institueretur. Atque illud quidem perfe
ctum est eodem anno primusque Archiepus Leopoliensis fuit Christianus homo
equestris Ordinis, quanquam non memoratur cuius gentis fuerit a Gnesnen
si Archiepo praesente Rege consecratus. Academiae vero coeptum opus, ma:
gna parte aedificiorum consequentibus annis magno sumptu excitata
ad finem tamen tunc perductum non est Casimiri morte intermissum
Invidere ipsi fortassis fata hanc gloriam, ut integra Jahelloni Vladislao
Jagielloni maneret.
Praeterea repullulans rursus inter Epum Cracoviensem et regem, sacrumque
et prophanum ordinem controversia de jure decimarum et interdicto:
rum, eodem Anno arbitrio Jaroslaj Archiepi Gnesnensis, qui tunc forte Crac
Dioecesim visitabat ex compromisso sedata est. Cuius decreti extat exem:
plum in Constitutionibus Regni (editio Basiliensis in Corpore historiis
habet Conditionibus) et Synodalibus vulgo editis.
Quid clarius dici potest? Etsi enim Jaroslaum circa Academiam non ex:
primat exprimit tamen eundem circa controversiam decimarum, et quidem
Eodem Anno. Jaroslai Cromerus Lib 13.
De resignatione Archiepi et morte eiusdem Jaroslai
Nec multo post senio confectus et oculis captus Jaroslaus cum supra triginta
annos Archiepus fuisset Nicolao Cossutovio Praeposito Gnesnensi pro
pinquo suo Archiepiscopatum concedere statuerat, sed cum is impro:
vide sine regia commendatione et Collegij Gnesnensis consensu Avenionem
ad Gregorium undecim Pontificem Maximum ea de re se contulisset in:
fecto negotio inanis redijt. Rex tum Jaroslaj dimittendi Archiepiscopatus
cogitationem deposuit; sed Joannem Suchywilcum Juris Canonici Docto
rem, cuius antea mentionem fecimus, sororis filium successorem sibi legit:
Verum is quoque pluscula negotij in conficienda re habuit, palam
commendante et clam impediente eius causam Ludovico apud Pon
tificem maximum. Ad extremum tamen, nova Regis commendatione et
Collegij approbatione adjutus, voti compos factus est. Jaroslaus vero
Pomeranicis et Opatoviensibus possessionibus ac decimis in Ora Calissi:
ensi indulgentia Pontificis Maximi ad usum suum retentis, in Lan
dense monasterium secessit, et biennium fere ibi exegit. Deinde
pertaesus monasterij, Calissiam commigravit, ubi intra vertentem annum
vita excessit.
Ex his jam clare liquet Jaroslaum supra triginta annos Archiepiscopatum
tenuisse atque primam Academiae fundamentorum positionem, in eius non autem
in Jacobi Swincae tempora incidisse.

Id vero magis liquet ex Serie Archiepiscoporum Gnesnen. ut à Dlugosso recensentur. Unde quod ad hanc deductionem spectant desu-
me

Wlostborius annis 5 usq ad annum 1283
Jacobus Swinka ad annum 1304
Borzyslaus ad annum 1311.
Janislaus ad annum 1342
Jaroslaus Bogoria ad annum 1376

Cromerus XI annis varasse sedem Gnesnensem ante Jacobum Swinka refert Lib. decimo.

Cumq primam laudem inchoatae Academiae Jaroslao Bogoriae restitu-
imus, restat ut eundem tanquam Casimiro magno Suasorem Academiae
instituendae ostendamus. Qui enim Danias gentes, in ysq Academiam
non solum promoverit, verum etiam summa laude gubernavit, cu-
Patris quoq eam quod ex Studijs ingenuarum et liberalium artium
haberi utilitatem non exoptaret! Memoratur etiam (inquit Cromerus)
de eo illud excelsi animi facinus, quod cum juvenis adhuc
Bononiensis Academiae Rector esset, transtulit inde Academiam su-
autoritate, propter Britannum seu Anglum quendam Scholasticum
à Magistratu urbis capite plexum, nec prius eam restituit donec
pro Caede Angli satisfactum est
Dlugossus in Vitis Archiepiscoporum Gnesnen. hoc idem ita de-
scribit
In Studio Bononien. dum illum minor haberet Status agens, et
Rectoratus officio fungens, dum Anglicus Studens ob adulterium
quod cum quadam foemina, viro consentiente patraverat, cap[ite]
plexus esset, Studium Bononiense transtulit, nec ante restituere
consensit donec Papa Joanne 22 jubente, capella in detest[ationem]
nem homicidij per Bononienses erecta, et in salutem Angl[i]
occisi dotata est
Quo tempore, res adeo memorabilis facta sit, ex hac Dlugossi
annotatione utcunq colligi potest. Constat enim Joannem XXII
Pontificatum iniisse anno 1316 Sedisseq annis 18 mensi-
bus et diebus 14
Sed tamen erroris Chronicorum Miechovij et aliorum si-
ante sive post illum causa est investiganda. Neq enim de ...
tiō est Jacobum Swinkam ibi nominari. Multos antiquo-
libros legit Miechoviensis quorum aliquos se inspexisse ...
ferebat mihi saepius. Perillustris Joannes Brosius; sed mi-
legibiles, propter notas jam fugientes ut fieri solet cum ...
humido libri reponuntur sicq putrescunt, aut alias ob ca-
sas quo plurimo reperiri possunt. Non Janskij tantum ...
ut Casimiri Magni. Sed multorum ab Origine Christiana ...
in Polonia inducto Votum fuit Academiam in Polonia ...

417 ~~346~~

erigere. Quod enim laudabile nostri, in exterorum regionibus vide:
bant, Cur id in Patria extare non optarent?
Quid si Philosophiae usum et Mathematicarum Disciplinarum, ante omnem Academiae
in Polonia erectionem fuisse monstravero. An hoc etiam existentium simul cum fide
Orthodoxa in Polonia literarum, vir prudens et intelligens repudiabit argumentum?
Non puto. Quod ergo Philosophia et artes ante fundationem Academiae fuerint
vel ex ipso Erectionis Acad. Casimiri Magni Privilegio liquet. Qui cum
Sedes Professoribus quos ex Gallijs ad excolendam Sarmatiam invitaverat in
amplissima illa sua de lapide quadro extructa Casimiria Academia, ex Sabaria
ex Zuppis Velicensibus Iure Consultis et Physicis assignasset, Philosopho
artes liberales profitenti sedem in Urbe Cracoviensi in Schola B. Virgi
nis in Circulo, quam ut inquit Ex Antiquo habuit, eidem appropria:
vit. Quod vero ad Mathematicas Scias attinet et earum usum in Po
lonia, patet hoc ex Confessione ipsiusmet Optices Scia inventoris.
Extat autor gravissimus Vitellio qui se nominat filium Thuringorum
et Polonorum, hoc est ut Fridericus Risnerus, in praefatione eius Opti:
corum demonstrat vel patre Thuringo Matre Polona. vel quod magis Credi
bile e Contra natus. Quo is tempore vixerit variant autores, Certissima
tamen argumenta sunt vixisse circa annum 1274, ut Peucerus et
Rheinoldus existimant, tum et Antonius Gogava in Libello de Sectione
parabolis. Ac Risnerus quoque in praefatione supranominata ex tempo:
ribus Fratris Guilelmi de Morbeka Cui opus suum Vitellio inscripsit.
Etsi vero Risnerus putet Vitellionem in Italia Opticam exercuisse; Cer
tum tamen est, a multis in illo opere Observationibus in Polonia quoque
Opticam ab illo excultam, cum antea in Italia Patavij circa villam Cu:
balum occasionem sumpsisset. Praecipue Libro 10 Circa propositionem
74 de Iride ubi scribit sic: (in terra nostra Poloniae, circa ele
vationem 50 graduum.) Et ante aliquas observationes nominat circa
Vratislaviam et nemus Boret: an Borek.!
Cum igitur Circa illa tempora Iacobus Swinka vixerit ut ex supradictis
patet liquet, talem tantumque Archiepiscopum probabile est cognovisse viros
eruditione claros, qui tunc in Polonia florebant, praecipue in ijs Studijs
quibus tunc Academiae in exteris regionibus florebant. Certum enim est
quod Aristoteles in Politicis suis etiam memorat, ut temporum ita quoque Studio
rum quasdam vicissitudines et quasi revolutiones esse. ut nunc quidem
Illa Studia efflorescant, mox alia atque alia. Ac proinde Credibile est
Iacobum Swinkam exoptasse cum alijs, ut artium et Scientiarum Generale
Studium in Polonia instituerentur. Quod Cum Miechoviensis vir eximius
inter fugientes antiquarum Scripturarum characteres invenisset non ob:
servata temporum ratione, pro Iaroslao reposuit Iacobum Swinkam
cuius hoc idem votum Academiam erigendi fuisse ex antiquitatibus Polo:
niae cognoverat.
Sed quo Cracoviae Thuringis alijsque exteris in Poloniam commigrandi?

vide Antonium Gogavam

Exponam isto loco meam Opinionem, quam auctoritatibus quoq; ut decet qui-
libet antiquarum rerum interpreti communiam. Multa enim praeclara gentis
nostrae gesta scriptorum inopia perierunt, inter continuas bellorum tragoedi-
as. Pudor autem fuit antiquis militibus et Equestri Ordini literas
nosse, ut alicubi memorat Stanislaus Orichovius. quod impetum fortitu-
dinis in hostes cultu literarum enervari existimarent.

Horrent Tyrrenos Heliconia plectra tumultus

ut eleganter aliquis Poetarum scripsit.
Plutus ille caecus divitiarum Deus, multas in Polonia opes recondidit
praecipue circa Cracoviam, circa quam per circuitum amplae fodinae repe-
riuntur Sulphuris in Swdwanow Aluminis . . . . . Bochnae et Vi-
liciae Salis. Ilcusii (et alibi si per aquas liceret) plumbi et argenti
Kielcys Aeris, Checini et Xeomonti Marmoris et in alys multis lo-
cis Ait Maro Auri sacra fames quid non mortalia pectora cogis.

De istis ergo inter terrae viscera repositis Opibus, cum exteri cognovissent
passim ut quisq; valebat ingenio, huc migrabant a principibus evocati
Quia vero in Thuringia Salis copia vel eruebatur, vel excoquebatur, in-
de viri fodinarum experientia celebres evocabantur atq; huc domicilia
sua figebant. Videre licet et legere Scoterum et Conradum Celtem
de Salinis Vieliciensibus Carmine descriptis
Iam si consideres Machinas quibus metalla extrahuntur, si colligas no-
mina instrumentorum Germanica quibus fossores passim utuntur, conclu-
des necessario meam conjecturam non esse nullam, ubi Mechanicae o-
neres potentiae magna et publica utilitate exercentur, ut a Lunaeo Philo-
sopho et Mathematico erudiri videantur, multoq; utilius res ista tracta-
ri posset, si Geometricis praeceptis praecognitis, animus eorum qui profun-
di usui et praxi in potentiarum mechanicarum valore et efficacia excolere-
Mens una sapiens plurium vincit manus. ut ait Euripides
Sed multorum plerumq; ingenia aemula sunt non doctis, ideoq; fit ut
sibi quod ipsi vel non dederunt, vel dare propter ignorantiam artis non
potuerunt ut plurimum sint inimici.

In Nomine Dñi Amen

Catalogus Prouisorum & Professorum Vladislauiano Nouoduorscianorũ à fundatione factâ per Illm & Mag D. Bartholomaeu Nowodworski

Nomina & Cognomina	Anni	Nomina & Cognomina	Specimina
1 A.R.D. Iacobus Ianidlouius IVD & Prof. Can. Sand. Prot Apticus & Acad. Crac. Procan. integro fere triennio Prouisor Post eius obitũ M. D. Sebastianus Krupka. I. V. D. Can. Crac. Praep. Vieliciend. & Rector Gen. Crac. Vices eius sustinebat.	1611	1. V D M Ianuszowicz Prof. Gram.	
		2. V D M. Iac. Vitellius Prof. Poetices	hic ipso die Circumcisionis repraesentârat Eclogas Pastorales. Dialogum dissoluti Filii, in Contub. Pauperũ Tragoedia Thyestis ex Seneca in Cont: Ierus, spectante magno concursu diuersi statg hnũ. Peregrinũ in Emaus Anno 1618 Mostellariã Plautĩcũ Intermediis messorũ Pol. idiomate; & Auari cũ mendicantibq stipe rogantibus, Diebus caniculavibus exhibuerat. A. 1619. declamatiõne de Passione Dñi N. I. C. instituerat & Carmina pro funere Ianidlouii Prouis. scripserat.
		3. V D M Laur Smierzkowius Dial & Rhet. Professor.	hic pro festo S. Ioan: Baptis. Declamatione insti. Oratione de D. Cantio cum Versibus Lyricis & Affixionibus publicis in aedibus D. Annae. Declamatione de rediuiuo Christo cũ carminibus in Contub. Ierus.
		4 V D M Simon Rozemberski Prof. Sch. Gram:	hic Dialogum de Gallorũ querela contra Gallinas exhibuerat.
		5 V D M. Andreas Praga. Sch. Dial. Prof:	hic die Decollationis S. Ioan: Baptis Tragoedia Buchanani cum Intermedio Pastorum & Satyra in mores Scholarium introduxerat.
		6. V D M. Sigis Grypenowicz Sen Contub. Phil. Di. Prof	
		7. V. D M. Ioan: Iarkowicz Prof. Poëtices	hic de festo S. Martini in laude eiũ SS. Declamationes cũ Intermedio animae poenitentis produxerat.
20 24 il. 2 A R D. Basilius Golinius S T D. Can. Crac. & Senior Pater electus Prouisor Nouod:		8. V. D. M. Rogaliez datus pro coadiutore ad Sch. Gram	
	1621	9. V. D. M. Gregorius Modlinius Prof: Sch: Grammat.	hic A. 1622 post festa Pentecost. de tempore & post festũ San: Ioan: 1623 de festo declamationes per suos discipulos habuerat
		10 V D M. Daniel Wilczek P. Sch. Dial. post praefuit Sch. Poëseos	hic declamationem instituerat per puerum, ingenio, memoriâ, conceptu & oris elegantiâ rarum, Mogilnicki cognomine.
		11 V D M Ioan: Bandurkowicz Prof Sch. Rhet.	His docentibus in Quadragesima erant Declamationes in laude Ieiunij: de Resurrectione Saluatoris Magdalena lamentans inducta cũ D. Petro plorantes, quos Varii milites ad Christi tumulũ excubantes subsecuti. Duo etiã Actus publici exhibiti erant. Imus Polydorũ, prodigũ, & demũ resipiscentem induxit. Alter Christi Dñi Natiuitatem Varias personas inducendo celebrauit.
		12 V D M Albertus Gnatiowicz Pfes Gram:	
		13. V D M. Stan: Caplic. P. Dial	
		14 V D M Zywiecki. Prof: Poëseos	

Anni	Nomina et Cognomina Provisorum	Anni	Nomina et Cognomina Professorum	Specimina
1624 die 23 Jan	A.R.D. Adamus Opatowius S.Th. Prof. ad San: Annæ Decanus electus in Provisorem	1626	15. V.D.M. Joan: Rozycki Pro. Di:	hic ad diem festũ S. I. Baptistæ declamationes Verũ et Oratione instituit et actus lugubres Decollatione repræsentante
			16. V.D.M. Albert Samborski Prof: Poetices	hic ex Seneca Tragico Hyppollitũ induxerat.
			17. V.D.M. Baltazar Karzynski Prof. Grammat post Poetices	hic Parentũ indulgentiã liberis perniciosũ declarauit, præcisis aliquot actibus extra Scenæ ornamentũ Personas ad vivũ exhibuit, multis iucũndioribus Dialogis mistis; nam dies Bacchanaliũ erant pro festo Paschatis et pro Natali Christi declamauit vario genere carminis
			18. V.D.M. Matth Krasnicki. Professor Grammat	hic Natale Dni exornauit et Carminũ et Orationis declamatione et Personarũ exhibitione.
			19. V.D.M. Abraamowicz. Prof. Schol Poetices	hic exhibuit declamationem de Resurrectione Christi, postea Vocatus ad instituendũ filiũ Illmi D. Koniecpolski Ducti exercituũ.
		1627	20. V.D.M. Matt: Mychynkowicz Prof. Grammat	hic pro innouatione studii Oratione et carmine instructis O... nis Iuuentutẽ Academicã ad tractanda studia seriò cohortatus est
		Isti Professores Musas Novoduorscianas gratulantes feliciter aduentũ Illmo Andreæ Lipski Epo Crac: ad suũ Episcopatũ expediêrat obviã	21. V.D.M. Zaleski. Prof: Gram	
			22. V.D. Baccal: Joan: Wrzeczynski. Elem Pfes	
			23. V.D.M. Daniel Otrebosz. P. Grammatices postea Poetices	hic post festa V.D. Andreæ Zaleski successit et oratione lenta gratulatus est Vladislao IV. felicissima Regni auspicia
			24. V.D.M. Joan Rachtamowic Prof: Diale:	Hic diem Natalem Christi D. Octauiani Tragœdiã exornauit, Varias inducendo Umbras, multorũ animos recreauit.
		1629		
		1630	25. V.D. Baccal Czychrzynski Elem Pfes	
		1631 et 1632	26. V.D.M. Joachimus Sperónowic. P. Dial.	hic Poemate eleganti gratulatus est Vladislao IV regni gubernacula
			27. V.D.M. Lucas Piotrowski Prof: Gram: post Dialectices	hic Grammaticas institutiones conscripsit, quæ in Usũ Iuuentutis Academicæ felicissimè cesserunt, publicis monumentis consignatæ.
		1633	28. V.D.M. Joan Grochalski Prof: Gram:	
		1634	29. V.D.M. Gaspar Gelasing Gram: Prof: Post. Poeseos	
			30. V.D.M. Stan Osedowski Gra: Professor, post Poëseos	hic in Schola Poëseos Poemata de S. Catharina declamari fecit cũ Intermediis de Nat: Dni tempore, Quadragesima quoq; de passione: die Parasceues etiã alia Poemata de Passione Dni Vesperi in templo D. Annæ, rursus Poemata Anno 1638 de Passione Dni à 30 Studiosis declamari fecit in Schola Poeseos: die Parasceues planctũ m... Saluatoris in templo D. Annæ exhibuit.

Anni	Nomina et Cognomina Provisorum	Anni	Nomina et Cognomina Profeſſorum	Specimina
1634 die 16 Martii	A R D Jacobus Vitellius Sylvianus Eloquentiae Prof: Can S. Annae cumque discessisset in Italiam supplevit vices eius M. Jacobus Piotrowicki Can S Annae Ao 1631	1635	31 V.D.M. Nicolaus Sulikowski Profeſ. Rhet. post Di: 1631	hic Anno 1631 Hiſtoriam de S Joan: Eremita post Dnicam Septuag: in Contub: Hierus. Carmine exhibuit A. 1638 Lechopodia ſeu Orationem de institutione Acad; et Orationem typis mandavit dum Sereniſ: Vlad: IV Vienna rediret Cracoviam
			32 V.D.M. Woytowicki Prof. Gram	hic Dialogum de Paſsione Dni tempore Quadragesimae inter Scholasticos pariter produxit
		1631	33 V.D.M. Jac. Kubitkowic Profeſ: Rhet:	hic Orationem de pietate cum literis coniungenda in studiorum innovatione ad temp. D Annae habitam Typis mandavit et Comoediam ex Plauto Moſtellariam produxit An: 1643
			34 V D M Andreas Lpnicius Prof. Gram: post Rhe:	hic Dialogum de Nat. Dni in Schola ſua exhibuit A 1638 Historiam de Xerxe in Contub: Hierus repraesentavit.
1637	Electus in Provisorem A.R.D. Adamus Opatovius SS Th D. et Profeſ. Decanus ad S. Annam adiunctusque ei vice Provisor R D. Jacobus Piotrowicki Can S Annae Prof. Sylvianus. Sub quorum regimine in Schola Dial: et Rhet: singulis diebus Sabathi alternatim declamationes fiebant.	1638 et 1639	25 V.D.M. Matth: Bolski Prof: Poeseos	
		1640	26 V.D.M. Joan: Makowiecki Prof Gram	
			31. V.D.M. Joan: Skrzeskowski P. Gram.	
		1641	38 V.D.M. Samuel Kuszewic. Pro: Dialect:	hic Tragoediam Thyestis ex Seneca demonstravit
		1643	39. V.D.M. Joan: Radzki Profeſ: Poetices post Rhetorices Ao 1646	hic in Schola ſua Eclogas Pastorum ſatis pulchras et decentes produxerat Ao 1644 tempore Bacchanalium Dialogum de S. Eustachio in Area Scholarum exhibuit
1643	Electus in Provisorem rursum M Jacobus Vitellius Can. S. Flor. SS Th ~~Prof~~ sub hoc Provisore hoc eodemque anno 12 Junii translatio Scholarum in Collegium Vladislavianum:	1644	40. V.D.M. Sebast. Stryiewicz, Prof. ~~Rhetorices~~ Dialectices	hic Thiestem Senecae repraesentavit.
			41. V.D.M. Christ. Ziemkowicz Prof Rhet:	hic Aulularia Plauti demonstravit.
			42 V.D.M. Stanislaus Garnuchowski Prof: Grammat.	

Anni	Nomina & Cognomina Provisorum	Anni	Nomina & Cognomina Profeſsorum	Specimina
		1646	43 V D M. Ioan: Screchowic. Prof. Gram.	
			44 V. D M Ioan: Slizowic. Prof. Gram:	
			45 V. D. M. Andr: Tluszewski. Prof: Gram & coadiutorq eius qui ſequitur	
			46 V D M Matthias Gladysz	
			47 V. D. M. Petrus Janikowski coadiutor additq. E. D. Radzki solus laboravit in Sch. Rhet: ab A°: 1648	
1648	Electq in Provisorem M. Adamus Draski S.T.P. et Sen. S. Flor. Decanq		48. V. D. M. Ioan: Jarzynski. Prof. Dial.	
		1647	49 V D M. Alber: Nowakowski. Prof. Gram	
			50. V D M. Slizowic Profeſsor Gram:	
		1658	51 V D M. Alber: Walkowic Prof. Dial:	
		1659 & 1650	52. V. D. M. Stan: Slachcka Prof. Dial.	
1650	M. Ioannes Brosius S. Ph: Licent. renunciatq Provisor	1652	53. V. D. M. Christ: Stelanowicz. Prof. Rhet.	
			54 V. D. M. Ioan: Dziedzicz. Prof: Poes: post Rhet: ad extremum Dial	
		1654 16	55. V D M. Jac: Baltazarowic. Prof. Gram post Poes: deniq Dial	
			56. V. D. M. Stan: Sodlowski. Prof. Grammat: post Dial.	
		1664	57. V. D. M. Iaco: Mościcki. Prof Gram: post 1658. Rhet.	
			58. V. D. M. Florianus Barszczewicz. Prof. Gram: post Poeseos	
		1655	59 V. D. M. Zelazowic Prof: Dial: 1659	
			60. V. D. M. Alexandrowicz. Prof. Dial	hic funus Oſsolinii Castellani Cremensis Oratione emiſsa in lucem publicam concelebravit.
		1656	61 V D M. Joannes Rudzki. Gram:	hic tempore durisſimo post expulsos Profeſsores à Suecis, plusqm medio anno informavit Iuventutem Craci, A°: 1661 ad innovationem Studiorũ primam post Suecos Orationem habuit, de ruinis Scholarũ, tempore studiorũ A 1668. Orationem Aurelii Lippi per octo discipulos suos de mavit. Dũ Ex. D. Ioan: Radzki Collega sũ auspicaretur Prof. Tiliciana carmina Typis mandavit: eodẽ anno die festo Visitationis B.M.V. in Cracovio Academico peroravit. A. R. Albertũ Lancuski artiũ I.U.D. Corona Themidis praecinxit, A R. Stanislaũ Jurkowski ne literatũ dũ sceptra Academica teneret Ad Lyrã Apollinis fecit in Scho: Poet. docuit, post 1669 Sch: Rhet. suscepit: in qua de Confo militibus Poloniis disſertationes exhibuit
			62 V. D M. Sebas: Wilkoszewicz. coadiutor ad Sch: Gram: Commutatione Aestiua	
			63 V D M. Alber: Majerowski. P. Gram.	
			64. V. D. M. Adamq Bogkner Prof. Poeti:	
			65 V. D. M. Iac. Ziebrowski Prof Rhet	hic Coniurationem Catilinae repraesentavit.
			66. V. D. M. Valentinq Mazurkowic. Prof. Poet: post. Rhet	
			67 V. D. M. Florianus Bartlinski. P. Poese:	
			68 V D M. Stan. Zelazowski. P. Gram	
			69 V. D. M. Franci: Gerath. Prof. Gram	

Hic Modlinius regebat Classes post Piotrovium

NB Addendi sunt hic et alii Excell. DD Professores usque ad praesentes.

NB et Clarmi DD Provisores usque ad modernum: immediate sequentem Joannem Smiesalski. Et cum notandi et nomini Intimationes quarum Auctores fuerunt apponendae quae apud nos sunt ...

TOMUS V
FASTI
ALMAE ac INCLYTAE UNIVERSITATIS CRACOVIEN. RELIGIOSORUM VIRORUM

QUI
IN ACADEMIA LAUREIS
exculti
IN ECCLESIA DEI
PIETATE
SANCTITATE
DOCTRINA
claruerunt

CONSCRIPTI
Per
M. MARTINUM RADIMINSKI
Collegii Maioris Professorem
[illegible]
PROTONOTARIUM

✠

TOMUS V.

FASTI

ALMÆ & INCLYTÆ
UNIVERSITATIS CRACOVIEN:
RELIGIOSORUM VIRORUM,
Qui
IN ACADEMIA LAUREIS
exculti,
IN ECCLESIA DEI,
PIETATE,
SANCTITATE,
DOCTRINAq;,
claruerunt.
CONSCRIPTI.
Per
M. MARTINUM RADYMINSKI
Collegii Maioris Professorem,
S.ctæ SEDIS APOSTOLICÆ
PROTONOTARIUM.

1.

430

APOSTROPHE

ad Conuentum Miechouiensem.

Et me profani Coetus Apollinis
Rursum resumpsit, iam melioribus
Datum Camoenis, et Sacratum
Calliope dedit esse Vatem,
Vestras ad Aras, ô Sacer inclyti
Ordo Senatus! quà Vigil excubat
Ad Busta Custos, et Sepulti
Depositum tenet Arca CHRISTI
Abeste Musae! nil Veterem iuvat
Inflare buxum: nil popularibus
Certare Verbis, nec iocoso.
Sacra licet temerare Versu!
Hic illa Sancto Carmine Sanctior,
Intaminati pectoris Incola
Canenda Proles, quae Vetustum
Principio coluit Sionem:

Vbi Sceleſtus ipſe ſuas tenet
Sedes Tyrannus, templaq; Regia
Natiq; morientisq; CHRISTI
Sacrilegâ temerat cataſta!
O quàm ſereno tunc fuit æthere,
Lullatus Orbis, cum Solymæa
Oditq; deſpexitq; Regna,
Ad Lechicos properans Triones.
Ordo Poloni Gloria Nominis!
Quo nullus unquam Sacra Vetuſtior
Accepit aut tractavit unquam,
Chriſtiadûm nova Sacra ~~monumenta~~ Legis!
Sic est! Prophetæ nam Solymis canunt,
In glorioſis Hieruſalem plagis,
Divinitus Te collocatum
Nocte dieq; DEO excubare

Cuſtodiendis

Custodiendis manibus, Ah dolor!
Arisq Veri Numinis, ah nefas!
Aris, Threicius quas profanat
Sacrilego Machomet boatu
Quod si Laternis Thrax prohibet Pios
Invasor Orbis, stare penatibus.
Salute Cives, ad Polonas
Rite polum revocate terras!
Europa nunc fert, quas Africa tulit
Leges Sacrorum, Primitias quoq
Vos Christianismi tulistis
Huc ab Apostolico cruore.
Vt ergo quales nuper adoreas
Miechoviensis Crux dabat amplius
Musisq Parnassoq, talis
Laurigero revirescat horto.
Quotquot.

Quotquot secundis Auspiciis Tuas,
Domus, amicas novimus orbitas
Vovemus, ad Fraterna Sceptra
Vive Cruci, Crucis Alma Nutrix.

M. Christophus Radzki

Iosephus Doctor. Parochus Cassoviensis.

+

M. Fabianus Bircovius C.M.

Felix es Leopolis, non agri fertili et gleba, non muris et mœnibus
non Caelo vicinis arcibus et Orientis mercibus, non terna Episcopum
infula et paventi Leonis invicta fortitudine; sed viris quos Ec-
clesiae Patriae Academiae fecundo hic emittis e gremio. In multis
est Bircovius Suadae amor, copiosae loquentis Sapientiae, in Cathe-
dra minoris Collegii Professor Ordinarius, vir litteris et bene me-
rendi studio de omnibus, praecipue tamen contemptu sui et Humilita-
tis cultu quo affluebat admirandus. Exemplo non verbis meis
qui eum non vidistis fidem date. Florebat ita in Academia do-
ctrina, gratia, discipulorum frequentia, manibusque prope omnium pro-
pter miram in docendo facilitatem morumque suavitatem ad caelum
usque efferebatur. Illum sibi Supremae Doctoralis Cathedrae Doctorem,
illum Regii fasces olim Rectorem, illum pro honorifica beneficia
ac ab ipso ornarentur possessorem ambiebant. At ille hic
et alia seque insuper ad terram allisit et cucullo D. Domi-
nici ne nosceretur involvit; regi potius quam regere doceri quam
docere malo acceptum esse quam affluere. Dignesciri ac contemni
cupidissimus. Sed qui Lycio lucere soluit, orbem non latuit.
Dum eorum quibus se totum tradiderat mutata dicendi ma-
teria Oratorem agere jussus Generalis Praedicatoris munus egregie explevit.
Loquebatur regibus nec confundebatur. Dicebat in praelia exe-
rcitibus nec vincebatur, traxit ingentes hominum catervas
aure summa tenus aureis catenis ad caelum nec fatigabatur
ut Hercules. Hinc Sarmatiam eruditis Scriptis. Bibliothecas
Patrum Sermonis replevit Latialem Suadam Patribus et Fratribus
sui Ordinis dicavit. Verum illum fuisse amorem Charitatis
Dei et proximi liquescentem loquitur Praefatio Libro praemissa
Ultimum suum DIXI Prolulit Cracoviae A°.
Vir erat plane magnus et multarum virtutum clarus insignibus
quem calamus noster plane assequi vel in umbra nequit
eum quondam Coram Orator Oratorem Successor in Cathedra
Academica antecessorem Mgr Laurentius Szmieszkowicz Gra-
tulatoria Prosphonisi veneratus est.

Leopoliensium Coryphaeum luminar,
(Ubi erant Athenae Russiae)
Professor olim gloriose Academiae,
Aeternum inoblite tuae;
Nunc Praedicatorum Ordinis Sanctissimi
Rutilum jubar facque Candida nitida,
Ecclesiae Dei una Syren caelica,
Divine Cygne, Suadaeque

Instructus linguis, Graeca Hebraea pariter, et
Antiquitate sat inuictis;
Pericle potens, at verbo ita exemplo arduo
Qui quod mones facis prius:
Fabiano Magnum ornamen, et grande decus
Ecclesiae almique Ordinis:
En de tua venatione mystica,
Quam opima quam proclam fers?
Quam suaue pulmentum apparas inde omnibus
Epulumque fingis multiplex!
Tu amplandae ad sedem Triadis, ex cathedra docens
Populum ire per Christi vias,
Insitata operasprecia, plena horrea
In vinea domini struens,
Quantum beationis annonae solo,
Manu intulisti propria?
Nec uno id anno opus graue nimis et arduum
Noster vigil operarius;
Inuictus exsudabat operam arcanam
Sudore sancto prophetans
Non tormenta obscura Sphyngis lemmata
(οφιμαθιας τεκμηριων)
Non et diurna insomnia vigilantium,
Ea cogitata abnormia
Quae nec sui autores sciunt, qui haec nunciant,
Promebat haec Musa Attica:
Sed sensa rebus tecta diuinissimis
E visceribus eruta sacris;
Patrumque sancta ac erudita Oracula,
Synodos sacras scitaque sacra,
Aegyptiorum omnigena spolia huc transferens
Enthusiasmi conscius,
Pendens ab alto e suggestu, Angelus
velut occinebat. Hinc gregi
Sacra pia pabula; solidaque mansa in animam
Solicitus inferens; et hinc
Satiens efficacibus paraenesibus probum
Vitae actionum sanguinem
Creans; satis lautum beneque nitidum gregem
Reddebat excubitor vigil.
Sed non domi tantum, foris etiam, sub et
(Quis crederet) belli sago.
Clangebat haec Dia tuba, clangoreque suo
Signis praeibat militum?
Narrabit haec longe futuris saeculis
Candida fides annalium;
Et noster ubi Princeps Serenissimus erit
Vladislaus amor LECHIAE,

Spes Una grandis Patris, Volupe unicum
Amoenitasq; Principum;
Scribetur ibi Fabianus Orator sacer
Frangentis hostem Principis.
Cum dum Moschi colla ferro subigeret
Gelidissimis Trionibus;
Gentemq; perfidam doceret ex fide
Agere, capessens dominium,
Spargebat ista mella Nestor liquida
Moresq; rigidi militis
Formabat ad Rubricam Dei; cupide canens
Ne dum gemunt in vinculis
Hostes; misella praeda vilesq; mancipi
Furno trahatur Tartaro
Ille ille gloriosus Victor gentium,
Germen Polonum, exercitus.
Ergo et cum Helluator Orbis maximus
Fax Christiani nominis,
Pyrata regnorum, Tyrannus Principum,
Othomanides crudissimus.
Nostrum omne Sanctum ~~atq;~~ et omne charum perdere;
Crucemq; et affixum Crucis
Sacrilegis Gyganteisq; nisibus
Ast irrito conamine
Abolere anhelaret Gigas foedissimus,
Furens et impia bestia:
Cogebat ore suo rotundo Melleus
Fabianus anchoram Spei
Defigere in potentia Celsissimi;
Moysesq; factus Lechicus,
Tendebat Orans, supplices Caelo manus;
Humilemq; ad aram cernuus,
Deo Patri acceptam offerebat hostiam,
Dum bella ciet Israel suus;
Hortabatq; ardentibus in hostem Crucis
Animabat animosissime.
Sed hunc Ulyssem mysticum tantum strenuum
Tulisse Sarmatiam, parum est:
En ecce nobis alia sua Volumina
Vigilata Serotinum ad oleum
Laboriosa, fructuumq; provida
Ceu apis, et haud nobis modo
Prodesse satagit: exteris etiam nec his
Tantum, sed etiam posteris.
Vives quidem Fabiane Virtute solida
Aeternitatibus omnibus;
Verum perennabis his scriptis quoq;
Mortalitatis inscius.

Vives in opere scriptorum, quos clarus
        Solenne quodque per te habet;
Vives in his Orationum Oraculis;
        Quae encyclopaediam tuam
Loquentur, illudque igneum in Sanctos viros
        Et inaestimabile studium
Quo exoscularis castae Sanctaeque pectora;
        Extollis, et caelo tenus
Absque macula innocentiam, speculum offerens
        Ut sese in hoc quisque videat.
Laudesque spectet, non ut animum faciat
        Sed ut imitetur graviter.
Laetantur illa magna luminaria
        Tui Ordinis Sanctissimi
Acroamate sui fratris et sui aemuli;
        Servumque te caelo inferi
Optant, diu isthuc ut manipulos inferas.
        Vives et in iis quos premis,
Damno orbis haud tenui, variis miscellis; per [illegible]
        Comitia, funera, bellaque
Orationes; tum periculosa fulmina
        Contorta magnis viribus
Hic tandem ut emittas, rogatu maxime
        Commune te bonum observant
Sic vivere viros adderet, Sapientiâ
        Et Sanctimonia inclytos;
Prosint ut hominibus diu superstites;
        At post sui fati diem
Scripti suis aeternitati haereant
        Usque temporum omnes terminos.

8
437

M. Hyacinthus Liberius S. P. D.

Omnes et ea Schola, quae causas inquirit et reddit eorum, quae ocu: los, certo situ, distantia, ordine, lineis, coloribus; sive in pictis imaginibus, sive in politis specularibus, sive propter mobilem aquarum discursum, sive ob Sylvarum, tectorum, speluncarum anfractus et recessus, possint fallunt at verum judicium rebus ferant, dioptra optimi remotissima, proxime inspiciunt. Ut enim Lunae Scrupositates metiri, Solares maculas notare, Iovis et Saturni Satellites, innumerosque novarum Stellarum choros quotidie numerare possent, fabrica ingentis Thelescopii, veluti Pelion Ossae impo nendo, oculos sideribus admovent, imo dum plures, alas sibi quibus coelos transvolent, trepidationemque à novis Gigantibus primi mobi lis, eiusdemque accessum et recessum observant, sibi assumunt et adaptant. Non omnes item eiusdem Scientiae Sectatores, ea quae ultro in oculos involant, et ipsis atque etiam alijs maxime proficua et salutaria sunt attendunt, quibus omnino neglectis, sponte sua non ullo fabulosi de nis fulmine, è Coelo in barathrum praecipitantur. [illegible] astra numerans, in foveam lapsus, Thaletis cervicibus, monuit anicula risum. Pape! inquit et hic, tuis oculis, dum sibi non coelo oculos habet, ab alto in abyssum ruit; ego vero lusca et clauda quae ante pe: des sunt specto, secure incedo, et illos nonne sum proprior astris. Congruit metri Poëtae

Omnibus in terris quae sunt à Gadibus usque
Auroram et Gangen, pauci dignoscere possunt
Vera bona, atque illis diversa, remota
Erroris nebula. Cur? obsecro.

Nempe quia Coeca mens, alienorum curiosissima, seipsam negligit. Astris ut det oculos, tota de nocte vigilat, ut seipsam videat, de die non expergiscitur. Quae jam Plutarchi Lamia domi ipsa coeli in: gredientibus coecior est? qui in ea quae intra illos sunt inquirere nolunt. quae rursus foris oculatior? quarum omnes unum tantum ipsi Coelum sibi fabricant oculos, ut ea quae supra illos sunt, quaeque in Coelis fiunt, sciant, seipsos nesciant, quasi pluris eorum intersit Sy: dera nosse, quam ea mores illorum inspectores quam dominos esse. Longè alia mens, alia cogitatio, in spatijs Academicis viventi Li: BIRIO fuit. Is enim, quamquam recentiorum novas sententias in Philosophicis, Mathematicorum vero curiosissimas inventiones, et recens excogitata instrumenta, toto pectore amplecteretur; Telescopio ta: men, non alia prius, quam seipsum; deinde Orbem hunc, quem nos à complexu rerum omnium, Universum, ab artificio Machi: nam, ab elegantia Mundum nominamus, immundum, putidum, Va: nitatem, et nonnisi qua vitijs scatet, Oceanum esse maluerim, inspexit et despexit. Vidit in eo volutari, Lucri et sanguinis dedi tos, sitire avaros, ardere furiosum ambitiones, Plus ultra navi: gare ambitiosos, submergi interea omnis status et conditionis

* De Talete Laertius memorant cum ab anu extra domum ad sydera contemplanda duceretur in foveam incidisse, ingemiscentique dixisse anum Tune o Thales quae ante pedes sunt videre cum nequeas Coelestia cogniturum te putas. Laert. l. 1. vit. pag. 8

plurimas, ad portum felicitatis appellere paucissimos. Oculum ergo ad
cellam D[omi]no dicatae Domus, Sacratissimi Corporis X[rist]i, Casimirus ad Coroniam
quae illi Patria fuit, consistentem, transtulit. Ex qua per observantiam Re-
gularem, tanquam per pontem sublicium, è terris, per Oceanum infimum,
ad Coelos, ductu Magni Augustini, plurimos tutissime traduci agnovit,
Quare et ipso abiecto post tergum Saeculi negotio, relicta in Peripatheo
nostro, Cathedra, vitam Religiosam Canonicorum Lateranensium, sub felici-
auspicijs M. Martini Clociny illius Canonicae antistitis, amplexus est.
infami morte invenit, iubet effringi in fenestra praetorii orbes vitreos, et praecisuras in foribus malos imprimi. Convocat deinde consules: queritur vio-
lentiam praetorio à Magistro illatam: lictorem vulneratum, hortatur, ac
rogat ut violator civium captus fuerit plectatur.

Ut eam caperet iniuriam curae sibi esse, modo consules cum eo, et cum Polako
consentiant. Consenserunt reliqui, unus Nicolaus Baranowsky ubi inconsi-
deratus reclamavit, et cum dissuadere non posset ad eius sua ex urbe
exivit ne tam funestae tragoediae interesset neve caput suum in hoc certamen
iactaret quod malum exitum habiturum timebat. Consulitur itaque de nece Magistri
in praetorio qui est locus iustitiae calumniae et crimina falsa confinguntur. Conduci-
tur etiam Trecentis Tallaris, à Chrzastho ad lamina, Vicecapitaneus Cracoviae
homo Cholericus avidus pecuniae, sitiensque sanguinis Catholicorum et alacrius ad socie-
tatem sceleris accessit, tum quod mercedem sanguinis accepit, tum quod à Pa-
latino in vinctum id sibi ac demandatum habebat. Re itaque in hunc modum
concinnata conducit iterum Chrzastus Szczekocia suum, dolum edocet pecu-
nia subministrat, ut cenam in domo ducali, in qua inquilinus erat propter
Chrzasthum apparari iubet. Sed mulier familiaris subodorata scelus, traditorem
à se repulit. Ille tamen hanc ipsam cenam in alia caupona apud Mar-
kowsky apparari curavit. Ad quam et illuc et Magistrum per internun-
tios ter missos invitat simulando se in gratiam cum eo redire velle. Ver-
sum Magister maestus admodum eo die esset, excusansque eam cenae venire recu-
saret, venit ad eum familiaris Zaloga amicus Jesuitis ignarus insidiarum ad-
ut rogans ad eam cenam, et ad gratiam reconciliandam. Victus tandem amici pre-
cibus, venit et assecuratus de pace ac salute: quum assideret. gladio à se remoto,
irruunt magno impetu lictores à Chrzastho et Decemviris cum pedibus et cum
satellitibus ex castro à Vicecapitaneo submissi. Captivatur ab his Magister, inno-
xius inventus, noctu per tumultum et in carcerem ad praetorium perductus, traditus
ipse in manus impiorum. Fit inde gaudium magnum, quale olim fuit de capto Christo
a Pharisaeis. Sed conclamatum est, tamen ab universa civitate. Magistrum nulla
aliam ob causam, nisi propter filiam Polaky. et stupra Chrzasthi captum esse.
In crastinum conveniunt consules ad praetorium. locum iustitiae. Advolat conducticius
ille traditor. Vicecapitaneus: consulitur praecipitanter in necem capti. Et quia
varia crimina. et testimonia falsa congererent: convenientia non erant. Cumque
non posset verum. aut verisimile aliquod. inveniri crimen, tum instigatores
Chrzasthus et Polacus. asseverare coeperunt. multas violentias à Magistro
civibus factas iubentque adesse cives ut de vi et de iniuriis suis violato-
rem Magistrum accusarent. At si nullis violentiis, aut iniuriis affectos se ab
illo professi sunt, immo neque scire neque audisse se, quinque de mala eius conver-
satione rogarunt ut quum innoxius esset, salvus dimitteretur.

Hac quod praeter expectacionem accidissent Polacus et Czegots in accusandi crimi:
nari eum ceperunt. Exhibuit Polacus epistolam cuiusdam, ex Lituania
de Magistro scriptam, quod res nō nullas eiusdem nō restituerit, Deinde quod
in centuria pressus sui, in expeditione Lituanica militans peditum, se deffendens
occiderit quendam civem dicti hoc antea transactum esset, ridiculum erat eos alicui fo:
ri negotia, quod nullus actor legitimus adesset, curanda sibi dissimulet.
Et quod hac vim nulla haberent: tum idem Polacus maiora dicere cepit, se
mensibus gesti à se Protoconsulatus ante tres annos Magistrum ipsum apud
filiam captivasset, gladium et clavam ei ademisse, vestibus expoliasse ac liberum post:
ea dimisisse. Eum tum hoc beneficio suo, nihilo meliorem factum contemptabilit
se erga Polacum gessisse in eo tempore, quod Hterens domum eius, simul et fun:
damenta, sub domo iacentia commovisset. Per quod Magistratum consularem lesisse
eum criminabatur. - Maiora sed ficta Czegots accusare eum orsus est. Sci:
licet quod violentiam Hterio nocte intulerit fores pulsavit orbes vitreos in fene:
stra perfregit. Lictorem percussit, locum publicum ac sacro sanctum, locum iustitie
domum regiam violavit. Ad hac eum ipsum Magistrum: hominem eum esse audacem
et strenuum ad statum, qui nos magistratus consules contemptui habet, in occursu nō genua
curvat, nō adorat, et authoritatem Magistratus nostri consularem, superbia ista
sua, apud plebem plurima temere facit. A quo et mihi et vobis omnibus certum intel:
periculum imminet. Ulcisci tamen nos ob honore suae existimationis nō permittit. Utique
si dimittimus eum numquam de vita securi erimus. Hoc loco suggerente Vicecapitaneo
novum excogitarunt consilium ut haberent quasi indubitabile testimonium de vi
Hterio facta, simulata ergo illum gratia. allocuti sunt eum insidiose, pollicentes
ei dimissionem dummodo scripto suo recognosceret. Violentiam se Hterio fecisse et
lictorem percussisse. Credidit eis et quod in dolo optarunt spe salutis fecit. et
scripsit id quod nō ~~fecisset~~ fecit. Extorserunt id ab eo ut cum chirographo
suo convictum iuste supplicio esse affectum apud vos, et alibi probare et scelus
suum contegere possent.
Quamquam et hec omnia conficta atque falsa, à nonnullis consulibus sanioris men:
tis, dicerentur nō esse valida ac sufficientia, ad occidendum publico gladio,
hominem innoxium nec proconsul damnare eum sententia sua vellet. Tum Czegots
et Polak iurarunt solenniter scire se, et hoc testificari tot ac tanta male:
ficia Magistrum commisisse quae digna supplicio capitis essent, ob quae nos inquam
ambo et hoc loco authoritate mea consulari damnamus eum ad mortem quanto
hoc testimonio nostro mediante.
Non est data Magistro defensio iuris, sicut ubique datur nec permissum est cau:
sam pro se dicere. Non vocati quisquam comparuit. Nō erat accusator, nō te:
stis, nō scabini, nō iudex, Advocatus, nullum medium legitime constitutum
nec forma iudicii ordinaria, sed qui accusabant iidem traditores, et compre:
hensores, iidem testes iudices condemnatores Sectores fuerunt. Vicecapitaneo
in gratiam Czegotthi, à quo conductus est. accusationem et processum eorum
solemnisante, probante, ac urgente, impunitatem, etiam ac securitatem consu:
libus promittente, et si quid alicuius periculi esset in seipsum assumente.
Et hic quod à nonnullis nō putarentur esse vera, iussit Czegots et
Vicecapitaneus. Magistrum in catthasta. extendi et per torturam examinari.

Quam quod

Cui cum nihil haberet quod confiteretur, illi tamen ut eum turpi morte perderent
scripserunt in eum ex maleficio, quae supplicio capitali digna esse indicarent quae
cum nunquam illi admisisset. Tali itaque processu, quasi iudicariae potestatis
praetextu in virum innocentem, celebrato Conciliabulo illud infelicem hominem,
eo die solutum fuit constitutum autem, ut in crastinum, quae fuit feria 6 xxi No-
vembris cuncti consulares in Praetorium ad Vicecapitaneum, convenirent ut cum
sententiam de Magistro occidendo mutarent.

Mane autem facto convenerunt Pharisaei Proconsul et consules in Praetorium edicti
ad Vicecapitaneus comitatus praesidibus ac lictoribus castrensibus. Miserunt autem
ad Rectorem, Academiae poscentes, mitteret, ut Magistri ac studentes versa-
rentur in foro, ne vi sese, sub Praetorio agglomerarent ostendentes se esse, et committen-
tes de Magistro Rectori extradendo. Ideo fiebat, ut sine turba, sine tumultu
plebis, et studentium inficeretur. Ad quod destinata, fuit ea hora, qua prandi-
re homines solent. Videns itaque Rector, cum Magistris atque Doctoribus, vel-
lent Magistrum, in extremo vitae discrimine, constitutum misit in Praetorium ad
conciliabulum illud, non nullos Doctores et Magistros, ac studentes primarios,
cum privilegiis immunitatum Academiae orantes, ut in eas violare praesu-
merent, in Magistro eorum, vim facerent. Sed ut Iurisdictioni Rectoris, cui semper
pure ac immediate subiisset dederunt ac ad ipsum suum Tribunal remi-
terent, de quo ille, si quid peccasset, ius dici posceret. Rectorem enim
paratum esse iustitiam, de illo, ex praescripto privilegii Academici, uni-
cuique administrare. Et alia pleraque ad rem necessaria de iuribus
Academiae, dicta tum fuere. At consules ira ac odio excaecatique mente
aberrari a destinata caede non potuerunt eo quod in Palatini patrocinio con-
fidebant, de cuius scientia et assensu haec agebant. Quamobrem tota haec pe-
titio et monitus illi Academici irrisi sunt illic ludibrio quae habiti.

Missi etiam fuerunt a Praelatis, et Canonicis. Viri graves. Andreas Krago-
wsky Archidiaconus, et Episcopi cancellarius et Lucas Podoski. Cano-
nicus Cracovienses ad consessum illud consularem, in Praetorium egerunt pro
Academia nomine Capituli nomine etiam Episcopi monentes ac dehortantes con-
sules ne in contrarium privilegium Academiae agerent, ne immunitates
eius violarent quum et ipsi salvas etiam immunitates suas volunt, sibi
confirmari Magistrum captivum et ceteros omnes Magistros, Doctores, studentes
Scholares, Clericos, non consulum sed Rectoris et Episcopi Iurisdictioni esse
subiectos ab eis in delictis puniendos. Proinde Magistrum Rectori uti iu-
dici suo redderent, et illic iustitiam de eo poscerent, nec ad poenam sangui-
nis festinarent. Et praestolarent potius Episcopum suum, qui post quadriduum Cra-
coviam venturus erat. Alioquin viderent, quanta illis orirentur quanta
sibiipsis, et universae civitati periculum pararent. atque accerserent memi-
nissent similem casum. in consulibus Cracoviensibus. Casimiriensibus. Leo-
poliensibus. Costensibus olim factum qui ob occisos a se in quo iudicio
homines non sub Iurisdictione sua poena talionis perierunt, verum haec audierunt
consules, nec salutarem monitionem, Canonicorum susceperunt, qui cum obsti-
natos, sitientesque sanguinem protestatione facta, maesti ab eis e praetorio
discesserunt. Verum ut non permoverant olim Iudam traditorem Christi Domini
in ultima cena: Ita nec dehortatio ista permovit Pharisaeos, consules,
cum Palatino eorum vicecapitaneo. Daemones enim ac maligni spiritus in cor-
dibus eorum habitantes non sinebant eos. Uti et Iudam quod rectum et salutare
erat, mente percipere.

Itaque

Itaque quum admonendum civitas soluta cives prandebant, non convocatis de more
contuberniorum senatus, sed clauso praetorio. Magister vestibus suis expo:
liatus et ex tortura intimis externisque etiam in membris vitalibus, mortali
defractus sanguinem spuens ac tremens, ex cruciatu et frigore tentatus
post tergum manibus e carcere adducitur ad consessum consulum audiitque co:
tra se sententiam damnationis ad mortem
Hoc loco quum Zalasowskij Protoconsul tergiversaretur cum praesentem
innocentem morte damnaret, obiurgatus est a Czechotho et a Vicecapitaneo quod
cum proconsul esset, officium proconsulis faceret, et hominem maleficum con:
demnare timeret. quem tamen ipse cum Czechotho et Kolako comprehendi curas:
sent et iudicio iam facto testimonijs et sententijs suis iniquis contestassent.
Dicta itaque quali quali sententia condemnatus est ab eis ad capitis supplicium
Correxit sententiam Czechotus, hoc adiecto causam esse mortis, quod
iniquitate ac moraret latro, quam amoris ac fututionis meas inquinasti. Ex:
clamavit Magister. Innocens morior. iudicio Dei et indigna quam non merebar, mor:
ti pareo. Tibi Christe me commendo.
Mox hinc apto Pretorij ostio. Vicecapitaneus Magistrum circumveniens cum lictori:
bus ac tortores, educit homo veluti si esset minister carnificis. Et asse:
clis eiusque eo qui aliquoties sub Pretorio. circumnato circumstantes sodal
ad Scalas Pretorij depulit et locum tortoribus adeo ut esset clamans atque
animans tortorem cui ex conscientia innocentis Magistri trementi gladius
e manibus exciderat. Scis inquit bone frater, cape gladium et hominem nefa:
rium cervicem scinde. Eo ipso momento. Tortor ictu primo vulnerat
Magistrum stantem adhuc quod occiperet. Secundo vero ictu, secuit eum obliquum
per collum et scapulas, etiam stantem adhuc ut caput ei detruncaret. Hic
exclamat Vicecapitaneus (ad eam Lanienam a Czechotho conductus ad car:
nificem illum fratrem) prosterne inquit hunc in terram, percute, seca, fode, confo:
de ut ut potes macta, et occide latronem mori nolentem. Et quum prae:
sens concidisset in terram apprehendit iacentis caput Lictor ac tenuit, tor:
tor vero adactum in gulam gladio, non ictu sed hac illac ducto atque tra:
cto per collum gladio caput corpore abscidit atque avulsit. Et mox idem tortor
a caede oblitus sanguine in Pretorium ad consules refugit qui eum gladio gratias
ei egerunt. Vicecapitaneus inde dicens. Habes quod optasti Czechothe,
ad arcem se cum multis, a studentibus, recepit equo sub eo terram in loco effu:
si sanguinis cadente.
O dirum ac funestum spectaculum. O facinus indignum. omni tirannide
truculentius. O insana crudelitas. Sitisti, profudisti. Sanguinem in:
nocentem. Non satis esse tibi putasti, scaevire in corpus generosum
fraude, iniquitate, ignominia tortura ac obtruncatione, ut vitam ei adi:
meres, nisi insuper confictis sceleribus in famam eius in honorem et gloriam
sanctitatem tua extenuisses, Sitisti et maceram opus Dei quantum potuisti
prohibita ei ac recusa. Sacramentali confessione. O odium diabolicum
O rabies ac nocendi studium non potuisti satiari sanguine humano, nisi
simul et animam quam Christus sanguine suo salvavit interimere una cum
honesta fama, conareris. O stolidi ac nullius frugi. homines, nefarijque se:
ctores. Occidistis occidistis, innoxium. qui spes erat. utilem reipublicae:

futurum

futurum. Et habebit ille quidem omnibus seculis famam gloriosam. Vos vero ob fraudem et scelus vestrum, iam nunc apud praesentes infames ac omni hominum consortio indigni dicemini et apud posteros cum Iuda Scharioth traditores in omni seculorum memoria futuri estis execrabiles.

Dum haec sic acta essent, corpusque Adamini tribus horis iaceret in luto. Conculcarunt substrata ut fit straminia pueri ac mendici, pauci Scholares, non multi qui tum stabant, in foro, commoti necem Magistri; in proconsulem e praetorio exeuntem fugientemque facto impetu clamaris, deprecationibus, maledictis, luto ac [illegible] coniectis fugarunt usque ad proxima domus Czeczotki consulis in qua ille se conclusit.

Convenit postea iuventus studiosa, cum Magistris suis, deplorataque indigna morte, corpus obtruncatum tollentes ad Monasterium Divi Francisci differi curarunt, et in ambitus Sacello insepultum posuerunt, donec quod agendum sibi esset consilium caperent,

Cum sub id temporis undique concursus studiosorum fieret, circa Bursam Pauperum non procul a domo Czeczotki confluxit etiam aliud puerorum ac multorum magnus numerusque ex tota fere civitate qui cum lignis, vectibus, lapidibus impetu, in clausam domum Czeczotki de foris facto fenestras membranas chartas et quae in eis erant confregerunt et contuderunt ac deformarunt, et tapetia in parietibus dilaceraverunt, quos cum studentes, ac Magistri dehortarentur prohiberentque interea ne factum eorum eis imputaretur, tum nulla ratione potuerunt ut a coepto desisterent. Miraculum erat ut quod Magistratus ad vindictam in Czeczotkam non fecit id pueritia et imbecilla aetas illa est ut patuit. Et in hoc adimpletum videatur Davidicum illud ex ore, et ex manu infantium perfecisti et ostendisti Deus tandem et iustitiam tuam ad confundendum Czeczotkam ultorem iniquissimum. Hinc increvit timor consulis in occluso adhuc securitatis suae causa praetorio se continentes, nec ausi sunt inde egredi ad domos suos. Quamobrem mittunt ad Vicecapitaneum conquaeri iuventutem Scholasticam [illegible] orere in se insurrectionem, neque plebi multum fidere. quae consules odisset propter graves tributorum exactiones et propter iniurias et iniqua iudicia in se a studentibus, tumultus excitaretur. Plebs etiam se eis adiungeret, Ideirco praesidium a Vicecapitaneo implorant. Adest Vicecapitaneus cum Lictoribus suis [illegible] et consules animi consternatos animat. Pulsatur campana praetorii convocatur plebs armata, ad praetorium. qua Vicecapitaneus Czeczotkam circumdatum ad domum suam e praetorio deduxit. Sed ob ex conscientia sceleris, timens [illegible] nocturna non ausus est se in domo sua in sequentem noctem concludere, conspecta duntaxat laceratione domus in relictis in ea ad custodiam armatis quinquaginta ex plebe civibus [illegible] medio inter ceteros armatos abductus est per Vicecapitaneum ad praetorium ubi per aliquos duos noctes inter armatam custodiam se continuit. Hoc toto obsequio Vicecapitaneus ceteros consules sceleris socios ad aedes eorum ducebat et reducebat.

Nunquam antea in praeteritis seculis, tam foedum facinus in Polonia est factum Ut capitanei aut Vicecapitanei Cracovienses propter pecuniam addixerint se, cumque et administros se, reddiderint alienis cupiditatibus ad scelus latronum ac sectorum [illegible] perpetrandum.

Nunquam alii quam [illegible] pro mercede locarunt cuique ad Lanienam ad carnificinam ad capturandos per dolum ac fraudem ad necandos infami morte innocuos homines. Solus fuit unus ac primus Vicecapitaneus Paligewszky [illegible] exorti

qui [illegible]

qui in bello reputans famam et honorem suum oblitus virtutis hominis ac sanguinis maiorum suorum quam pro mercede trecentorum tallerorum Czechotho scelesto homini, locavit ad expediendum boni famæ hominis ex ore Cracovien. ad Praetorium defensit. Ut a se atque a Czechotho postum captumque torturæ subiiceret ut morte infami periret ad supplicium ut lictor cum lictoribus duceret locum tortorum ad[illegible] columnam, pararet carnificem truculentum ac stupentem animaret fratrem eum etiam vocaret fameli in super et occidere doceret et de facto hoc suo quasi vel Polono ac fortiter gesta exultaret

Ergo carnifex iste Czechothus Siculus pecuniæ Scelus sanguinis contaminavit se sceleri execrabilem se reddidit foedavit existimationem suam, polluit nomen suum, afficit ignominia. Capitanealem dignitatem cum suo indelebilem notam inussit.

Vetuit autem idem Vicecapitaneus, ut nullus pro protestationes aliquas ex parte Academiæ apud officium ut vocant Castrense facere auderet. Similiter ne notarius officii capitanealis easque protestationes si quis fecerit susciperet neque in libros actorum inscriberet.

Constitutum denique est per consules et per Vicecapitaneum ut singulis noctibus duo semper consules alternis noctibus ac diebus ex ordine praesides in Praetorio essent ac vigilarent ad delicta quæ noctu committerentur vindicanda. Hoc autem est ad Magistros et Studentes limites noctu veluti in recenti crimine comprehensos decolandos. Et ut id audacius factitare possent adacta est plebs ut impensis suis armati per vices successivas alternatis diebus ac noctibus vigiles excubitoresque essent ad praetorium et nocturnum illum Magistratum custodirent ac propugnarent quorum pars una apud Praetorium pars altera in domo apud Czechothum excubabant. Singulum etiam celeniundatores, viduæ, ægroti, operarii, ac famuli et ceteri id genus homines egentes, qui ipsi pace se excubias tenere non poterant, pecunia ad conducendos pro se custodias armatas conferre cogebantur. Metuebant enim consules impressionem cum se a Studentibus ac a Nobilitate quæ tum multa in civitate erat, atque etiam ab externis turbis Mercatorum. Sed pauculus hic timor erat, quasi tum erant Studentes quam inculpabiles [illegible] et ducebant clerici et pollueret se infamiam horum sanguine. Itaque non vi [illegible] non esse. Sed iure ac legibus regni pro libertate, et immunitatibus suis et privilegiis Academiæ, violatis agendum sibi esse decernebant.

Gravabat communitas et plebs civitatis, hac ista excubiarum custodia et tributi in id continuum exactione. Nam singulis diebus ducenti ex plebe armati cogebantur. Rem autem ipsi custodire nolebant aut non poterant alium octo grossis in diem tocies quoties pro se conducebant.

Acerbe id ferebant cives quod hac nova inducta gravique custodia, exhauriebantur et labores opificiorum quibus victum quaerunt, intermittere cogebantur et de vero satis ducebant manus a se tributum conferri, ad Czechothum occidendum qui ob multiplicia scelera innumeraque ac fraudes in vestim [illegible] habebant

Volentes autem eidem Cracovien. Consules calumniatores causæ suæ, ut fit utrumque colorare, et bona afficere detulerunt querelam suam ad Regem in Lithuaniam adversum Studentes accusando ac culpando calumniando illos, tamquam tumultus magnos in civitate excitassent, vim ac violentiam non solum privatis civibus verum etiam Praetorio lictoribus et Consulibus impressionibus ac oppugnationibus in domos eorum factis attulissent. Sese ut anticipatione inquisitionis vera Regis instituendæ commonerent. Et ut aliquem iure occidisse putarentur.

Hoc ipsum Palatinus Mscislowiensis Czegotski venit ad Regem ac ad fratrem suum Vicecancellarium scripsit. Vetus est is et conjuratus Academiae et Catholicorum hostis licet secus pauci putant. Similiter et Sobek Castellanus Sandomiriensis qui tum Cracoviae erat et Zupparius Cracoviensis. Ecclesiae et Academiae inimici scripsisse ad Regem dicuntur, post quadriduum.

Post quadriduum a caede Magistri venit Cracoviam Episcopus Cracoviensis ex Ilza sua. Ad quem cum venissent Doctores et Magistri cum studiosa Nobilitate, orantes opem consiliumque. Super caede Magistri, et violatis eorum Privilegiis: non abnuerat. Dixerat eis honorificis verbis et frigide respondisse fertur. Et cum a tertio hoc ipsum ab eo peterent, et quomodo in funerando Magistro gerere se deberent docere orarent, hortatus est eos ut nullum ex consulibus de homicidio Magistri vel conscios in culpam vocare curarent addens haec verba. Nollem inquit quinquies Verum ipse pro pelle Magistri credito est in sceleribus et maleficiis prorsus quod esset. Aiunt accepisse Episcopum a Czegotho Cuppam argenteam et in ea ducatos ducentos. Id quod ipse Episcopus inficiando quasi agnoscere videtur. Cum Vicecapitaneo se apud eum insimulanti ita respondit. Domine inquit Vicecapitanee aut fratres accepisse me a Domino Erasmo Czegotha poculum cum ducentis Ducatis. Sed nihil accepi et vos scitis nihil accepisse certo.

Ad eundem modum Sobek Castellanus Sandomiriensis. Magistris consulibus ab eo petentibus respondit minaciter Ut erga consules pacifice se gererent. Alioqui futurum esse, Ut non una mater sed filios suos deploratura. Alii ex consiliariis assistentiam Academicis pollicentur. Res haec ad comitia regni defertur At Czegotus cum consulibus fautores suos quos sibi comparat. Nationis Regni quadrupli laborabit. Etiam rerum civitatis commovet Tributa a plebe exigit. Supputat etiam quanta haec summa fiat. rationem init quantum cuique debeat connumerat quod hoc mercede conducendi sint. Non dubitandum enim est Generosos ac Magnanimos consiliarios ac Senatores ad patrocinandum Sceleri et ad justitiam expugnandam pecunia corrumpi non posse.

Ad diem tandem XVI Decembris quum sepultura Magistri Wolscij constituta esset interdicta a Czegotho est. Qui ante aliquot dies proconsulatum inierat Sub gravissimis poenis. Ut nemo eum nec vir nec mulier funus hoc, sua praesentia honoraret, nullus ploraret nullus sequeretur. Opus humanitatis, opus misericordiae Christianae inhibitum est. Volentibus ex animo funus illud comitari. At venerant alii honesti viri ad hoc postremum munus adeo multi Ut horum numerus ad quinque circiter millia computaretur honoratior haec sepultura erat quam qui cum Czegotho omnes consules decollati sub furcam sepeliendi deferrentur.

Antequam autem funus e templo Sancti Francisci efferri coeptum est haec subscripta protestatio. facta ac dicta est. ab uno ex studiosorum coetu. lingua Polona circa corpus illud exanime. Quod desuper opertum feretrumque formatum quoniam aliunde accersito cum testibus ad conspiciendum et testificandum adhibitis ostensum est.

Verba protestationis in Latinum versa.

Tu Christe ac vos Viri Nobiles, ac Notarii publici inspectores. testesque praesentes videtis hunc hominem occisum gladio tortoris, sectum magis quam decollatum. iste est qui nominabatur Franciscus Wolszky. Unus ex primo Academiae Cracoviensis Magister artium doctus. idoneus Reipub: necessarius atque utilis, quem manu violenta Protoconsul capturavit cum complicibus suis consulibus Cracoviensibus per lictores suos in cena in libero et pacifico loco non in caede Quem non occi:

dit quinque

dit quenquam non violavit. Sed nec eis aliquis fuerat, primus seu defensus ac munitus fuit. Nec adversus illum apud Rectorem Academiae querela ulla facta est. Quando quidem ad ipsum Rectorem pertinebat iudicium ac iustitiam de eo secundum dispositionem privilegiorum Academiae facere, et iure convictum tradere ei potestati quae in subiectos Academiae, iure damnatos, traditam habet executionem. Et non solum causa haec adversus Magnum apud Rectorem instituta non est nec acta nec tractata, secundum privilegia Gymnasii. Verum etiam eundem Magnum Volscium professorem publicum vi extraxerunt ex iurisdictione Rectoris non ad Tribunal competens, sed ad Tribunal suum Praetoriali quod nullam superioritatem in eum habuit. Et incarcerarunt extra forum competens in eum carcerem in quo indignes malefactores iure convicti incarcerantur. Quem autem Rector et tota Academia instaret instantem Doctores Magistros ac Studiosos petentes ut Magnus detentus Rectori ac Iurisdictioni Academiae dederetur, et ad ius suum dicens remitteretur, et eidem committeretur, extradere eum noluerunt imo et petitione illa et iniurijs Academiae ludibrio habitis. Magnum iniudicium ante quem et post quem nullus fuit violentiae exemplum aut spacij non admissa ei publica iuris defensa non instigante legitimo actore sed sola re et non iure Lictori ad decolandum mandarat ad Scalas seu gradus Pretorij ubi qui ad Pretorium veniunt aut inde abeunt equos ascendere et descendere solent. Qui quidem Lictor quum ad accelerandum urgetur plures repetitis ictibus vix tandem cervicem cum capite descindit. Ut quod pensavit ille, non decollatio sed sectura et atrox sevitia potens dici debeat.

Hac ista caede et iniusta innocui sanguinis effusione. Offensus est Dominus Deus qui ait ac mandat non occides. Offensus est Serenissimus Rex noster, in eo quod homo liber, non convictus occisus est. Offensa est Respublica, quae cuius ac [illegible] creata est. Supra ius supra superioritatem. Per usurpationem maioris potentiae quam sit Regia, quum Rex non aliter nisi secundum leges indicat convictos iure puniat. Quia sunt iure iuramentum esset tale impune. Offensa sunt etiam ac laesa etiam totius Academiae iura ac immunitates, privilegijs ac iuramentis antecessorum Regum et moderni nostri Regis sunt. Roborata et proceres regni ordines approbata, et subscripta. Specialiter vero ac nominatim per proconsulem modernum Hieronimum Balasowsky circa confirmationem privilegiorum praesentem per Erasmum Czechotkum. Per Bartholomeum Habicht per Petrum Pstalam per Johannem Mostkin per Danielem Valerianum, aliosque eorum collegas ac socios, Ad quae quidem iura, ac Privilegia a regibus Poloniae ad exemplum aliorum regnorum Christianorum Gymnasio Cracoviensi donata, et concessa custodienda ac inviolata tenenda. Proconsules ac Consules consenserunt, subscripserunt, et iure iurando se obligarunt. Id quod tum hoc tempore in hoc Magno violenter ac iniusto supplicio occiso aliter factum esse declaratur. Per quod magnam iniuriam ac violationem iuribus immunitatibus privilegijs et personis nostris intulerunt. Quapropter nos nomine totius Academiae nostrae nomine Rectoris Doctorum Magistrorum Baccalaureorum et Studentium omnium nostro in Universum apud te Proconsule et apud vos Viri Nobiles protestamur et in hoc funere ad Sepulchrum Magni Volscij decolati.

publice profitemur ac denunciamus quod pro hac tam indigna iniuria quae nobis per iniustam Magistri Volsey occisionem facta est nos contra dominum proconsulem tanquam principalem autorem et adversus socios et complices eius suo loco et tempore pro rei exigentia stantes circa ius commune, et circa privilegia nostra procedere atque agere non obmittemus. In summa iniuriam, vim ac violationem privilegiorum quae illata nobis est per iniustam Magistri Volsey occasionem, tibi hoc denunciamus et testatum facimus. ut hoc et alibi ubique ubi necessarium fuerit secundum iuris exigentiam verbis et testimonio tuo recognoscas et testificeris. Et hoc etiam apud te hoc protestamur quod nos amicos occisi Magistri non prohibemus invadere agere pro capite et pro occasione eiusdem Magistri. Nos vero nostram causam agimus contra iniuriam nostram, quae per violentam occisionem Magistri est facta nobis nostris immunitatibus, et privilegiis nostris.

Inde facta hac protestatione, et magno assensu hominum audita ductum est funus ab aedibus domini Arnoldi in qua ad eam eum asservabatur ad hospitale Sancti Spiritus. Sequebatur illud Rector et Doctores ac Magistri et cuncta Academiae multitudo honorarunt illud, ac deduxerunt multi ex Nobilitate Polona praecedentibus omnibus omnium Ecclesiarum ac Monasteriorum processionibus cum ferali ac lugubri cantu. Quatuor autem in locis quatuor huius urbis inculpata sunt voce praeconis autores inter Magistri primum apud Sanctum Franciscum, iterum et tertio in foro Cracoviensi sub praetorio et ad templum Sanctae Virginis Mariae. quartum ad templum Sancti Spiritus, ubi sepultus est. Sed qui ex Consulibus nominati tanquam principales.

Hieronimus Zalasowsky proconsul
Erasmus Czechott
Petrus Polak
Stanislaus Cyrus
Valerian Brenus
Georgius Szelingk

His adiuncti sunt omnes reliqui consulares in universum sunt nominati tanquam socii et complices facti

Finita tandem missa et concione factis quae de more sepulchralibus ceremoniis corpus illud exanime magno honore omnium querela ac dolore in Ecclesia illa Sancti Spiritus apud fratres Rectore Scholae erat in sepulchro decenti honore conditum est. Honorata haec sepultura erat campanis omnium Ecclesiarum ex alto denunciantibus, atque plangentibus.

Meruerit hoc in vulgari per omnes nationes, sed detestandum scelus in iniustissimorum hominum. ut ex fraude sua noti sunt ac sperati ubique, ut non habeantur digni bonorum hominum consortio ac fide. Sed ut contra eos tanquam contra huius Traditorem. clametur ubique. Et curabunt illi quidem scriptis et mendaciis suis se ex hoc crimine abluere et in famam occisi a se falsis criminibus fraude vel mentientibus hominibus certum nam ac manifestum est a malis ac nocentissimis hominibus fraude eorum innoxium iniuste occisum esse.

Iam arbitror vos insipientiam mores studia acta actiones, fraudes, improbitates, et vestras cecitatem. Consulum huius civitatis et potentiorem

rerum eorum ex supra scriptis satis cognoscis. Hoc etiam quod scire quam est scitu
multum refert eos qui hunc Cracouiam gratia litterarum veniunt, qui sunt apud
tibus et amicis instruant ut dolis et insidias quas hic cavere debeant iam ante
praecognitas habeant. Olim civitas haec Cracoviensis ut audio recte atque iuste
administrabatur. Habebat enim consules atque rectores probos maturos doctos, prae-
ditos sapientia claros, prudentes corporis proceros vultu venerabiles eloquio
gratos. Deum timentes Academiae ac iustitiae amatores, et ob id apud Reges
et apud cunctos regni ordines gratiosos. Nunc mutatus est in ea prisci
color. illi optimis successit patribus prava iuventus. Nam qui ea nunc regunt consules
plebei sunt opifices et caupones sine ingenio sine consilio sine ulla scientia tanto
enim elati ydem Nobilitati et clero inimici Doctores etiam Magistros et ceteros
etiam artium liberalium studiosos doctamque iuventutem quos divina et humana
scientia omnique genus virtutum melius quam sanguis et genus nobilitarunt. innato
quodam insito odio prosequuntur. Quibus ut nocere possint causasque seminandi
habeant, advocaverunt lictores suos et mandarunt, et si quos inveniant studiosos
noctu per fora aut plateas euntes iurgia et pugnas cum eis conferant
deinde sensim simulato metu, ad praetorium usque retrocedant quo studentes
illos incautos et fervidos ac insidiarum inscios illuc post se pertrahant atque
domum clausis praetorii foribus comprehensos deliceant contundant ac incar-
cerent et de vi sibi ac praetorio illata calumnientur, quasi vero unus aut
tres iuvenes inermes vim ullam lictoribus valentissimis saepius etiam in
structis aut parietibus praetorii inferre possint. Accidit non ita diu quod
duo adolescentuli Nobiles Szropsky et Lanieczky irent noctu cantilenando per
forum sine telis sine armis tamquam duae puellae irruit in eos lictor ar-
matus ebrius ac furens qui Lanieczkium casto facto percussum in caput
prostravit interea se in mortuum et mox in praetorium refugit. Quem quod
Szobsky insequeretur studio quovis esset is percussor cognoscendi mox li-
ctores, qui intus erant ingressum clauso ostio comprehenderunt plagas affe-
cerunt vim illatam clamantes atque calumniantes. Verum quod nullum esset
delictum causaque nulla staienti in adolescentulo simplicem dimissus est. La-
nieczkius vero ex illa percussura et fracto cranio vix vivus remansit
Protestata ac inscripta est ea violentia ad acta castri Cracoviensis. Similis etiam al-
ter casus ante hunc acciderat, hic aliis tribus adolescentibus scholaribus de Bur-
sa pauperum. Qui cum ex collatione vespertina vino suffusi, primis tenebris irent sub
praetorio cantillantes, irruerunt in eos lictores et verbis probrosis verberibusque
afficientes sensim retrocedebant donec eos uti ebrios et incautos ad instructas
insidias in praetorium pertraxerunt clausisque foribus atrociter ceciderunt et incar-
ceratos per noctem tenuerunt. Unus ex his mortaliter per lictores concussus per fenestram
se nocte e praetorio demisit et ad bursam veniens mortuus est, in crastinum autem
congregatum est cum gaudio concilium consulum in praetorium venit eo etiam Misko-
wius Pallatinus et idem capitaneus Cracoviensis. Tractatum de rore detentorum
damnati erant ad penam decollationis causa erat falsa tamquam lictoribus praetoriaque
vim intulissent. Intercessit ei sententiae Magnus Valentinus Dambienski Cancel-
larius

lanus regni Poloniæ Vir prudens et legum peritus Senator Vt qui nulla
causa mortis esset doliq́ue ac improbitatis ꝑsp[ex]isset dispapst ne decolla:
rentur. Dimissi sunt incolumes et vita tanquam morte commutarunt donati. ꝑ
dolentes Palatino et Consulibus quod non eorum sanguinem ꝑfuderint. De illo vero
tertio qui mortalit à lictoribus obtusus et ꝑ fenestram è prætorio euadens
mortuus est rex impune abijt. Sic fraude perijt innocentia.
Multa alia eiusmodi crudelitatis exempla, committuntur impuneq́ue consulum in studio:
sos bonarum litterarum hic patrantur quos ab ijs saepe lictores sine causa offe:
dunt laedunt vulnerant occidunt atq́ue impune. Super quo iustitia à consulibus
non pot obtineri. Quod autem grave acerbum quod sit quod non ferendum ho:
mini Nobili et ignobili rustico à lictore infami à bellua et à Carnifices aliun:
de sine causa illudi vexari, irritari, captiuari, caedi, vulnerari, occidi nouum
io excellen et mentes quo generosi. Quis autem est, qui non magno animo ferret
Vt de his se vindicaret,
Adeo de consul hostes et non solum Academiæ sed etiam vniuersæ Nobilitati: nam
Poloniæ: Vt quoties ea cum rege ad bellum ꝑficiscitur. Orent Deum non ꝑ victoria
Vt ab hoste occidantur omnes in pugna et vt nullus ex his superstes viuus nisi
variis duntaxat qui eam cladem gratum ac laetum consulibus renunciaret.
Multum itaque refert Vt dixi ante ꝑiose iacula, animos, studia, voluntates, vo
etiam ac insidias. consulum huius loci in studiosa iuuentute ac Nobilitas Polona in
ea se pericula praecipitet
Scitote autem, neque praetermittite quod vobis patefacio Consules maiorem quadam
plo numerum lictorum infamium hominum mercede ad necandos nobiles conductorum
ex aerario ciuili alunt.
Vicecapitaneus etiam. Schiluska. execrabilem traditorem à Czechoffio ad se in
arcem Cracouiensem recepit. Eum et sibi familiarem Castrum amicum affecit ille tu
latronem in delicijs suis habet et hoc nefario sectore, tanquam idoneo instrumento ad
necandos innocentes abutitur. Huic enim Vicecapitaneo à natura maligna tri:
butum est nihil boni cogitare nihil boni velle.
Et iam iste Latro Schiluska sub alis Vicecapitanei agens post caedem Magistri
alteram caedem patrauit Vxorem suam occidit causa caedis est Vxor erat. ali:
quanto numerosior plures multo pecunia ad emendum et reuendendum equos et
aliam mercedem lucri et victus causa, suppeditaret. Quam quod ille in aleam
in scorta, ꝑfudisset reluctabatur deinceps Vxor dare ei et in manu ꝑire pe:
cunia sua. Schiluska in ꝑsentiam Vicecapitanei, et Czechoffij proconsulis Vxorem
occidit pecuniam mortuae abstulit et cum Vicecapitaneo Vt aiunt diuisit.
Vindictam recens delictum et tota ciuitas clamat. At Czechoffius cum Vice
capitaneo Iudam simul tuentur. Non oportere inquiunt factum puniri quod
nemo aduersarius instigat. ad hoc asseuerat mulierem naturali et non violenta
morte interijsse. O praua ac peruersa ingenia Quasi vero caedis iustam
et sanguinis occisae mulieris non instigat. non vindictam clamat, Huic est
quod ~~quo~~ saluum fert caput latro iste
Vicecapitaneus autem mox à caede Magistri ad angulum sinum sceleratum exercuit.
Eclesiam parochialem in Fredrichowicze villa sororis suæ. violauit argentum cum
eis Calices patinas vestes sacras. Campanas abstulit. Sacram Eucharistiam

cum probro abiectam pedibus conculcarunt. Stolam in cingulum vxori suae, ventrosae
conuertit. Manutergia ac Linteamina altarium excisa seruis suis in egentibus
offerentibus dispartiuit, libros imagines altaria signa vasi eiecit cuius
initu praedicatorum confregit. Scultetum rusticum pro plebano ad ecclesiam in-
stituit et omnibus ei obedire praecepit.
Ex eo etiam plures audita est. De templo Cracouien ecclesia Cathedrali in
stabula equorum breui post esse conuersurum. Augustus, abominatio et pectori cultus Dei.
Attendite et videte an non hac Germanico de Gdensa ecclesia cogitat, an non init
consilia cum iudice suo, de Thesauro ecclesiae tolendo
Et tamen hunc misericem stolidum Episcopus loco vindictae, mensae suae excepit
amice tractat, blanditur alloquitur accendit amplexatur.
Habetis Magnifici domini mei: quae in hac Tragedia ad hunc vsque diem hic acta sunt.
Quae deinceps sequentur si hic diutius a vobis non reuocatus commorabor non
praetermittam ea vobis perscribere.
Rex noster Centum XX millia equitum Lithuanorum ante hac in Moskowiam
praemisisse dicitur. ipse cum XV Millibus Delectorum equitum ex Polonia eductorum
et cum peditatu et arcularia eos sequeretur. Adiuuet et protegat eos Deus.
Commendo me gratiae Dominationum vestrarum quas optime ac faelicissime vale-
re ac diu viuere desidero. Datum Cracouiae. XXI Decemb Anno domini 1561

Secunda Epistola de Actis super necem Magistri Volskÿ

Hieroslaus W. Nepos ac Seruitor obsequentissimus
Spectabilibus ac Magnificis ac Generosis dominis Patruis, Auunculis, Tutoribus Pa-
tronis et Benefactoribus meis Fratribus et cognatis meis, et ceteris equitibus
maioris Poloniae Dominis et comprouincialibus meis, fautoribus Charissimis Colendissimis
et Honorandissimis Salutem. Post priora Scripta illa mea, de indigna nece Magistri Volskÿ
quae hic acta et consequuta sunt aduersus Academiam Cracouiensem pro mea in vos
obseruantia vti promisi nota vobis facio.
Post dies aliquot a patrata caede illa accurrerat huc Cracouiam ex Lithuania
Cubicularius Regius is reuersurus acceptis ab Academia literis ad Regem
descendit ad Palatinum Cracouien in Cunoff commorantem offerens se si quid literarum
dare per eum vellet, eas se ad Regem perlaturum esse. Sed Palatinus se per Seruitorem
suum facturum ad id respondit.
Quum hi simul viam ingressi essent. Cubicularius ille effutiuit coram illo co-
mite itineris se a collegiatis literas ad Regem habere. Quo audito mox Serui-
tor ille ad Palatinum suum recurrit nuntians de literis collegiatorum. Excan-
duit Palatinus et seuere mandauit Seruitori illo vt cubicularium praecurre-
ret, et prior Palatini literas Regi redderet. Quibus questus est Regi de Acca-
demia: accusans violentias Magistrorum ac Scholarium impressionis et nunc et antea

in Historia

in Pretorium et in domos consulum privatorumque civium factas. Violationes et cedes civium commissas. Rectorem Academiae hec non cohibere, neque iustitiam administrare. Orans ut quos ipse et consules comprehendissent supplicio afficerent, et ut Academia ex hac civitate aboleretur. Hec eadem palatinus ad fratrem suum vicecancellarium regni scripserat, obtinuitque per eum literas regias etiam manu Regia subscriptas, ad Professores Academiae. Quarum exemplum presentibus adscripsi.

Copia literarum Regis.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae etc. Dominus et heres.

Venerabilibus, Rectori, Doctoribus et Magistris in Universitate Cracoviensi, devotis nobis dilectis Gratiam nostram.

Venerabiles devoti nobis dilecti. Saepe antea admonuimus devotiones vestras ut pro officio vestro, licentiam quorundam reprimerent, qui sub specie honestarum litterarum in omne vitiae genus facinorumque proiecti et his praerogativis confisi, quae sunt scholis earumque cultoribus, a divis maioribus nostris attributae, quibus abutendo, cum ipsi quidem turpiter admodum ac flagitiose vivant, tum alios quoque non passim infamant et denique pacem ac tranquillitatem publicam illius civitatis nostrae perturbant cum contemptu maiestatis nostrae regiae. Quarum quidem admonitionum dum hactenus aliquem fructum expectamus, affertur ad nos plene quotidie de simili illorum insolentia, atque audacia, et vestra quoque negligentia. Quod cum proximis his diebus accidit et qui motus in urbe excitati sint scholastica turba tumultuante, et domos honestorum civium oppugnante, id quod non unius consiliariorumque nostrorum ad nos est perlatum. Quae res cum et tranquillitati publicae et bonis moribus atque legibus adversatur, non potest nostrum animum quibus legum atque morum in civitate regendorum cura divinitus est constituta non magnopere offendere. Et quidem tanto magis quanto frequentiores earum rerum nuntii ad nos perferuntur. Quamobrem nos cupientes primum libertates et praerogativas ipsas, optimo consilio a divis maioribus nostris Academiae Cracoviensi concessas conservare, deinde ipsi quoque iuventuti consultum esse, quae ad capessendas bonas artes solet eo confluere ne a studiorum suorum cursu, cuius ab instituto suo alienissimus avocari aut in periculum aliquod seditiosorum hominum ductu atque consilio incidere possit (Siquidem iam sane multos esse ex nobilitate regni nostri intelligimus qui in commodis istis et periculis scholae vestrae deterriti a liberis et propinquis suis deinceps eo mittendis abstinere coeperunt) Ante omnia segregandos nobis esse et discernendos duximus seditiosos istos homines a vere studiosis, ne vestra licentia et insolentia aliorum, innocentiae quietorum hominum fraudi esse possit. Itaque diligenter et serio Vobis interposita Regia authoritate nostra, devotionibus vestris mandamus ut iuventuti vestrae deinceps sub ea quae legibus et consuetudinibus Academiae vestrae tradita est, modum vivendi praescribatis, et quisquis pro scholastico se haberi voluerit eius nomen in albo Universitatis describi, ipsum autem non alibi quam in scholis, bursis, et collegiis degere, vestitu cetera sibi accommodato uti et denique quod summum est sub [illegible] posa-

in publico faciatis. Iniungimus enim et mandamus Magistratibus quos in ista
Urbe iuris reddendi et tranquillitatis tuendae gratia positos et collocatos habe-
mus, Ut vos eiusmodi ab omni iniuria tectos ac defensos omnibus fauoribus
suis prosequantur. Illos autem qui licentiae et cupiditatibus suis nomen dum-
taxat et speciem Scholasticorum obtendunt, interim autem non modo ad Schola-
sticam rationem non viuunt, sed etiam pacem et tranquillitatem publicam
illius ciuitatis perturbant quo Scholasticos amplius non agnoscant, sed in eos
pro ratione delicti si quod forte perpetrarint, ex legibus communibus animadu-
ertant, nulla neque assimulate, illius Scholasticae libertatis, neque ullius
alterius rei quae iuris communis et iustitiae ipsius habita ratione. Haec igitur
deuotiones Vestrae et proponi Scholasticis suis et ab eis diligenter obseruari faciant
Si nolint in ipsius iuris rigorem et in Magistratuum nostrorum animaduer-
sionem incurrere. Alioqui si quid tumultuantibus ipsis contra sententiam et opi-
nionem eorum acciderit id quidem non alijs quam sibi ipsis adscribere debebunt.
Quod si autem dominationes Vestrae voluntati ut mandato huic nostro ad vete-
ra Scholae Cracouiensis instituta accommodatissimo parere noluerint, neque ado-
lescentes ipsos tum ad representandam deinceps ueram Scholarium formam atque
imaginem: tum ad parendum nostro mandatoque huic nostro serio hortatae fuerint,
nos quidem non tam in adolescentes ipsos quam in ipsas Deuotiones Vestras, legitti-
mis et iam repetitis a nobis modis atque rationibus animaduertere iubebimus in
ipsosque omnes omnium motuum iniurias et offensiones persequemur, quae modo ab
eorum insolentia profectae fuerint quae in deuotionum Vestrarum inobeditione
remanebunt. Itaque summa Maiestatis negligentia commouemur ut nobis iam amplius
non litteris, sed poenis et animaduersionibus agendum cum illis esse existimemus
secus deuotiones Vestrae sub grauissima indignatione nostra non faciant. Datae
in Lodznien die XXIII mensis decembris A. D. M.D. LXVII.
Regni nostri nostri . XXXVIII.

Responsum regi a collegiatis ad supra scriptas literas

Hoc autem supra scriptum mandatum regium Palatinus et Capitaneus huius Cracouiae
uenerabilis post diem Epiphaniarum Anni 1568 ad praesides Academiae obtulit
Insuper et alia bina mandata a rege alterum ad se, alterum ad consules scribi per
vicecancellarium fratrem suum obtinuit: quibus aiunt concessam sibi esse potestatem
Scholasticos indicare et punire Ut ex regis mandato apparet, obmissa Rectoris
iurisdictione, et tribunali, eo quod priuilegia, iura, ac immunitates Academiae
locum habere non debeant, tanquam essent iuri communi contraria. Hoc autem est
Datum esse gladium in manus furiosorum hominum. Inimici enim et hostes
et coniurati aduersarij Academiae et qui ad eam scopum actionem suam diri-
gunt ut haec Academia tollatur ac desoletur, Ut ne vestigium quidem ullum eius
in hac ciuitate remaneat: Apparet manifeste vicecancellarium fratrem Palatino
errranti cuius voluntate, Maiestatem ouiis est succurrere, et Academiam
ab instituenda in comicijs primus actione hisce tenebris deterrere velle.

Sed fid

Eo die ad potes[tatem] iudiciis terrestribus sex Magistri de Academia die XIII
Januarij accesserunt primatum Magnificum ac Generosum dominum
Joannem Pyrzyaskum, iudicem terrae Cracovien[sis] qui tum ad iudicia
terrestria atque reddendum ius Cracoviam venerat et lectis privilegiis
suis, questi sunt apud illum adversus consules Cracovien[ses], de frau-
Vestrum canoræ flete decus Deæ:
Ferale Cupressi cacumen
Utraq; tempora vestra vincat.
Mortalis o si substituisse quem
loco liceret, mortis et horrida
Cuiquam experiri tela Divum.
Æthereâ frueretur aurâ
Comes: subysset Thespiadum illius
Vicesq; quadam: Nympha Proserpinæ
Vel serva adysset regna, rictus
Coronâ aliquâ aut Charitum solutâ
Explesset atros mortis, et efferos
Famis furores exatiasset, aut
De gente Divum quem minorum
Constituisset Apollo lytron.
Mansisset arvo ut Castalio integer,
Saliuq; dulci Pimpleæ, et arida
Porro rigasset labra rore
Pierio, Ambrosiaq; dulci
Ravisset; at non, dum tibi libeat, licet,
Arcit nec ullum sæva Proserpina
Caput, sagittâ mors rapace
Terrigenas trucu tenta cunctos

Tranſfigit, omnes imperio premit
Adæ nepotes, munere neſcimus
Quicunq; terræ, ſive reges,
Sive inopes ſumus hic coloni.

Sic prorogavit ſævitiam ſuam
Super puellum, protulit et ſuum
Immite ſceptrum, illuſtriorem,
Magnificum, Generoſiorem.

At cuiq; vitæ meta velut ſuæ,
Sic cuiq; luctus meta fiet ſui.
Idcirco veſtras vos querelas
Ponite: quo dolor usq; abibit!

Vester puellus nam alligeros ſedet
Inter beatos; carmina gutture
Sonoro et tenello cantat, ora
Tripudians videt atq; Jovæ.
Exangue corpus ſed tumulo occubat;
Inquo quieſcet molliter usq; dum
~~Deus~~ Christus ſepulchris exciebit
Adveniens cineres opertos.
Ibi redibit ſanguis imagini
Antiquæ, ad auras depoſitum induens
Corpus revertetur viciſſim,
Gaudio ovabit ubi perenni.
Idcirco luctus et querimoniæ
Abite, triſtes ſollicitudines

+

Abite: lamentationes
Cedite: maerorati doloresq;

Siccate vestros nunc quoq; linteo
Vultus puellae Libethrides; genas
Foedatis ecquid molliculas
Fletibq; ab laniatis ora
Quid vestra saevis unguibus: illius
Quin busta odoris spargite lilijs,
Salve supremum dicite huic
Manibq; atq; Vale supremum.

Scrib. Johannes Härtling Na

Aliud

Heu quam celeri properat pede labilis aetas,
Nullam illi ut possint addere fraena moram.
Autumni folia ut primo sub frigore, venti
Discutit arboribus quae aura proterva, ruunt.
Sic cadit illa; homines saevis ludibria telis
Sic fiunt mortis; haec ita vita fugit.
Pindarus hanc merito hinc dixit simulacra videntur
Quae ante oculos dulci, stare, sopore graves.
Quae comprensa manu effugiunt et noctis in umbras
Se condunt: nimis haec heu cito vita fugit.
Ecce alium Parca in materna suffocat alvo;
Pubescentem alium sub sua regna trahit.
Paucis concessum est attingere tarda senectae
Limina, Pelidae precio stupende canis.
Quid nuptis? Juvenis ~~de~~ illustri sanguinis ortus,
Exempli nobis, et speculi instar erit?
O ter felicem, qui sic habitacula mutat,
Pro sordente casa, ut caelica regna petat. +

+

SALUTATIO

Illmi ac Rdissimi Dni Dni Antonii Pignatelli: a SSmo Dno Dno Alexandro VII Pontifice Maximo ad Regem Regnumq Poloniarum Joannem Casimirum Legati

Facta

Per Magnificum D Rectorem Acad Cracov.
M. Adamum Roscsewicz IVD.
Canonicum Cracovien. Praeptu S. Nicolai
Anno Dni 1660 XV Calend Octobr.

Venit ad Te Illme ac Rdisse Dne Academia Cracovien. illarum quae imme:
diate Sedi Aplicae subjacent nulli vel gloria, vel amplitudine, vel observa:
tiâ secunda: debitumq Salutationis officium, tanquam summi in Terris
Ecclesiae Christi Pastoris SSmi ALEXANDRI VII Papae, Legato ma:
ximâ quâ pt cum veneratione in hac Regia Urbe feliciter consistenti, defert.
Si Parentes ejus spectes, Regum Poloniae Casimiri Magni, et Hed.
vigis ejus Neptis, nec-non Sancti Vladislai Lituanorum Apli filia est.
Si dotem, parvula e ubera n' habet. Si faecunditatem, sola in vasto Se:
ptentrione medios inter gentiles et Ethnicos, inter schismata et Haereses
ex omnibus Gentibus et Tribubus plurimos eduxit Patri filios. Si aetatem,
virgo anus est, tria secula sine ruga, absq naevo sine macula tra:
nsijt. Si Mores, fluctuantibus aliis in fide, stetit immota erga Deum
Ecclesiam, Regem. Mors illi prae vita, exilium prae laribus dulciora fu:
erunt quam Acatholico Principi deferre. Creverunt cum aevo in Sedem et
Successores Petri ab Urbano V. ad feliciter modernum ALEXANDRUM
VII hoc ejus in immensum studia: ut apud omnes fere Pontifices Fon:
tis signati, Turris Ecclesiae, de qua mille clypei penderent, n' aliqua
adulatione, sed veritatis candore audiret. Non enim Ejus opus aliud
unquam fuit, quam ad rete Petri gentes compellere, pulsis ignorantiae
et errorum tenebris, lumen fidei ubiq spargere, haereses fugare, veram
Sapientiam profiteri linguâ, manu, calamo, authoritatem Sedis defendere,
Caput Ecclesiae venerari, etiam Te alterum ALEXANDRUM VII in ALE:
XANDRO. PETRUM. in PETRO CHRISTUM debito cultu adorare.
Salve Petri Successoris SSmi ALEXANDRI. ad Regem Regnumque
Polonorum inclite Legate desideratissime. Salve Vicarij Christi, Adstes
Praelate, Nuncie Reverendissime. Salve Larissenorum Archipraesul
dignissime. Sarmatarum Nomine Sedis Apostolicae. Longe splendidissima
infers in Poloniam et omni veneratione dignissima Nomina: at Generi
quo satus es, Sanctitati quâ imbutus es paria omnino et aequalia.
Solus enim in illa talium virorum ferace Italia judicio Sapientissi:
mi Pontificis inventus es qui Legato in Polonia, Eminentissimo Cardi:
nali viro omnibus praeconiis dignissimo succederes. in quo, cum Per:
sonae magna; tum vero boni publici Ecclesiae ratio maxima e habita.

Ingredere Benedicte Dni Provinciam quam nactus es feliciter pro:
cede prospere, utere felicissime virtute et fortunâ tuâ, legationis
Tibi commissæ partem non infimam Academiam Cracovien. potestate,
quam plenissimam à Summo Pastore accepisti, dum opus fuerit
ab omnibus impetitionibus defende. Curam illius pro officio qd
recepisti gere. Ut cum Sarmatiæ Legati Aplici à Supremo Ju:
stitiæ et Meritorum Arbitro fructum Legationis suæ Condi:
hatum Galenum sæpius retulerint: Te Ordines Universi Cum
Clemente VIII simili legatione in Regno Polonorum functo,
Regno in Laterano Coronatum pro debito et merito Tuo vi:
deant et gratulentur. De Nobis illud Tibi merito polliceri
velis, quod pro veteri nostra in Sanctam Sedem observantiâ
honoris, authoritatis et dignitatis Tuæ, augendæ, promovendæ,
ac si opus fuerit defendendæ nullos unquam studiosiores et
ad omnia obsequia promptiores sis habiturus.

+

SALUTATIO,
Illmi ac Reverendissimi Dni D. Antonii Pignatelli SSmi Dni D. ALEXANDRI VII Pontificis Maximi Legati ad Serenissimum DD Joannem Casimirum Poloniæ Regem instituta

Per Carolum Tarlo Palat. Lubl. protunc Auditorem Philosophiæ nomine Iuventutis Academicæ

In primo ad Legationem in Poloniam aditu A. D. 1660. Die 18 Septembr.

Speciosum est aspectuq jucundum spectare Filios Patrum insistentes vestigijs. Illme ac Rndme, SSmi Alexandri VII, in Regno Polonorum Legate. Spectasti pridie, gravem cum suo Dictatore, binô sceptrô decorato Senatum Academicum, qui pro debita, in Sanctam Sedem Apostolicam, suosq Antistites observatione. SSmum Alexandrum VII, in te spectatum, et adoratum venerat. Nos quoq illius pignora ingnobis Rempcam Polonam succrescentem spectare sustineas: qui tuâ desideratissima è Museis nostris exciti præsentiâ, nosmet sistimus, concentû et concordiam, summarum in Te dotum, virtutum, omnisq gloriæ spectaturi. Severitatem cum Hilaritate, Gravitatem cum Simplicitate, Majestatem cum Humanitate demiraturi. Cujus proceritas hæc corporis, honor iste capitis, venustas hæc frontis, hæc oris dignitas, insuper ætatis indefessa maturitas te rectè vereq Principem ostentant. Non casu excoratæ Numina, ut Principes Regnis, ita Pastores donant Ecclesiæ. Scimus nos, quem salutatum venimus, quemq pronô pede salutamus. Scilt Genere Principem, dignitate Archipræsulem, Munere SSmi Alexandri VII ad Regem Regnumq Polonorum Legatum dignissimum. Verbo. In Antonio Pignateli, Alexandrum VII. Tu quoq, quinam sint quos vides, scias opus est. Nos Tyrones Palladis Academicæ sumus, utraq in acie tam Argumentis quam Armis, pro Te, Tuoq cujus Nuncius es, ac Nostro Pontifice animosè certaturi. Nunc etiam Tyrocinia nostra sunt, flammescentem ardorem Hæreticum, vel propriô (cum necessitas est) sangvine restingvere. Hoc ipsô Annô, quô ad Urbem hanc felici Sydere venis; tres è medio nostrum, proprij Sangvinis purpurâ, hic decoratos, pro Fide Catholica habes.

Nec mirum! nam studia nostra, ab hoc exordio inchoamus, ut prius in manu Rectoris nostri Hæreses, et pestem Husiticam abjurémus. Ac esto fautoribus Hæreseos, zêlus noster, insolentia sit; bene tamen judicantibus, genuinus zelus est. Sumus Alumni Academiæ; cui, quod hucusq liberi, quod Poloni, quod Catholici vivamus et simus; immo quod Respũca hoc ipsum sit; soli post Deum debemus. Vidisti faciem, Almæ Matris nostræ, tribus seculis, sine ruga; continuis laboribus, sine defatigatione; inter Gentem ex omni parte Schismaticam, Hæreticã, et Ethnicam, sine macula; nos illius Prolem publico bono natam, ab illaq fideliter educatam, oculô specta serenô. Cuiquæ cum omni qua par est demissione salutanti; dic verbum, ut proficiat in Aetate, Virtutibus, et Sapientia: et fiet ut te benedicente proficiat. Sentietq olim, Romaq, Romanusq Pastor, Tuq ipse à latere Suo Legatus, hanc fæcundam fuisse benedictionem. Benedic illi, qui Matri suæ, benedixisti. Nos jam colla nostra, elevatæ dexteræ Tuæ supponimus, et pronum ad obsequia Tua promoventes gressum, geminamus: Vivat, Vivat, Antonius Pignateli.

Responsio ejusdem

Dominis Oratoribus, pro Salutatione, gratias ago, quibus servire paratus in omnibus occasionibus: iisdem benedictionem meam impertior.

+

In nomine Domini Amen

Academia duobus fundamentis nititur. Politia et Professione.
Politia tota corrupta impedit et labefactat univer:
Jam Professionem
Et praecipue sustulit ea studia quae nobilitatem Polonam
erudiunt ad Humanitatem; et educant ad utilitatem
Patriae, cujus causâ Cracoviae Academia constituta est.
Et quia in varietate ingeniorum sunt qui res tantum
quaerunt, verba contemnunt, et de studiis Humanitatis
malè cogitant, sentiuntque: Qui res et verba conjungere;
isti noverunt his studiis multa et magna comprehendi
Linguas, Philosophiam veterum, tum universam, tum illam ma:
ximè utilem moralem, omnis iusti et aequi parentem
Juris universi moderatricem. Inde Historiam virtutes,
et vitia. Laudes et vituperia actionum humanarum
continentem. Hinc illa mirabilis harmonia Rerum
et Verborum. Hinc effloruit Cicero, et illa Domina
Rerum Eloquentia (hoc est copiosè et ornatè loquens
idest Docens movens, et delectans) Sapientia. Hoc est
Orator vir bonus, dicendi peritus.
Hinc studia tam necessaria nil aliud labefactavit, nisi
Corrupta Politia
Nam pleraeque omnes in Academia leges non nisi de privatis
Praeceptoribus, et privatis discipulis; hoc est de propriis
Parentibus et propriis filiis extant.
Hodie Classibus temerè introductis ipsae leges factae
sunt inanes. Quibus sublatus est Praeceptor et discipu:
lus. Hoc est proprius Parens et Filius. Et cum illis
diligentia fides et observantia perpetua.
Mansit tantum Professor publicus, et auditor publi:
cus idest Communis Pater et communis filius.
Et ex illis negligentia Infidelitas, contemptus mutua
Redeant ergo postliminio Praeceptores in Academiam
~~Praec~~ et discipuli. Redeant et discipuli ad Prace:
ptores et privata studia.
Sed observa nihil tam rarum in omnibus Academiis
semper fuit quam bonus et fidelis Praeceptor.
Et qui se ad docendum dabat, paupertate adducebatur.

Et Professores olim nostri per omnia tenuitatis suae conscii, docendis privatim adolescentibus tria commoda consequebantur. Nam docendis Latini sermonis Artibus, primum non solum modo Juventutem, sed et seipsos ad Humanitatem et Eloquentiam erudiebant. Deinde paupertatem suam liberalitate Parentum et discipulorum sublevabant, Quod Cosminium, Gorseium, Herbestum, Socolovium, morerum, fecisse recordamur.

Vltra Eos reversi ad suos, et sua discipuli memoriam Praeceptorum suorum ita conservabant, ut in illis colendis et ornandis, et Academiâ matre defendendâ, perpetuam sibi statuerent sanctitatem.

Valedicatur igitur, Classibus.

Propterea expediebat olim et Acad. et Reipub. Professores esse pauperes, ut docendis et colligendis discipulis rem facerent, et certe faciebant.

Hinc fiebat, ut magno quaesitam, non vino perderet, sed bonos in usus converterent.

Contendebant quidem plures Magistri idque conabantur, sed vix unus aut alter palmam obtinebant ut illi quos Josephus dixi, et quorum extant monumenta, Bonavicius, Manutius, Nizolius, Muretus, similia.

Et nesciam quid hoc sit conduci publica et certa Academicos Praeceptores pecuniâ, de qua tantopere Principes eam solicitandi sint.

Librorum ergo copiam quam maximam publicâ pecuniâ coëmi, et iis qui privatim docerent, in loco perenni quoad diu vivent donari velim. Modo sit cuiuspiam tam industrius, qui omnibus vestigiis indagare sciat bonos Authores, Antiquos et novos, Graecos et Latinos.

Et quidem sine morâ Commentaria in libros Ciceronis nunc hos, nunc alios, modo omnia in omnes, et neminem contemnendum qui aliquod opus adferre volunt, ad imitationem Ciceronianam.

Extant Rhetorici et Observationum de verbis singulis et coniunctis, Libri, Libelli, Libelluli, ut ita dicam. Inspiciantur, percurrantur, nullus erit tam manus, quin aliquid opportunum scribat. Stylus in dicto erit, sitne dignus qui legatur.

Primum igitur subsidium esto
Praeceptoribus Librorum copia de publico.
Secundum Prandium et Coena ex boni succi cibis et
quidem singulari culinae diligentia paratis.
Vini boni aliquantulum et Cerevisiae defecatae.
Cuicunque plura requiret. nempe vestem, facultates
ad mundum domesticum et Doctores et Amicos
excipiendos aliasque honestas recreationes peregri:
nosue ad exteros. Mercede sui laboris, addi:
stipulis requirat in quadrantes.
Ex publico si quid accesserit id fiat praeter spem,
et precario
Docendi initium ordiatur sua quisque in habitatione,
nec nisi in eadem commendatos et venientes ad:
mittat, inter suos, praesertim in studio Grammatico
aliquantum versatos. ea lege; ut alter se paren:
tem alter filium agnoscere incipiat et fateatur.
Vere Patrem futurum, si nullum neque amantiss:
mum neque fidelissimum Praeceptoris officium prae:
tereat: Vere filium si quantus quantus erit,
(magno est autem usui Patriae Parentibusque esse debebit)
totum acceptum bono Praeceptorum ferre posset.
Valedicatur ergo Classibus.
Nam erepta bonis magnis facultate privatim do:
cendi discessum est ad alia omnia properatum ad
Sacros ordines, ad quaerendas parochias ~~alienas~~ extra:
neas, Juventus fraudari Academia deseri. Adversariis
occasio dari, coepta est.
Abstineant igitur Magistri à Parochiis extraneis.
nemo initietur Sacris, nisi à Patribus obtent à
facultate. Certent Praeceptores inter se quisque ad
palmam. ex sic exonetur ex illis unus aut alter,
qui gloriam ex Eloquentiae studiis consequetur.

Benigno Lectori

Studiosus Acad. Cracovien. salutem et omnem felicitatem.

Forte fortuito incidit in manus meas Scriptum quoddam, quod pro confirmanda nova Academia Leopolien. Adm. Rndi PP. S. Iesu Romae praesentarunt. Prima fronte legenti, subiit in mentem admirari, quod hisce rationibus et tam praecipiti instantia in praeiudicium tertii (Vt aiunt) id voluerint obtinere, post Vbi animadverti palliatam Veritatem multis perplexitatibus, iuxta huius saeculi mores dici, pro candore Academico, paucissimis nudam Veritatem monstraturus, Atque veliviuus exclamare cogor Pater ne feri. Pro informatione igitur.

Sciendum est, Adm. RR. PP. Privilegium impetrasse, a S. R. M.tte Dno Nro clementmo hoc tempore circa pacificandum Regnum, cum officiis Reipub. occupatissimo, in quo quaedam indigna Divo Iagellonii, et praeiudiciosa aliis reperiuntur. Contra hoc privilegium RR. DD. pro zelo suo erga D. Iagellonem a prima statim notitia optimi quique Reip. Cives protestati sunt, quod ad male narrata non bene obtentum fuerit.

1ma Protestatio. In Comitiis Varsavien. ad Acta Castren. facta est ab Illribus et Illmis Spectabilibus Nuntiis Terrarum Halicien. Leopolien. et Cracovien. ad Generalia Regni Comitia deputatis.

2da Protestatio. Inhaerendo priori facta est a toto Palatinatu Cracovien. per Deputatos suos ex Comitialis Proszovicen. delegatos, et ingrossata in Castro Cracovien. Anno eodem 1665 Feria 6ta post Festum S. Lucae.

3tia Protestatio. Facta ab Illribus Nuntiis fere omnium Poloniae et Lithuaniae terrarum Varsaviae in Comitiis Anno 1662 ingrossata Actis post Dnicam Paschatis Feria 4ta, inhaerendo prioribus et reassumptis protestationibus. Nihilominus Adm. RR. PP. contemptis hisce Romae aliud pro alio iactare, suppressa Veritate de contradictione Ordinum, confirmationem Sanctae Sedis per intercessionales literas quorundam Illrmorum implorare, et varia Memorialia ad suum intentum S. Sedi Aplicae porrigere coeperunt.

Primum Memoriale, cur Summus Pontifex non debeat differre confirmationem Privilegii Iesuitis dati. Continet rationes octo. ad quas statim respondetur.

Prima Ratio. Quia ista Erectio est conformis Sacris Canonibus et Conciliis quae suadent Vt in singulis Regionibus huiusmodi erectiones fiant. Sed R. ad primam.

Secunda Ratio. Quia in Collegio PP. Leopolien. adsunt omnia requisita ad huiusmodi Erectionem Videlicet Numerus omnium Professorum legentium omnes Scientias, Civitas insignis caput Russiae, amplissimae Provinciae, Vbi Sedes Metropolitana existit. Concurrit authoritas et consensus Regius, et res quae petitur, est rationabilis, quia PP. Iesuitae sanctam Religionem, et auctoritatem Pontificiam acerrime defendunt, doctrinam cum pietate coniungunt, Insuper concurrit necessitas evitandi Schisma. Sed R. ad 2dam

3tia Ratio Quia ista Erectio non vergit in praeiudicium Acad§ Cracovien§, nam per Breve
Urbani VIII Papae Ius legendi Solum ablatum est, a PP. Jesuitis, quoad Civitatem Cracovien§
non vero extra illam, et ideo solito concurrere Cracoviam ad Studia, non impediunt distan-
tia Civitatis Leopolis quae est distans 50 leucis, dummodo Academici Suo officio Satisfaciant.
Quarta Ratio Quia dictae Protestationes, a duobus vel tribus Nuntiis Terrestribus factae Sunt,
idque procuratae ab ipsis Academicis et non Sunt inter illos Nuntii Posnanien§ Leo-
poliens§ Kalissien§ Sandomirien§ Culmen§ Magdeburg§ Premyslien§
Quinta Ratio. Quia aliquae Protestationes factae Sunt finitis Comitiis, quando expirauit
Nuntiorum potestas.
Sexta Ratio. Quia quatuor Episcopi Senatores Regni primarii videlicet Posnanien§ Luceorien§
Cuiavien§ et Kiovien§ in Suis literis ad Smam attestantur, nihil esse contrarium Iu-
ribus Regni, in obtento Privilegio, cum tamen Cancellarii Regni officium sit attendere
integritatem Regni, Quibus accedit authoritas Palatini totius Russiae. Cui regimen [illegible]
bilitatis Provinciae incumbit.
Septima Ratio. Quia hoc Ius, est ipsius Regis, non autem Nobilium Polonorum, Munera Officia, Be-
neficia, et honores conferre, praesertim cum Erectio Acad§ non sit materia subiecta Comitiis, seu
Ordinibus Regni.
Octava Ratio. Quia Acad§ Cracovien§ opponendo impediram Erectionem Posnaniae et Vratislaviae
Videtur non admodum favens fidei, quatenus ea quae sunt contra Schismaticorum errores ne-[illegible]
impedit. Hae rationes PP. Utrum in toto Veritate nitantur, Benevolus Lector iudicabit.
Quodlibeta brevissime
Ad imam RRPP. rationem. Omnes Studiosi Academiae dum inscribimur, Iussu D. Jagellonis
eiuramus Haereses, et Catholici Catholice profitemur laudabilem esse zelum SS. Conciliorum et
Canonum, qui Semper in defectu aliarum Scholarum pro bono, et pace publica Ecclesiae Dei, Suadent
in Regionibus Christianis erectionem, huiusmodi Scholarum fieri, Sed mens Canonum Semper intelli-
gitur, Ceteris paribus Sine perturbatione Status, Servatis de Iure Servandis, non praecipitanter ni-
mis, in praeiudicium Tertii, neque privatis quoad Ordines Regni, in constructionem, non in destructio-
nem Politiae, vel perturbationem Iuris quaesiti, Scit Leopolien§ ergo Casu Prima ratio PP. non sub-
sistit, nam per Dei gratiam, et Leopoli et in Russia, non deficiunt Scholae tam Iesuitis, quam Academi-
ad Metropolim Si Adm RRPP. praetendunt docere varias Scientias! Utique iam docent, et Gram-
maticam et Philosophiam et Theologiam SS. tam Leopoli, quam alibi, in tot locis per Russiam, bene
provisis de quo ipsimet gloriantur, et Cracovien§ Academici ipsis ex animo gratulantur. Si honores
et titulos quaerunt, etiam absque hoc Novitio titulo Academiae, Sat abundant iis Sua pietate, inveniun-
tur honoribus, et titulis et titulis, pulcherrimis, Fortassis mysterium Consilii est! Ut in Germania Solent
quaerere purpuream Mozzettam cum biretho rosso, et floccis: hoc quoque per Nos licet! Si ut notoria
et manifesta paupertas, Acad: Cracovien§ praeoccupatione promotionum aliorsum ad terram deprima-
tur? Vel ut nec mihi nec tibi: Sed ut dividatur Infans coram Salomone. Dicii meliora rogamus.
Ad 2dam Negatur adesse omnia requisita, nisi forte ad colorem adsint, Nam plurimas Scientias
ex vi Regulae Suae, neque debent nec possunt profiteri personaliter, Adm RRPP. Uti Clerici Regulares
maiorum opinione perfectissimi incorporaverunt. In Civitate hac insigni quidem Scilicet metropoli Regni

Utrumq[ue] confluit) angustijs, commenior[um] Urbis facesserent negotium, latifundia pro Le-
ctoriis deessent? quia ab utriq[ue] Via publica impeditur nisi forte exturbare necesse sit PP. Fran-
ciscanos cum Ecclesia, et Caenobio suo, uti fecerunt in Olomoniec Vel intra Castro Ma...
mariona Cracquid, sed iustitia Ultrix oppressorum innocenter de Caelo respiciet. De consensu S.R. M[aies]tatis
D.N. clementiss[imi], fortassis per nimiam importunitatem impetrato concedimus, nam piensissimus Rex
inter tot occupationes gravissimas, tamen non praesumitur sic tractare voluisse Divum Jagellonem
quomodo forsan Lachorski offerens Archivo in diplomate Erectionis, ad male narrata Scripsi
etiam frustra ostendit rationabilitas reipetitis, nam haec de iure ceteris partibus attenditur.
Sicut autem PP. Religionem Catholicam, et Auctoritatem Pontificiam defendunt, ita et Nos
secundo a pientissima Matre liberas cum pietate edocti etiam sanguine Nostro haec omnia de-
fendere parati sumus. De necessitate evitandi Schysmatis Achilles ~~hic~~ Latio illo multis Vires sed Verius
non Virgilianus erit. In Hispania nullum Schysma fuit, cur Antiacademiam Soc. Vel altare
contra altare erigebant, nisi Paulus Quintus et Ordines Regni prohibuissent sed de hoc in
serius. Ad 2dum Memoriale cum Breve Urbani VIII videatur.
Ad 3tiam Exsuggere sensim Acad[emi]ae Cracovien[sis] et fontem Jagellonianum, a trecentis pro
fe annis (absit verbis invidia) satis irriguum nunc immerito per rivulos exsiccare, an non
praeiudicium fuerit ipsimet suo sensu iudicent, Adm. R.R. P.P. uti optime gnari pragmaticis sub.
Regentur iam abunde Germania, lacerata ab uno capite, vexetur Polonia, divisionem a corpore Regni,
totus sed miserabilis vero interpres tempus demonstrabit. quam haec Fistula dulce canat,
Utinam non in diebus Nostris. Nec obstat praeiudiciis distantia Leopoleos per quadraginta Leucas
circiter Metrica Acad[emi]ae Cracov[iensis] plena Lithuanis Leopolien[sibus] et confluxu Nobilissimo Iuven-
tutis etiam ex tota Russia redarguit assertionem RR. Quod attinet sarcasmum de non sanitario
re Academicorum. Deo Gratias, et PP. vos aequanimiorem affectu. Si non invida paupertas, plurima
degeneret ingenia: forsan tantundem Cracovienses quadraginta Professores pro decem Marcis (ut ba-
tyr loquitur) facerent Patriae charissimae, quantum tot centena Collegiatorum pro tot millibus im-
pensarum ex Patria. Quod bona cum venia dictum esto.
Ad Stabiliendo sane ni pigeat Adm. RR. PP. allegare in suis rationibus, hanc paucitatem Magno-
rum Virorum. Quia de industria occultantibus facto subreptitie RR. Jesuitis, paucissimi de praeiudicio
rescire potuerant, A prima vero notitia, ut alii atq[ue] alii Ill[ust]res Viri resciverunt sensim etiam de
nullitate impetrationis privilegii protestabantur Persici. Quasi vero procurata ab Academicis pro-
testationes sint, ut exprobrantur. Quod ad rem loquens consideranda: fateantur ingenue RR.
PP. quanta importunitate, contra antiquos mores extorserint, vel diplomata vel intercessoriales
ad Romam uniam gloriabundi. ~~Ex~~ privilegiatissimo Lemmate suo Ego tibi Romae propitius ero. Nos stul-
ti aperte fatemur in simplicitate cordis, et ignobiles et despecti et sumus, et Virtutes habemus ~~humu~~
Ad 5tam Vach Alayne Doctor Bartole quisquis es. Gratianus an gratialista. Doris in Polonis
ignames! praestat equidem motos componere fluctus, sed tamen veritas dissimulari non potest. In
Comitiis statim Anni 1661 Officiales in Regno Poloniae Ferrarii Italicien[ses] Leopolien[ses] Cracovien[ses] pro
testari, quasi de spolio iuris procauendo indemnitati, et praeiudiciis inde secutis, salvis aliis manen-
tibus in possessorio ss. Reconualidati omnes defecerunt ss. somniant, interea quid Vana Pi-
lationis ambitio iactabunde crepat, ante tempus, expirasse Ill[ustrissi]mum Nuntiorum ad Comitia

potestatem, quasi cuperet omnes bonos fines Patriae mori, Ut post necem aliorum sola regnet cupi-
ditas. Sed Vivit: Vivetq[ue] Luna et olim felicior absq[ue] hac nociua ambitione PP. Russiae et Ui-
Spes in Deo rediturae ad Unitatem Ecclesiae Graecanico deposito Schysmate, si absit importuna irrita-
tio Crabronum Theologicorum. Quid vi: iuxta Plutarchum placebit quibusdam Dividere Ut im-
peres. Votum Caligulae averruncent Superi.

R ad 6tam Nos Studiosi Veritatis, prout didicimus in Academia sic Venerabimur semper sacrosanctam Episcoporum dignitatem, Illmi Cancellarii monile et officium de attendendo Iuribus Regni, non est mei muneris examinare sed Venerari. Sunt Statuta et Constitutiones Regni, tam Novae quam antiquae, quas plus iusto militia Regni exaggerat hac temporis tempestate. Sed absit has labes a Nostratibus cum studio literario, pietatem et reverentiam Sacris Nominibus iungere et debemus, et Volumus libenter. Illmo Dno Palatino Russiae Ut Stratego Poloniae, ac Senatori meritissimo, Ut olim tempore obsidionis Leopoliensis, sic nunc pro salute Limitum, inservire gloriam arbitror. Fortassis autem assentationi adulatio, incaute attribuit cum suo territorio Russiae auctoritatem totius, Ubi Roxolania Polona habebatur in Russia Braclaviensi Podoliensi Wołynensi Bełzensi Czerniechoviensi Kiovienses Palatinus, quibus regimen Nobilitatis Provinciae antiquitus in Castris incumbebat. Nunc extra Castra Comitia et Conventiola regunt Statum Suum

R ad 7mam Tandem aliquando non aemulandum in malignantibus. Ampliare augusto Nomini praerogativas curant Cracovienses nihil de Iuribus Regalibus Suae Maiestati, diminutum Volunt. Munera officia beneficia, honores communicata sibi a Deo potestate, Ut rex Polonus moribus antiquis, Viris bene meritis in perpetuum conferri, inveneritis et Volumus et optamus. Quod SRMtas D.N. semper apprime Ut primum Monarcha Orbis Sarmatici et gloriose exequitur. An autem erectio Academiae de novo privilegiandis? Vel an Ordines Regni non cumulative sed privative sese debeant habere ad hoc negotium? num subiecta hic materia formis Realibus, Vel penes quem absolute Ius privilegiandi consistat, non est meum iudicare. Sumus certi cetera Privilegia (quamvis non tantum importantiae quales Academiae publicae sunt) Ut sunt Nobilitationum, Ligeratus, Abalienationum fundi terrestris, Pellonum, Gabellarum, Magazinorum &c quae in Vim privilegii in Polonia conceduntur, a Rep: tota in Solidum et Comitiis pendere. Alioquin nullitas privilegii et Surreptio esse censetur. nisi consultis Ordinibus Regni.

R ad Suam Iterum sarcasmi! iterum traductiones! Ergo iterum DEO Gratias. Ibunt gaudentes contumeliam pati pro nomine IESV. Sed ne modestia in conscientiam Vel silentio Veritas in assensu mutus Abys iterum exclamo Linguam Vadis! Siccine Cracovienses Academici non admodum favent et Iidem qui Ut moris est Parentes pro filiis plangunt, tot contumelias exsorbent, dum discipuli Sui paganismos Iudaismos, Haereses omnes, et omnem impietatem exstirpant. Talia accidentia si contingant, non semper laudanda, sed raro non toleranda, pietas in Patriam iudicavit. Sed ad rem parvus. Posnaniensis Academiae impeditionem (licet non cum tot clausulis praegnantibus in privilegio Erectionis Ut infragabatur) Paulus V. et Ordines Regni considerantes consideranda fecerunt. Vratislaviensi in Silesia non expedire erigi, Iulio II Papae Cracovienses exposuerunt, ideoq[ue] non confirmatam. Carnam Vero sibi devastantes Silesiam et Moraviam cum Haereticis viverint, Scholas publicas erigi Vratislaviae, non Academici pauperes duntaxat, sed totum Imperium Romanum armis et Capitulationibus suis quantumvis in proprio territorio, arte contra Marte, non valuerunt resistere. A RRPP. Iesuitis, ex vicina Ingenti Olomunc nihil egerunt &c. In Russia certe melius consuluissent, eradicando Schysmati sive Ardore Kiovienses ab alti abstinuissent ab &c et illusione miseris illis animabus per ludibria Tragicomoediarum suarum. Quare Istrog olim Ostrouski de S. IESV. Episc. Kioviensis RRPP. suas de Collegio Hrastoviensi explosit. Surrogatis in locum Vestri PP. Bernardinis; Vel quare Kioviae doctrina sua et zelus Zealis non placuit. Quid Rigenses Livoniae ad desperationem ticam impulit. testantur Historiae de nimia dexteritate RRPP. tot causas in Curia magis quam in Scholis promoventium. Silent gnorant Polonia et Russia quam gratis ingratis provinciis doctrina Iesuitica. Sed parcendo fortan iniquitati temporis. Sequitur ad 2dum Memoriale PP. In quo eadem fere Tres a Patribus amplificantur. Brevis Responsio

+

Supplicatio ad Equestrem Ordinem pro Comitiis Proszovensibus congregatum

Illmi et Magnifici Dni.

Accumulant P. Jesuitae accumulant questus. Academia non an-
tiquas (veteres) duntaxat, vel fieri solitas (consuetas usitatas)
offensas, detrimentaque (noxas) at enim propediem novam al[ias] truculen-
tioremque patitur violentiam. Quanta nosmet, urbs nobiscum,
tempestate et quidquid ultra est calamitate premimur, facerem me-
moriam, ni bene plenum jam esset hisce regnum, ejusque modi non
nemo existeret, ad cujus aures hoc n[on] pertingeret. Mactatus, jam
unus ulli noxae haud obnoxius; periit. Urbs effuso ~~non~~ respersa ~~sed~~
~~imb~~ est sangvine. Templum SS. Omnium globis pertusum; (Crai-
culatum perforatum) ~~est~~ violatum septiduo obseratum erat. Ge-
mini Alisanum cultores cadaver funus gressis causa deponendi
deferentes, (an comitantes) verberibus accepti, capti, in tur-
mas citra jura (insontes) intrusi. Nos ipsi hactenus cal-
cari n[on] solitam, majoribus nostris semitam, paucis ante diebus
accepti in arcem, calcabamus. Hoc inter non ullum est ini-
quum servitutis gravius, quam quod prae formidine potentiae
Jesuiticae querimoniis nec lachrymis ad planctum locus est.
(Vel congruen[ter] lachrymisque explere dolorem non audamus).
Jam Aedepol Magnifici Dni nedum nostra jura cum immu-
nitatibus Jesuitae attrectant, sed vero ex nostrum animamque
nostram quo perditum eant. (aboleant) exquirunt. Non est ~~usq ad~~
usque ad unum vel ut ~~qui~~ cui pessimum illius partis exemplum non sit in
scandalum, qui non penitus hujus partis dolore tangatur,
non est usque ad unum. Civitas bino hujus anno jam gemi-
nis gravida gemit, et aegrescit. Effusum suum haerent inter
ipsos primas politicorum tenentis verba sortiuntur, [illegible]
nos intime afficiet. Patres Societatis omni seposito ~~omni~~ timore
et quasi authoritate spreta ad lubitum faciunt quod est ultimum
in libertate: nos vero ~~omni~~ undiquaque ~~fere~~ protectione tutelaque destitu-
ti patimur, quod est ultimum in servitute. Non in eo statu
non me servile, ~~non~~ a divis parentibus nostris relicti sumus! Pro-
buerunt nobis singulares (propriasque) leges, nulli communica-
~~leges~~ jura, invitati sumpsit iisdem ad mutuas ~~et~~ immunitates
transtulerunt ad nos ~~illa~~ nominum titulorumque suorum deco-
ra, illi Divi Jagelones, Augusti, illa culmina Reipub-
licae maximi Proceres, nulli secunda regni Poloniae pignora
debita in unum congesserunt (quidquid praestantissimi poterant
congerere) cumulum. Illi insignem ut recentiores dici tantum
revocem. Sapientia virtuteque insignes Zamoscii, sanctimonia
gravitateque celebres Myszkowscii, pietates hoeris cult[u] Lubran-
scii, fama et illustribus ausis egregii Rozdrowscii trans-
tulerunt postremo in sinum nostrum. Suprema illa ornamenta,
in regum non nisi dextera gestari solita sceptra regiae maje-
statis et potestatis symbola. Protectori Cancellarii dati

sumus. Data est constitutio Vobis, filiis, et qui nascentur ex illis successoribus. Quod ultimum est, non secus quam regno sibi arrabone in rei signum fidei obligatus ne ullus mortalium nos abtrectet. Cautione cautum est et nunquam auditis tempore somnoque incutientibus maledictionibus [execrationibus] circumvallatum. (sed confirmatum) Haec universa à Patribus Societatis convulsa, confusa, conculcata sunt, illis tamen resipere qui ausit neutiquam est. Summam quandam illorum eruditionem, singularemque devotionem (scilicet) dominare volentes, eoque ipso timorem contegentes nihil non attentare illis patiuntur. Melior inquiunt ipsorum pro Academicis est institutio. vel me fatente meliorem esse non eo inficias. Ante omnia virtutes docent, paupertatem ut nosmet amplissimis regni cuiuspiam privati facultatibus miseria [inopia], cui pro ipsorum opulentia obnoxii fuimus, literarum Doctores patientes sunt. Veritatem involvere silentio docent, ess. oculis cernantur manibusque palpentur cuncta ipsorum facinora velo silentii involvenda ne olim nocumento sint. Huc spectat, quod nullo precio doctrinam venalem habeant. extra controversiam est, ipsos non quidquam emendicare. pro nulla tamen mercede doctrina quam nihilosecius pro nulla mercede impellata, doctrinâ sunt bene satiati doctrina! Non Lycaeorum, sed subsellorum numero sed vera sollicite suae (corrogantur) respondent. Privatarum personarum salariam l integri bene compensant dispendiis. Unum Collegium, Jesuitarum multis non expletur Jam tria Cracoviae Continetur nedum provisionibus dotata comm. Religionum est quod devotionis propagatio sit penes ipsos, at utinam talia diversaque à Hemispheriis quam ille à variis Civitatibus exigendo pecuniam, intulerat Assemendum ad eosdem exactum nummos expedierat Afferunt ingruens Vobis duos deos vim et Suadelam. Non est qui potentiorum harum dearum respuat. iam violentiam etiam demum, ... (casant superi) ut ipsi (oh) tantam intulerunt Nos quoque eadem hoc sanctissimae beantur deprecamur iterum Illmi et Magnifici Dni. alienos à nobis hos deos facite. quibus alii duo non desunt domi. illorum impatientes Sufficientia, et Impossibilitas. Habeant vinculum salutem in quo permaneant angulum Avorum Parentumque vestrorum Praeceptores, quibus illi precium laboris dantes ipsimet thesauros (coacervabant) congregabant, quorum opera in discendo utentes, integrum fortunarum [tum] hoc regnum potentati subinquere n' ignoraverunt. Quibus superstitibus magis habebant robur [boni mores robur] mores [boni] temperantissimi, quam hodie optimae leges è efficaciora bona fuerunt exempla, quam nunc temporis subtilitati studii. Antiquis erat alteri fidem habere quam hodie optimas scire. Obsecramus Illmi et Mag. Dni.

Antiquos erat fides alteri data
quam possessa scientia

conservate ob memoriam saltem hanc Academiam hoc
Lycaeum, hanc unicam dilectam majorum vestrorum
Non immemores estote nos fratres, Cracoviae esse vestros
ut iisdem juribus, gaudentes iisdem immunitatibus.
Proxima casum est illa resp. (dicente quodam sa-
piente) in qua injuriam aliena non propulsatur, non
secus ac propria. Quod nos patimur, commune vobis-
cum est. Nisi Illmi et Rdi apud S. R. M. apud
Senatum per vestros intermuncios nostram causam exagi-
tis, fiet ut et ad vestra jura libertatesque alios hoc datan-
tis facta admissatis, et nos semel in regno amissos, tota
dicta honoribus si proposui cuntamini amplius non habebitis, et jes-
suitas tametsi tollere nolueritis fors tollere cogemini.

ORATIO

In funere occisi Nobilis 13 Junii A. D. 1625 nomine Bartholomaei Ptaszyn-
ski tum temporis Studiosi Cracoviensis
habita in templo S. Annae, a quodam
ejusdem Academiae Cracoviensis Studioso
19 Junii A. D. 1625.

A prioris seculis hactenus inauditam recentibus seculis nunquam conspectam
hodie celebramus Tragoediam Illmi Dni quam nobis Neme-
sis immemor divinae conscientia fabricavit, iracundia, exulceratus
avaritia dissolutus affectibus effrenis animus machinatus est,
sitiens cor a multis seculis tempore cor exorrui (effudit) manus quidem
religiosae quidem sed homicidio insignes (notatae) exequebantur. quod
hoc scena lugubris luce clarius monstrat, multorum aliorum
lethifera confirmant vox et civium fere hanc maerentium
Urbem unanimes voces contestantur. lugubris quia non
vero quod omnibus in universis genere humano editum recenti
memoria dignus Bartholomaeus Ptaszynski sit fulmine
edicto (decreto) quam omnibus definita est mors, com-
morandi nobis natura diversorium non habitandi dedit.
Sed quod patens (manifesta) crudelitas per ignominiosam fere
dam (malitiam) subita insperatae mortis tempestate tyran-
nice tyrannice et Synonice illum e medio nostrum sustulit (rapuit)
quod religiosa impotentis animi effrenatis ad in leges divinas hu-
manas statuta contempta violentas manus injecit, quod
Sacerdotum describis quos ad beandum Deo sunt dedicati sunt
aedes sacrae Cultoris, Deo fana Sanctorum profa-
nata, imagines vibri iaculato ictibus perforatae. fenestrae
sanguineis ad fundendum ad sanguinem accumbatis
excussae globis. Coemeterium infantium cruore ignominiose respersum.

Proinde. Cum ~~dolabra~~ templa Deo in sacrificium, Sanctis suis in honorem, ~~dotata~~ desponsata, Harpocratis servando silentium neq debitas [dignas] ceremonias nec debitam Deo Latriam praestare [coepit]. Catholicorum coetus [illegible] in amore divino [illegible] to peralsus ipso ~~ex~~ dolore tacite exanimatur [stupefactus]. Alienum se [illegible] Eres [illegible] oculis ipso ~~apposito~~ repetata specie [illegible] [illegible] demirantur. [illegible] Quanta est civitas intolerabili exemplo affecta et afflicta, in squalore [illegible] [illegible] propter ingemiscat [illegible] graviter. Nos Deum ~~in~~ corde ad [in] gemitus ~~ob~~ dolorem. [illegible] sanguinem fratris nostri calcantes, gravem [illegible] cogimur suspiria. [illegible] nihilominus nobis est solatio quod reliquum manu e vita sublatus ~~est~~ sit, quod sub pallio religionis intemperans [illegible] [illegible] desiderium (cupiditas) occultata [illegible] devotionis ~~[illegible]~~ immensam [tegit] avaritiam [illegible] [illegible] immaniter ~~[illegible]~~ [illegible] (innexie) [illegible] nunc [illegible] apparuit (emersit) sanguine multorum effuso in propatulum prodiit. Hodie ~~nos~~ nullus non videbit quod [illegible] nec luxuriae crudelitas, nec crudelitati obstabat [illegible]. Considerabunt neminem unquam flagitio [illegible] [illegible] bonis artibus exercuisse. Fatebuntur nulla esse vel naturae vel amicitiae vel beneficentiae satis firma vincula ubi furiosum avaritiae desiderium invaserit. Instabunt (urgebunt) ne diuturnum sit quod ad exercendam improbitatem venit. Jam enim vero prolixius occulta temporibus [illegible] [illegible] Jam hoc in [illegible] excusatio difficilis. Exitus acta probant. Et quod diu parturiit animus, tandem peperit. Est insuper nobis solatio mors, ex vita sua in [illegible] [illegible] mundo considerata, non desunt enim Poenitentiarii [illegible] [illegible] illius [illegible] interpretes, est sodalitas [illegible] [illegible] testis, adsunt mortale conversationis illius bene gnari, [illegible] [illegible] [illegible] fide digni fide confessores. (Praedicatores) Non potuit igitur male mori qui bene vixit. Postremo [illegible] ~~[illegible]~~ [digressi] [poena] ~~[illegible]~~ [illegible] mortis accidentia [illegible] [illegible] (manifestis gratiae divinae confirmata signis. Justitiae enim vindicta Deus. Vel tenax enim [illegible] Deus secum [illegible] voluisse [illegible] [illegible] [illegible] regni [illegible] Causa tam crudeliter [illegible] salutis [illegible] [illegible] toleraret et e vita tolleretur, [illegible] unquam [illegible] ~~[illegible]~~ Sacrum sanguine non ~~[illegible]~~ [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] nec aedes sibi consecratas [illegible] temerari [illegible] permisisset. [illegible] enim vero hoc facto expressisse videtur, vel [illegible] omni dubio [illegible] [illegible] [illegible] labe [illegible] [illegible] ignominia, innocenti effuso sanguine [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Huc spectat quod ipso etiam facto Deus misericordiae [illegible] [illegible] [illegible] manifestans quod ille ipse ~~[illegible]~~ solus insperata fati ~~[illegible]~~ [toleraret] e numero [illegible] exturbatus est. Consodales sui qui

qui onustam aliquatenus signum est habebat conscientiam, hae
tales acceperunt ictus; ne supplicii gratia multo genere pessimo
~~[...] rapierentur~~ inierunt in interitum. Nec etiam latrones
illius in gradum in Academiam venit inventio si alia angustia
fuit ~~praeterquam~~. Ut neq alienum ex angustia mente fuit quin
Civis vel hyppodromos ~~sanguinem~~ fundendo sanguini destra-
tos accederemus; jam eo rerum ventum est, eo fortunis delu-
simus. quod et tam angusti ~~[...]~~ nostra remota pungentibus aur
beatorum omnium ventis exponenda ac delapsura salus ultimo
l proventissimam ferentibus necem glebis insperate experien
da fuit. Quando quidem jam Potestas etiam quae ad singu-
lorum auxilium comparata, in nostrum omnium perniciem
conversa est. Sed enim quorsum tuas querimoniae si non
supplicio culpa vendetur. Quo in pessum quaero ultra quae restat?
nisi ~~expectatio~~ ultrius durabit deserviet expectatio. Cum nos
alloquitur Mea est ultio et ego retribuam! Cui injuriam fa-
cit recipiet id quod inique gessit. Ac ~~[...]~~ temporis interea
o Academia. ~~alium~~ spem vultu simulata altum preme
corde dolorem. Crede Habe mihi fidem, minuit una cre-
sca dolorem, quo gravius serio tamen licet faciens
Lento gradu ad vindictam sui divina procedit ira, tar-
ditatemque supplicii gravitate compensat. Permovebit ipsa
homicidarum manibus Religiosorum patratum etiam ipsius S. R. M.
Thronum super basi misericordiae et justitiae sancitae fundatur.
Penetrabit prudentis et perspicacis consenatus qui propter
affluxum tutelam patrocinium ratio regni praelatis positus est.
Conatabit Equestrem ordinem sanguis nobilis innocue fusus
ut remo non tui incendat vires animi nescio incendium
alat Resp. quo ipsa aliquando ardeat. Nos nihilosecius hui-
usque tecum alia Mater Nostrum Academia sanguinem la-
crimarum imbre abluere debemus, quod ~~[...]~~ immer-
nito his temporibus a orbata fugere funebri cupressu jam
spes tuas occupasti, et fenestras huius aedituus obumbrasti,
(opacasti, obscurasti) gradusque e limine fore atra [...] fuso
Laurus immortalitatis pullulaverunt, et progressu aevi vel tempo-
ris processu pampinus immortalis famae te oclaserunt (circum-
sepsere). Tibi quoque Stasinski Virum decus rependere pe-
pietas, perbrevi ab cunctis gentibus in [...] recenti ~~[...]~~ perenni
fore beris (uti [...] [...]) fama (gloria) a fastis
[...] alienique dimittam ~~[...]~~ celebrabaris ~~fastis~~ annalibus. Fuisti
sed eade causa quod Stasinski interemptus sis. ~~ea causa~~
Depositae c quod, manibus Religiosorum mirum in modum
~~miserabiliter~~ interemptus sis, et huiusque lictoribus. (vel accusatoribus)
sed eadem causa quod in persecutione et oppressione Academiae
Studiosus, nullum alumnus neutiquam reus mactatus fo

aliiq secum globo sit, et confisi. Non est lectum ad Sole usq
tempora ab omnib universa gente in fastis Religiosis in Ca-
tholica religione comparet Consimiles per omnia sua religionis
sanguineo certamine (gestis) templa Xenodochia Coenobia
Lycea gymnasia erecta fuisse. (conquisivisse). Sedere legere
(Quare) Quivis nulla tam sordida erit posteritas nulla
tam ingrata fama quae se debitâ memoriâ non celebret.
Nunc temporis etiam quoq; mmDD. qui obtulit gestu ge-
gestum expositum habuimus, enarrare omnibus enormitatem
facti et immanitatem sceleris superabitis. Vos vero Jam a-
ti Cives (incolae) tempore posito fateri, testimoniaq; futuro
dignabimini. Quod ultimum est. Siquidem quicquid est
christianae religionis et officii memores ad concelebrandas
funestas Ceremonias nostras adesse voluistis. meum est tam
sinceram omnium mentem, quam et vita rapti Sulentia
et immanitate religiosa rapti funeris. (quod si divino
permissu posset, ipsum longe quam majorem exhiberet
gratitudinem) Omnibus mmDD VV. gratiam habe agen
et habere qui praesentes. nobis funebralesq; una nobiscum
paupam exequias, dolendae funestorq; tragoediae nostrae
agentibus, ejusdem pariter nobiscum participes esse voluistis.
Tandem id a vobis est velut Cen gra decebat optimos Ca-
tholicos, ultimum in mere postremam Ceremoniam vita functi red-
dendo munus. Alii Jacmabalis pro pietate innata Academica
inflos. dolorem proprium cum ipsa contemplando. Omnes
misereris ac misericordia plenum mortales, humani nil
a se alienum putantes. Humanum enim est, humanis Ca-
sibus ingemiscere. Cui Deus amore proximi pectora con-
trita gentis. vel lacrymam ad saltem ad expiandas
Ejus animae suas maculas (si aliquibus notata est)
exoculis elicere (exprimite) omnesq; devoto corde et
precibus ferventioribus adjuvate. Dixi

Haec Volante calamo scripsit
M. Joannes Michalski S. D.
Pop. modum et Th. B. et S. Flo-
riani Praepositus

Supplikatia do Stanu Ryc[e]rskiego na Seymik Proszowski zgromadzonego

f. 38

Jaśnie Wielmożni Miłościwi PP.

Przybywa na Oyce Jezuity przybywa skargi. Akademia nie dawne tylko
albo zwyczaine vrazi y szkody, ale iusz co rarz nowy y srosżi gwalt
cierpi. Jakomy sami, iako przy nasz miasto, kościoły, iako insżi vtrapieni
sam wspomniałbym, kiedyby tego Krolestwo iusz nie pełne było y tak odległy
ktori sie znalazł, ktoryby o tym kiedykolwiek nie słiszał. Zabit iusz niewin
nie ieden. Miasto krwią skropione. Kościoł wszysztkych Swietych postrzelany,
zgwałcony, tydzien zamkniony był. Dwu Studentow z strupem na skarge
do Grodu idacych pobito, poimano do wiezy, besz prawa y przycziny powrzu
cano. My sami niezwyczainam nigdy przodkom naszym droge pozwani nie
dawno do Zamku torowalismy. A nad co nie masz niewoli cięższy, kiedy przed
mostwem y potegą Jezuicką vszkarzic ani sie do woli naplakać nie śmiemy.
Jusz iusz Mawi PP. nie praw y wolnosci tylko naszych Jezuici siagaią, ale
serca naszego dusze naszy do zguby szukaią. Niemasz ktoby sie z stamtey
strony nie gorszył: niemasz ktoby sie ty strony nie zalił. Miasto dwiema szko
lami iako dwiema bliznietami obciązane stęka y ięczy. Wypełnia sie ono
co mądry miedzy Historikami Politik Tacitus napisał, y iusz sie nam zna
daie. Oycowie Jezuici besz zadny nikogo boiazny y iakoby zwierzchnoscy
dokazuią quod est Ultimum in libertate; a bez zadny nikogo prawie opieki
znosiemy quod est Ultimum in servitute. Nie tak nie tak nas zostawieli
swięcy ony nasi przodkowie. Dali nam na ozdobe osobne od wszysztkych
prawa przyzwali nas samisz do społnych z sobą wolnosci, przeniesli do nas
3 swoie imiona y tituły. Oni Jagiellowie, Augustowie, oni składaiąc sie z krola
mi wielci Senatorowie znaczny koronni synowie, oni ze nowych tylko wspo
mnie Zamoiscy Tilickzy Lubranscy Nowodworscy. Przeniesli na ostatek do
nas co v siebie nayozdobnieyszego mieli one krolewskym tylko rekom zwy
czayne sceptra y berla. Dali nas wopuke kanclerzą, dali konstitutią
dali nam synom y potomkom nastepuiacym po sobie. Na ostatek iakoby kro
lestwu y sobie sposlubionych aby sie nikt nas nietykał obwarowali y
obtoczili niesłichanemi y strasznemi przeklenstwy. Wszysztkie te rzeczy
od Oycow Jezuitow potargane pomieszane, podeptane sam: a przecie taczsi
ich zaden nie smie. Jakoby wielky iakys nauce, iakoby nabozynstwy wyga
dzaiąc, a tym boiasn swoie pokriwaiąc wszysztkiego im dopuszczaią. Lepy
naprzod cnot swietych. Vbostwa: abyszmy pozbywszy obfitich krolestwa
tego dostatkow nedze wktorasmy weszli przy ich bogactwach sobie smakowali.
Vczą cierpliwosći. Milczec prawde choc ią oczima widzisz, trawiec
wsobie wszysztkie ich sprawy szebie kiedy niezaszkodzili. A przytym y
darmo Vczą, prawda o nyc nie proszą, za daremną iednak mądrosc o iako sicy.
Nie co szkoła ale co ława to wieszka. Ze sczegulne osoby placzą im dobrze

cało powiaty. Iedno Iezuickie Collegium potrzebuie wielie: trzych iuż
w Krakowie ieszcze nieopatrzonych mamy. Warſtatek y nabożeńſtwo ſię
krzewi ale podobno tylko one, ktore od roznych Miaſt wyciągaią ſie-
niadze przynioſł był do Andreiczikow themiſtocles kiedy do nich
chcząc także pieniędzi wſkazał. Affero vobis duos Deos Vim et
Suadellam+ iusz na Akademiiey albo day tylko na iey karku zaſiedli.
I nas ci wszyſtkiego tego błogoſławieńſtwa nabawili. Proſiemy tedy
Jaśnie Wielmozni Miłoſciwi PP. oddalcie tych Bogow od nas.
Mamy my tyż naſzych dwu doma ktorzy tamtych nieodpiram Sufficien-
tiam et Impoſſibilitatem. Niechai przynamni w iednym kaciku trwaią
dziadow y Oycow waſzych Praeceptorowie. ktorym ony płacąc sami ſie
wieci bogacili. V ktorych ſie Vcząc całe y ſczęſliwe to Panſtwo po
ſobie zoſtawić vmieli. Za ktorych potężnieyſze były dobre obyczaie niż
teraz nayleſze prawa, ſkutecznieyſze dobre przykłady niz teraz
ſubtelne nauki, beſpieczny było drugiemu wierzić niz teraz ſamemu
wiedzieć. Proſiemy Jaśnie Wielmozni Miłoſciwi PP. zachowaycie
przynamni na pamiątkę tę Akademią, tę Szkołę, tę kochankę przod-
kow waſzych, pamiętaiąc ze bracia ze Coroniae iesteśmy wam pod
iednemiz prawami pod iednemiz wolnoſciami. Vpadku pewnego bliskie
(Vczi iednak Philoſoph) ieſt ta Rzeczpoſpolita w ktory za krzywdę cudzą
nie zeymuią ſię iako za właſną. Ten ſpolny ieſt zwow raz. Iesli wtedy
Jaśnie Wielmozni Miłoſciwi PP. V Je° Krolewſkiey Mći V ſenatu
przes poſły ſwoie za nas ſię nie uymiecie, iusz y do ſwoich praw
y wolnoſci. tam dziurę drugich przyiſcie, y raz nas w Krolestwie
waſzym pozbywſzy, chocbyście potym chcieli mieć nie będziecie
Jezuitow chocbyscie nie chcieli cierpieć y znoſić muſicie.

Mocni to Bo-
powie

Andre

Cellariu

deinceps

Reempt

Polonic

platea

Cracouie

cum cen

uisus, à

dreæ fl

nauit (

lis anni

S. And

& quad

rat, dom

tantz, [illegible]

floreni

Ita ha

Festo S.

pro Re

nis fu

pro pa

maioris, [illegible]

laureo

Collegi

In [illegible]

Andreas Schonęus S. T. D. et professor. S. Floriani Custos, Uniuersitatis Vicecancellarius. Anno Dni 1607. primùm in iudicio bannito, circa Dnicam Reminiscere: et deinceps coram actis consularibus in vigilia sanctorum Petri et Pauli. Emit censum Reemptionalem florenorum 14: et gr 27. pro summa ducentorum quinquaginta florenorum Polonicorum, à Leonardo Genepri Ciue Cracouiensi, supra domo eius in Castransi platea sita, dicta Chabichtowska, quam tenet nunc Stanislaus Radominski, Ciuis Cracouiensis, ex contractu et transactione, cum prędicto Leonardo Genepri facta: eum censum soluere deinceps tenebitur. Qui census in duas partes et Ratas diuisus, à summa Centum et decem florenorum: soluentur quotannis pro Festo S. Andreę floreni sex, et gr 15: Et hunc censum pręfatus Rdus Dnus Andreas Schonęus donauit Capitulo S. Annę: quod erit obligatum Anniuersarium pro fundatore, singulis annis celebrare: et eum censum exiget procurator capituli S. Annę, pro Festo S. Andreę. Alterum autem censum octo florenorum, et gr 12: pro summa centum et quadraginta florenorum, quem censum sibi in Inscriptione facta Fundator reseruauerat, donauit Comunitati Collegii ioris, ita ut 5e floreni, et gr 12, quotannis conuertantur, pro Refectione in cibo et uino, ipso Festo S. Andreę Apostoli. Tres verò floreni reliqui, cedant Altaristę Capellę hypocausti Collegii ioris. Qui Altarista habebit hęc onera: Nam inprimis Missam celebrabit de Festo Andreę: ipso Festo S. Andreę, uel intra Octauam eius. Deinde duo Sacra celebrabit per Annum, pro Remissione peccatorum Fundatoris, quoadusque uixerit: quo mortuo, duo sacra quotannis funebria, pro requie animę eius, faciet. Quartum uerò Sacrum celebrabit, pro Parentibus, Cognatis, Patronis, et amicis Fundatoris. Prępositus uerò Collegii maioris, singulis Quartualibus. Curet prędictum Fundatorem de hac fundatione, à Baccalaureo S. Theologię, in publico Uniuersitatis mandato, comendari. Ipseque Prępositus Collegii maioris, hunc prędictum censum alterum exigat: et tres florenos numerabit Altaristę.

In Cuius rei fidem, Manu propria Rdus Dnus Schonęus subscripsit, et sigillum apposuit.

Andreas Schonęus, Custos S. Floriani manu propria.

Census Reemptionalis empti a Rdo pr̃a Andrea Schenço pro Capitulo s. Annæ, Refectione Collegii maioris, & Altarista hypocausti eiusdem Collegii ioris.

Iudicium necessarium Bannitum Sabbato in Crastino Festi SS. Petri et Pauli Apostolorum Anno Millmo Sexmo Septmo.

Coram eodem Iudicio comparentes personaliter Famatus Leonardus
Genepiro Civis Cracovien et Honesta Anna coniuges legitimi Me qui
dem per se, hec vero per Honorat Ioannem Puss Scabinum Craco
vien Tutorem cum consensu mariti sui pro tunc sumptum et Iudicialiter
approbatum, recedendo a dote et dotalicio sibi circa sponsaliorum cere
monias denominato et assignato palam ultro libereq recognoverunt et pu
blice fassi sunt. Se manu coniuncta et divisa in exolutionem Summa
Trecentorum florenorum Honesta Anna Arconowa Famati Gasparis
Arcon Muratoris Civis Cracovien Consorti, in Domo lapidea ex antiquo
Habichtowska nuncupata sub data in Iudicio Opportune Bannito
feria quarta post Dnicam Reminiscere proxima Anno Dni Mille
simo Quingentesimo Nonagesimo Nono inscripta, et deinceps feria
quinta in Vigilia Festi SS. Petri et Pauli Apostolorum Anno curren
ti eidem Anna Arconowa persolute ex nunc et de facto super
eadem Domo Lapidea Habichtowska quae in platea Castrensi con
sistit: Censum annuum Reemptionalem flore: Quatuordecem et
grossorum Viginti septem perlom ex omnibus et singulis pro

ventibus et emolumentis ex praefata Domo nunc et pro tempore ...
venien. percipien. Idq pro Summa Capitali eiusdem Reemptionali ...
norum Ducentorum et quinquaginta Polon. per mediam sexagenam ...
computan. realiter et in effectu per se recognoscentes e manibus R...
D. Andreae Schoney Collegij maioris Collegae et Custodis Ecclesiae S. ...
viani Cleparden. extra levatum et perceptum vendere. Quam...
dem suprascriptam Summam Ducentorum et Quinquaginta ...
Una cum censu Reemptionali floren. Quatuordecem et gr. 27 in ...
minata Domo Krzbichtowska praescripti Coniuges recognoscentes ...
bunt reformant hipothecant et assecurant, obligantes sese et ...
cuiuscunq status hominis et iuris in Domo praedicta haeredes ...
cessores a praefata Summa, modo praemisso pro florenis Quatuor...
cem et gr. 27 censibus Reemptionalibus vendita et distracta nimirum ...
renis Centum et Decem Venerabili Capitulo S. Annae pro ...
sario eiusd. Rdi D. Andreae Schonei floren. Sex et gr. 15 ...
S. Andreae Apostoli in Anno currenti 1607 incipiendo annu...
solvere. A Summa vero Centum et Quadraginta floren. Cen...
Reemptionalibus florenos Octo et gr. 12 ad manus eiusdem R...
Dni Andreae Schonei sive cui eandem Summam ... R...
cessent a festo Nativitatis S. Joannis Baptistae in Anno 1...
eandem solutionem incipien. et sic consequenter de anno in an...
quo ad eiusmodi Summa in eisdem bonis duraverit. Quod si ...

Laurent...

Laurentius Genesio et Anna Coniuges recognoscentes vel illorum successores quicunq illi fuerint, talem Solutionem Census non fecerint et facere pro temporibus praescriptis neglexerint ex tunc ad primam sui citationem ad Officium Consulare Cracoviense vel alius D. Proconsulis Censum Reemptionalem retentum una cum Summa capitali distincta Ducentorum et Quinquaginta florenorum prompta parataq pecunia Rndo D. Andreae Schoneo et Vbli Capitulo S. Annae nunc et pro tempore existen, solvere respondereq et Successores ipsorum tenebuntur. Quodsi vero praefati Laurentius et Anna coniuges recognoscentes aut successores ipsorum citatae pre venire non possent, aut alteri Jurisdictioni subiecti essent extunc antedictum Capitulum et Rndus D. Andreas Schoneus vel is qui eandem Summam cessam ab eodem Rndo D. Schoneo habuerit, plenam facultatem habebunt in defectu solutionis huius census omnes Juridicos possessionis gradus, in Domum supra recensitam Juris praedicti apprehendere eamq possidere, et omnes census ac emolumenta ex ea provenientia tantisper percipere quoad ipsis solutio census retenti, et Summae Capitalis Reemptionalis Ducentorum Quinquaginta floren. simul et semel prompta parataq pecunia praestita non fuerint. Ad super praenominati Laurentius Genesio et Anna coniuges se suosq haeredes et Successores obligaverint, et sub hipoteca omnium et singulorum

bonorum mobilium et immobilium ubicunq locorum et sub quacunq
Jurisdictione consisten. nunc habitis et in posterum habendis inscri-
pserunt et obligaverunt. Quod suprascriptum Schonerum et Capitu
S. Annae nunc et pro tempore existen. ab omnibus exactionibus Re
libus et Civilibus antiquis et noviter ex quavis Regni Reipub. ne
Civitatis Crad. necessitate per Sacram Mttem Regiam aut Comitia
Regni vel per Senatus Consultum Cracovien. impositis et imponendis a
expeditione bellica et in universum ab omnibus impedimentis
nentibus quo ad praefatam Ducentorum et Quinquaginta floreni p
Summae et Census Reemptionalis floreni Quatuordecem polonical
et gr 27 pro ipsa Summa empti duraverit, semper et ubiq
evincere, eliberare et seipsos interponere, atq onera eiusmodi
se eorumq Successores suscipere tenebuntur. Alioquin si id fa
ipsi vel Successores illorum noluerint, ex nunc prout ex nunc
mam praedictam Ducentorum floren. et Quinquaginta nunc
ptam restituere et censum tempori correspondentem solvere te
buntur eorumq Successores vel quovis modo domus praefat
possessores erunt adstricti. Insuper memorati Leonardus Se
et Anna Coniuges se se in bonis suis omnibus mobilibus et im
bilibus et suos in eisdem bonis suis omnibus quosvis haere
et successores obligaverunt, quod adversus praefata obligation
nunquam utentur nec uti poterunt dillationibus appellationibus

ceptionib

ceptionibus aut quibusvis Juris et facti beneficijs, cautelis li
bertatibus publicis et privatis Regijs mandatis literis salvi con
ductus Moratorijs relaxatorijs ferijs habitis, impetrandis et
impetratis ac nullis omnino remedijs Juridicis et extrajuridicis hu
mana industria, excogitatis et excogitandis. quinimo si quidquam
contra praesentem Inscriptionem in aliquibus illius punctis per
praedictos Leonardum Gerepius et Annam Conjuges aut possesso
res aut Successores ipsorum quosvis attentatum factumque fuerit,
id totum irritum et inane esse debebit, ex tunc prout ex nunce
non secus ac si mediante Decreto Sacrae Regiae Mattis, aut aliorum
Ultima in Sancta Sedium, id omne pro irrito et inani declaratum co
gnitumque foret. Casibus saltem fortuitis sed notabilibus, quod
Deus avertat exceptis, qui si inciderint, arbitri ex utraque parte
electi quod aequum et iustum fuerit decernent. Quando autem
praefati Laurentius Gerepius et Anna Conjuges vel illorum
quicunque in eadem Domo Successores fuerint, redimere hunce
Censum uti praemissum est venditum voluerint, tunc sex mensi
bus antedictis Rndo D. Andreae Adoneo, vel ipsius Sessionario
et Capitulo S. Annae, nunc et pro tempore existenti id ipsum de
nunciare debebunt, et in termino intra denunciationem adveniente
reponere tenebuntur. Qui accepta Summa totali cum censu tunc

proveniet apud acta eadem praenominatos Laurentium Gerepio
et Annam Coniuges Successoresq suorum dictae domus possessor
quietare, domumq ex hoc obligationis vinculo liberam perpetuo d
tere tenebuntur eruntq adstricti. Postremo Ydem Coniuges rec
praesentes Ut pote Laurentius Gerepius et Anna Coniuges
niter se se sub omnibus bonis suis quocunq nomine vocitatis
sumpserunt et obligaverunt, quod confirmationem S. R. Mttis super
praesentem Inscriptionem ex Cancellaria eiusd S. R. Mttis suis
curaturi et ad manus eiusdem Rndi D. Andreae Schorei et
Capitulo S. Annae in decursu Unius anni reddituri. Quam quidem
venditionem modo praemisso factam Rndus D. Daniel Schw
in persona Rndi Andreae Schorei Rndus Martinus Sil
canus Sanctae Annae. tbus Capituli agens accep

uit

Ex Actis Iudicij
Consul. de

Laurentius Generius in Sent.
Cerum Reemphoralem Andreas
Schmer.

✠

TOMUS VII.

FASTI.

ALMÆ UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS,

Singularium Academiæ

BENEFACTORUM MEMORIAM

continentes:

LIBRO UNICO

incluſi.

Per

M. MARTINUM RADYMINSKI,

COLLEGII MAIORIS

PROFESSOREM,

Sæ Sedis Apoſtolicæ

PROTONOTARIUM.

Bartholomæus à Kowydmov Konodworski S. Ioannis Hierosolymitani
Eques Melitensis S.R.M. Cohortis Magister. Iudex Tucholiensis.

Martem Polonum inter Musarum antistites, Sagatum bellatorem inter Togæ decora legis. Quippini? Cœli Consulto decretum est. Qui alit Prophetam in nomine Prophetæ mercedem Prophetæ ut accipiat. Vtriusq militiæ interioris et exterioris hominis. Heros hic speculum est incomparabile in quo vtraq germana in modum glorioso nexu conspirarunt. Ex omni fidei armorum genere quæ Paulus describit verus miles Christi ab intra Cognitus erat conscio arbitrio. Ad extra Piam Christianum militem justitia et fortitudo omnibus spectandum exhibebant. Officium illi erat pro fide Catholica apud Melitenses contra Paganos in Gallia contra Acatholicos in Moschovia contra perduelles bella gerere, stipendijs acceptis salarijs [illegible] habere, nemini vim inferre, culpas suorum, præsertim si quid Colonis extorsissent severis legibus vindicare, nulli errantium condonare. Quam multi hodie vitam, non vltimum sanguinem cum lacrymis pauperum turbæ exprimunt! et egent tamen. Noster hic Miles propria etiam liberaliter in egenos spargebat, et abundavit tamen semper. Tanti refert Temperantiam colere voluptatibus aqua et igni apud se interdicere luxum omnem proscribere. Iam ad pugnam non
Ira non furor movenhi virum vnquam tulit
Sed Divum Pietas, Divum reverentia, Cultus
Religioq Dei
Sæpius adijt mortem, vt servaret patriam, in diruta fas disiecta
Moschus portis fidei suæ erexit monumenta; ad Mosaiscum
dextram amisit, vt ferrea manu gravius mactaret hostem;
Dignus cui belli præses Tritonia virgo
Bellica serta paret.
Dignus cui Lechus spectacula digna trophæis,
Orbe suo exhibeat.
Dignus cui quercus suis quondam inclyta Roma
Exhibuit ducibus.
Dignus et Aureolis inter generosa corollis
Laureolisq simul
Dignus Gramineis sertis, dignusq coronis
O anime Arboreis.
Dignus Murali Dignus castrensi coronâ
Dignus eburneolis
Tassibus auratisq vehi per compita curru
Dignus Epystelijs
In Patriam meritis Cives gentemq Polonam
Tam benè nobis eques.

[illegible] 16 die [illegible]
[illegible] Padua [illegible]
[illegible]
[illegible] Merculy [illegible]
[illegible] et arce, Smolensko
[illegible] recuperata in qua plurima [illegible]
[illegible] regum Poloniæ [illegible]
[illegible] Augusti reperta et recepta
[illegible] hoc habebatur
[illegible]
[illegible] aut Pollucis extinxeret [illegible]
Qui me non timet
[illegible] mœnia, aut ferro
Arcem, [illegible], [illegible]

Sed et odium Thrasones qui nihil nisi horridum vultu gestuq corporis sonatis ipsumq Martem pugnacis lingua superatis, à literis alieni, literatorum hostes, alterum Pompeium Magnum in Konodworski suo spectate. Iam rude donatus et emeritus, Tot senex ornatus trophæis, quot barba cana pilis, submissis fascibus, Scholas frequens ingreditur, tenerâ ætati annis et canis discrepans assidet, Magistro docenti auscultat. Quinimò

compertum oculis habens, quam multa sint illis legenda, videnda, discenda, qui ma[...]
ioribus copiis essent proficiendi, ne ignorantia sua ceteris afferat exitium, gen[...]
bus suis et popularibus ad Scholam Tucholiensem Praeceptorem ex Academia [...]
posterum submittendum ordinavit. Gravonis mansionibus lumenis domum [...]
proprio comparavit, Tribus eiusdem Professoribus Minerval providit, quatuor
alumnis de stipendiis prospexit, alios Scholares temporum calamitate [...]
dos humanitate sua sublevit. nec illud instrumentum quo Patria per [...]
sionem librorum illustrior redderetur neglexit. Itaque illi quod raris admo[...]
eu contigit feliciter ut et faceret scribenda et per typum bonorum auth[...]
Polonis suis scriberet facienda. Obyt Octogenario maior. Vir ne ungu[...]
moreretur dignissimus. Dote assignata ex censibus emptis in bonis Slupiec [...]
bruz, quatuor suis alumnis septimanatim singulis floreno uno. Tribus Pro[...]
soribus Humanitatis in Scholis suis quotannis singulis summa 60. floren[...]
Provisori Classium fl. 50. Iam vero in bonis Kasierkowice pro Scholae T[...]
choliensis Magistro florenos centum quadraginta. reliquum pro Typographo [...]
mendorum in Theologia vel alia facultate librorum gratia
Vocales Musae Mecaenatem suum in vita laudibus canoris defuncti manes [...]
illustribus ornarunt. Sed et officina typographica quoties nomen eius nominat [...]
simo magnis laudibus suis posteritati commendat. Libet hic quod olim pa[...]
per urbem resonabat adjicere M. Laurentij Smieskowij Professoris [...]
Cracoviani Poloniam Sapho.

PIESN O WIELKIM KAWALERZE

Cnotliwy Męzu niemam zacznieysze
Na ukazanie animuszu Twego
Słowa, iako te w ktorych są klejnoty
Rozlicznej Cnoty

Męzu Cnotliwy Bohaterze Sławny
Ktorego Spłodził Cnych Xiązęcow dawny
Od niepamiętnych Dom czasow wznieciony
Męstwem wsławiony

Gdy się Twej Cnocie pobliz przypatruie
Zdam się tak Sobie ze to w niej znajduie
Cokolwiek Chwalno Stare wieki miały
W Cię wszytko zlały

Twoj Snadź Animusz Złotem odlewany
Gdzie obyczaie Stare bez nagany
Szczerość bez farby bez wyśmienitości
I Pełna wdzięczności

Iuz dzieła Twoie Serca woiennego
Gdy rozrutnikiem bywasz Zdrowia twego:
Kto godnie powie, kto Twoie wyloty
Na ostre groty?

Ty zajuszony; iuz między Pogany
Iuz na wszech woinach Sieiąc gęste rany
Częstoś wypiewał gościa niewdzięcznego
Z gruntu Polskiego

W Moskwi coś robił, nowiedzą kronik,
Gdyś Tych zmiennikow, Chytre psował szyki:
Iuz to bcinias, iuz nieprzełomiony
Smoleńsk zamkniony

Silnym rozumem w Marze wysadzałes
I upor twardy fortelem zmagaiąc
Na twą się Cnotę krol Pan zaspokowat
Gdyś im woiował.

Na co dobre Boze day
Szczęście

Krolewic potym Pan, serca Panskie[...]
Doznał posługi Bohatera Cnego
I chwiecie Moskwa prawicę pozb[...]
Rękę odięta

Ty iednak wesoł, chętnie wspomni[...]
Ześ jedna władny, nie na ogre[...]
A gdy to wspomnisz, ktos twa [...]
Ukaze blizny

Lecz ia ani chre pusczac Rymu [...]
Na Twe dzielności Serca woienn[...]
Niesmiem, chocbym chciał pięcza [...]
Twej Cnoty głosić.

To tylo wspomnię na co się zdum[...]
Zamozny Sąsiad, gdy Sławn[...]
Cnego Xiązęcia Szkoły założon[...]
Kosztem ćwiczone

Albo y iako Młodź Powiatu [...]
Wiedzie do nauk z Urobku krwaw[...]
Jeszcze y nad to kwoli tym nie s[...]
Dał swe zamysły

Bog ci zapłać Bog. Zacny Bohatyr[...]
Niech imię Twoie zoze w sławie b[...]
Takci komu Bog w tym pobłogosł[...]
Wznosi go y Sławi

Ledwie się iednak komu to zdarz[...]
Aby mu oraz Szczęście w tym służ[...]
Zeby Serce miał do nauk pokoj[...]
Przy tym do boju.

Tys to y owo nam w Sobie wyda[...]
Boś się Zolnierzem wszędzie [...]
A przy tym ze tak nauki miłuies[...]
Gdyz im hołdujes[...]

535

1662.
30
1692

37

POSTHUMA
Inextinctæ Virtutis Claritas,
Clariſſimi olim, & Excellentiſſimi Viri,
D. M. MARTINI RADYMINSKI,
Philoſophiæ Doctoris, Collegæ Maioris, Tradnouiani Profeſſoris, Protonotarij Apoſtolici,

Magno omnium dolore extincti,

Ex eiuſdem virtutum, & eruditionis luce clariſſima,

Ad perennem immortalis gloriæ memoriam,

DEDVCTA;

ET

Inter luctuoſas Iuſtorum funebrium exequias,

Ab Vniuerſis Academiæ Ordinibus,

AD

Ædes D. Michaelis Archangeli,

PP. Carmelitarum Diſcalceatorum Conuentûs Cracouienſis,

Eidem perſolutas,

A

M. STANISLAO IOSEPHO BIEZANOWSKI Leopl. Philoſophiæ in Alma Vniuerſitate Cracou. Doctore.

Debitæ gratitudinis, & mæſtiſſimi cordis affectu Victuræ perennitati

SERVATA.

Anno Reſtauratæ Salutis 1664. Die Septembris.

CRACOVIÆ,

Apud Hæredes & Succeſſores Lucæ Kupiſs, S. R. M. Typog.

POSTHVMA
Inextinctæ Virtutis claritas.

SI lachrymis fas eſt, quoties ſinè lege feruntur,
Lugubrem poſuiſſe modum; nec tota per vndas,
Tempeſtas mœroris abit, quam corde locamus;
Immodicas modicis liceat frenare catenis
Mœſtitiæ vires, & acerbi pectoris ingens
Siſtere diluuium; donec præcordia ruptis
In lachrymas rurſum deſtillent vda fluentis.
Vmbrarum quas vrna trahit, triſtesque cupreſſi,
Sæua quidem vis eſt. nil hoc velamine fati
Triſtius, ad lucis quoties diſpendia fertur:
Non tamen hæc mentes vis vrget ſæua togatas,
Vmbra quibus vita eſt; ſed lux clariſſima mortis.
Viuimus ante diem, Cathedra, librisque ſepulti,
Immorimurque togæ; tantò fulgentiùs olim
Arſuri, quantò luci minùs, àtq; prophanæ
Debuimus ſcenæ. latebris quæ clauſa togatis
Gloria, ſe vano populi cuſtodit ab æſtu;
Eruptura palàm ſeruat compendia magni
Luminis, & tantò collectior ibit in orbem.
Nec tua lux animi, nec quæ virtutibus arſit
Lampas inextincti ſplendoris, flebile multis
Vmbrarum patietur onus, Clariſſime quondam
Phœbe Sophûm Radyminski nam tu pulchrior indè
Splendidiorq; redis, multorum fama perennes
Vnde timet tenebras. feretrum tibi grande theatrũ
Lucis, & à tumulo cumulus tibi ſurgit honorum.
Mergitur Oceano Titan, feſſumque ſub vndis
Neptuni Piroenta locat; vacat orbis, & altus
Omnia ſomnus habet: ſed quis tunc buſta diurni
Luminis eſſe putet? cùm Phæbe conſcia tanti
Splendoris, rutilæque faces, iubar omne, decusque
Ad Solis referunt, quamuis ſub nocte latentes
Peruigiles radios; quos mox Titonia coniux
Cum Roſeo vehet ipſa die, cæloque reducet.
Scilicet in claros vmbrarum nulla poteſtas;
Qui ſibi, non aliis debent primordia lucis;

Et magis

Et magis à proprio mentis fulgore niteſcunt;
Fortunæ variam quam ſi librentur ad augem.
Hæc tua ſors fuerat RADYMINSKI docte, tuæque
Immortalis honos, & fax nitidiſſima laudis
Ex animo deducta tuo, meritoque laborum;
Quàm proin ambiguâ rerum ſub imagine ferri,
Occaſumque pati, communi lege cadentûm;
Haud mihi perſuadet, quæ te certiſſima debet
Fama ſequi, concorsque virûm ſententia de te,
Poſthuma virtutis ſolidæ tibi nomina ſeruans.
Nam mihi natales quoties contemplor, & ortus
Vir præclare tuos; toties cunabula lucis
Palladiæ mentem ſubeunt. dum Roxica tellus,
Eoæ propior Plagæ, fæcundaq; magnis
Numine propitio, Doctorum mentibus, inter
Samboritana tulit te priſci oracula Phæbi.
Hîc naſci decuit, decus olim grande ſuorum,
Victurumque bono communi; quod tua ſenſit
Ignoto euigilans vigilanti gloria buſto;
Poſtque tot ætates, cinerum ſquallore fugato
Marmoreo decorata tholo; conſtaret vt orbi
Quam bené Samboriæ RADYMINSKI lucis honores
Curaret, Patriumque iubar quám creſcere magnis
Vellet in augmentis; qui ſolo nomine tactûs;
Noluit vt tanto cineri grauis incubet, atque
Oſſa premat tellus. nimirum regula vitæ,
Normaque virtutis ſolidæ, Vigilantius illi
Samboritanus erat; vero quem calle ſecutus,
Maiorum docuit quantum veſtigia proſint.
Nempè illi prima hæc ſapientia, ſummaq; viſa eſt;
A teneris ſeruare Patrum, quo tramite ductum
Collimaret iter; priſcis laudataque ſæclis
Vota ſequi, virtute pari, fidoque labore.
Huc geminæ laurus directa inſignia, poſtquam
Caſtaliique virum fontes, muſæque fluentis
Potauere ſuis; ſuadæ nectarque diſertum
Os verbis illime dedit; quo ſumma deinceps
Ille Cathedrarum tenuit faſtigia ſemper.
Huc quoque peruigilis ſtudii Peripatus, & alta
Spectauêre Sophum ſacraria; donec in Orbis
Progreſſus faciem, longinquas viſeret oras.
Terrarum quaſcunque adiit, lectiſſima quæque,
Atq; olim magnis rerum conatibus apta
Obſeruans, patriæ, Cracijq; ad commoda Phæbi.
Sic Alemanne tuas adiit, sic Auſtria gentes;
Et quà ſe priſcis iam collibus altiùs, orbi

Patriâ Samboritanus.

Gregorio Vigilantio Samboritano monumentum Marmoreum impenſis proprijs poſuit.

Vaticanus apex, Romana tollit in vrbe;
Et quà Tyrrhenum vaſto latus vnda flagellat

Peregrinatio ad exteras Nationes.

Circumuecta mari; Graias quoque ſæuus in oras
Adria proſpectans, tumidos quâ proijcit æſtus;
Imperij normas, cenſus, decora, arma, ſituſque;
Ingenia, affectuſque hominum, commercia linguæ,
Publica Doctorum ſubſellia, mente reuoluens;
Quanta peregrinis docuit prudentia terris,
Maturo veniat ſapientis pectore culta.
Ergo ſinum Patriæ, tantò iam clarior, atque
Sarmaticas repetit, curis perfunctus, Athenas;

Vocatio ad Collegium Minus, & Maius.

Inſeriturque viris; quos Lechica Pallas ad vnguem
Formauit, certaque dedit gaudere Cathedrâ.
Hîc mihi iam liceat, lucis momenta ſecuto,
Clariùs ad tanti contendere nominis augem;
Atque togatorum medio quam fulſerit axe,
Fax hæc clara Sophûm, niueo candore fateri.
Socraticas noctes, & quidquid docta Cleanthis
Lampas habet magnum; ſeu quidquid dura Promethêi
Fabula, continuas voluens ſub imagine curas;
Archimediſque animum, Siculâ qui fixus arenâ,
Victoris Latij tonitru non ſenſit, & enſes;
Non mihi Parrhaſij referant arcana Lycei
Attica neue canat; ſatis eſt, quod Cracidos altæ
Doctorum ſeries in te ſuſpexit, & vno
Cenſeri voluit, vir præſtantiſſime, cenſu.
Sudaſti quâ parte tui perfectior ires
Ad ſuadæ, Stoæque decus; nec dulcior vnquam
Eſca animi, nec cara quies, niſi iuncta labori;
Qui monſtrum lethale alijs; tibi vita, tuæque
Indolis immortale alimentum tanta proindè
Cura tibi, quamcunque vocat te Pallas ad artem
Muneris exacti; tantumque per ardua nomen
Roſtra; togatorum quoties inſignibus ornas
Docta iuuentutis capita, & gratiſſima Phœbo.

Orationes habitæ in Promotionibꝰ.

Audijmus, ſenſimq; redit memorabilis illa,
Eloquij dulcedo tui; cum parua ſcholarum,

Anno Dñi 1644. Schola eſt parua Reſpublica.

Imperij vaſtis aptare negotia rebus,
Arbitrio ſuadæ poteras. mox optima morum,

Anno Dñi 1645. Studiorũ Nobilis Poloni nidus Philoſophia Moralis.

Lechiacæ pubi, formans præcepta Stagyræ,
Ad nidum prolis generoſæ corda vocaſti.

Eodem Anno. Felix imperiũ Polonum regnante Vladislao IV. Anno 1646.

Quanta Vladislai fuerit regnantis, in Orbe
Sarmatico, pacis maieſtas; quamq; beatæ
Portio fortunæ, te decernente, Polona
Conſtituit Pallas. maduit ſed nectare docto
Nil magè; quam matris cariſſima nomina, magnæ

Per Le-

Per Lechiam matri ſtudiorum, vindice ſuadâ, — *Academia Crac. eſt vera Mater.*
Dùm tribuis, doctoq; animos ſermone tryumphas.
Mercatura dein ſapiens, quibus optima curis,
Lucra ferat; quantùmq; Arabes tranſcendat, & Indos, — *Anno Dñi 1647. Sapiens mercatura.*
Quamq; bonæ ſpei fæcundum ſit caput ipſa
Diuitijs opulenta ſuis, prædiuite fandi
Vbertate probas. pariter facundus, & acer — *Eodem Anno Laureata Nobilitas.*
Stemmata Nobilium, Laurus cinxiſſe togatas,
Dùm memoras; gentiq; olim dilecta Polonæ
Ornamenta togæ, ceris inſerta vetuſtis,
Ad Lechiæ ſpectare decus, conuincere certas.
Vidimus & dotem per te regalibus æquam, — *Anno Dñi 1648. Dos Academiæ Crac. paupertas.*
Præſtantemque opibus; quam paupertate togatâ
Metiri placuit. celſam quoque Palladis arcem — *Eodem Anno Arx Sapientiæ tutiſſima.*
Vidimus, armiſoni contra furibunda Gradiui
Bella, truceſque animos; quos tùm Coſacica fudit
Tempeſtas, cæſæq; acies caſtriſq; fugatus
Miles, & extremæ propior res noſtra ruinæ.
Sed neq; religio doctas tibi credere laurus, — *Anno Dñi 1649. Laureata Corona Religioſa.*
Adq; coronati capitis ceſſabit honores;
Qui ſibi Palladiâ deberi vincis in arce,
Hoc virtutis opus; nec vertice pulchrius vllo
Spectari; quàm Religio quem ſacra reuinxit.
Altius hinc matura tibi facundia ſurgit;
Iamq; doces, regni quod præſtantiſſima pars ſit, — *Anno Dñi 1652. Academia eſt pars Reipubl.*
Alma Craci Pallas; medioq; in corde locanda
Sarmaticæ volucris; paribus quam ſæpe reuolui
Fortunæ vicibus, ſimiliq; reſurgere fato,
Conuincit rerum facies, & temporis ordo;
Totque periclôrum ſeries, tot fulmina belli:
Poſt quæ, tu ceu dulcis olor, gratiſſima cælo,
Extremo ſermone canis, ſoluiſq; tributa;
Grande bonum ereptæ celebrans, ex ore Leonis, — *Anno Dñi 1659. Grande diuini beneficij ob ereptam, ex faucibus Leonis Suecici. Patriam, Vrbem, Academiam, Argumentum.*
Vandalici patriæ; vectigaleſque togati
Perſoluens grates populi; quas gratia caſtis
Ipſa videbatur manibus formaſſe, fauiſq;.
Hæc tua lux ſuadæ; quàm publica vota probarunt;
Quæq; tibi victura micat; ſed non minor ambit
Te diuina Sophûm lampas, ſplendorq; Stagyræ.
Herculeus tibi namq; labor, cùm neſcia vinci
Pectora, mille animi curis, ſtudioq; dediſſet;
Terna Decanatûs meruit faſtigia, treſq;
Inde tibi Laurus, triplici conamine ductas, — *Triplex Decanatus in Philoſophica Facultate.*
Ad delubra Sophûm poſuit. Deus optimè! quam tunc,
Præſide te, ſtudij facies pulcherima! quamque
Sedula cura tibi, tanti rem muneris, inter

Publica Doctorum dextrè certamina obire;
Communiq; bono diſcentûm, mille laboris
Tædia non ſentire; ſuis modo Sparta Sophorum
Legibus ex voto Patriæ titulisq; feratur.
Sic vbique exactus, non perfunctoria ſpiras,

Curſus Vladiſlauianus.

Nec leuibus curis venientia. Viderat iſtud
Sparta biennalis longè clariſſima curſûs,

Faſcia concluſionum ad diſputandum ex Curſu propoſita.

Plena operis, laudiſque decus latura perenne;
Faſcia cui tandem perfecta, coronidis inſtar
Impoſita eſt; quantuſquè viri ſudauit in iſto
Conatus ſtudio, productâ luce probauit.

Deciſſio Quæſtionis Iuridicæ pro Adm. R. D. Stanislao Rozicki.

Sic Themin ille Craci, ſacrum conſique tribunal,
Rozicii feſtis cum Doctoralibus olim,
Viſus adornaſſe; & legum penetralibus aptam
Ingenij monſtraſſe aciem, ſic grande theatrum

Deciſſio Quæſtionis Theologicæ pro Adm. R. D. Alberto Dabrowſki S. Theologiæ Doctore.

Theologæ Cathedræ, virtus cum digna mereture
Dabrovii, felice gradu ſublimia ſcandens,
Dogmatis, ille ſacri perplexa arcana reſoluit;
Adque facultati docuit quam proxima tantæ
Pectora ſortitus gereret, pronuſque dicaret.
Quippè illi mens alta fuit, par omnibus, & ſe
Ad quodcunque genus ſtudij, ſuadâque ſtyloque
Inclinans facilè, ignauæque inimica quieti,
Acri iudicio pollens, & prouida cautis
Vndiq; conſiliis, conſtans, & neſcia frangi;
Quod Leo Vandalicus ſenſit, ſtupuiſſe coactus

Infracta animi conſtantia ſub tempus belli Suecici.

Maſcula corda viri; dum murus Acheneus illi,
Infracta virtute minis, & fraude videtur,
Inſigni exemplo ſtetit inconcuſſa Mineruæ
Gloria tûm Craciæ; ſtetit illibata togati
Integritas animi; vapidumq; exercuit hoſtem
Magãnimum pectus. facies quod publica regni
Rurſus, in Auguſto conſeſſu munere vidit

In Generalibus Regni Commitijs rei Academicæ inſignis cura.

Eximiè functum commiſſo; dùm noua vanis
Gymnaſia aſſurgunt titulis, ſplendorq; vetuſtæ,
Maieſtaſque Scholæ, grauibus conuellitur auſis;
Illuſtres animæ ni tum conatibus iſtis,
Oppoſitos ſenſus tenuiſſent; quod tua fecit
Sollicitì virtus animi, par dulce virorum.
Nempè boni communis amor, mordacibus ipſe
Dulcorem curis affuderat; & leue fecit
Tantæ molis onus. calamo qui mille labores
Iniunxit, doctamque manum ſudare, perenni
Iuſſit in obſequio, rerum digniſſima ſeruans,
Deque ſecutura cupiens ætate mereri.
Hoc egit ſacræ Diuina oracula legis,

Elatio

Flatio, patrij reuocans ſermonis ad vſum;
Caſtaque virgineæ plantans viridaria laudis, Scripta in lucem ſub alieno nom i. ne edita.
Deliciaſque bonæ mentis floralibus ornans, Elucidariũ Theologicum.
Deuôto natis calamo. nam rore ſalutis Hortulus Virgineus.
Purgantes flammas extinguere, cordaque merſis Ros Salutaris.
In fundo vitiis, vero mollire dolori
Nonne amor ipſe dedit? ſacro pietatis ab igne
Succenſus; qui caſta etiam conſortia cætûs
Virginei, niueasque animas, vernacula ferre S. Euphemia Polona.
Virtutum monita, & leges curauit honeſtas,
Omninó prodeſſe uolens; qui publica regni
Dùm ſiluiſſe nequit diſpendia; protulit ingens,
Agnoſciqúe dedit damnum; quod ſæpe recuſus
In ſpeciem nummus pretio fallente, Polonis Libelli de re monetaria editi.
Inflixit rebus, nullo prohibente ruinam.
Se tamen haud alias, tanto dedit impete mentis
Ad calami curas, indefeſſumque laborem;
Inſolito quám cûm vix comparabile ductu
Cæpit opus, deducens res ab origine prima
Tot per circuitus per tot caſuſque, viceſque,
Ad numerum ſeriemque ſuam, feliciter omne Ex manu ſcriptis reſtant Annalium
Componens ſæclûm. mox accuratiús ipſos Centuriæ tres.
Annorum curſus, & quos ſchola publica regni,
Exegiſſe dies meruit, conamine vaſto Faſtorum Tomi quinque.
Obſeruans; totum monumenta quod aurea, doctæ
Palladis inſigni quondam cum laude loquentur:
Quaſque per aduerſos res Iagiellonica caſus,
Sollicitì curas exhauſerit ante laboris;
Quâ virtute virûm ſteterit, quantiſque ſuperſtes Controuerſiarum
Litibus, infeſtos ſupêrauerit vna furores, Academiæ accurata deſcriptio.
Veraci referent ad poſthuma ſæcula ſcripto.
Sed mihi quæ tandem, modica teſtudine nixo,
Audacis Muſæ ſpes, & non æqua poteſtas?
Lucis opus tantùm tenui, dedùcere cantu.
Tu lux, tu menſura tui, tu maxima laudum
Ipſe tibi ſeries, curis maioribus olim
Digne, ſecuturi Radyminski gloria ſæcli.
Quæ tua lux fuerit vitæ; quantiſque decora
Ex animo ductis virtutibus; vltima vitæ
Oſtendit ſcintilla tuæ. dùm colligis ignes
Queis tibi præluxiſſe datum, fulgentior Orbi 18. Auguſti inter
Ortus es, æternumque tibi iubar inde paraſti, octau. Aſſumpt.
Tùm tua ſe pietas, animi conſtantia, ſpeſque B. M. V. piè &
Nixa Deo, ſecura quies, mens conſcia recti, placidè moritur.
Ordoque perpetuus vitæ, ſeruataque ſanctæ
Integritas legum, conſtans dilectio veri,

B 2 Ad pla-

Ad placidæ mortis momentum clariùs, vmbris
Exerûere ſuis, & apertâ luce micantes
In ſolidum fulſere decus; ſuſpiria dum tu
Extremoſque polo gemitus tranſmittis; & inter
Aſſumptæ in cœlum ſolennia feſta Mariæ,
Virgineos ſequeris felici ſorte tryumphos.
Hæc tua ſors vitæ ſimilis, finemque coronans;
Noſtra ſed in lachrymis, heu quàm duriſſima ſors eſt!
Quamque graues animi ſenſus! quos auget vbique
Magnus amor, pretiumque tui; teſtataque nobis
Pectoris in Matrem propenſi ſumma voluntas;
Inque meæ ſortem pietas rariſſima Muſæ;
Quæ tibi victuræ, dum poſthuma lumina famæ,
Accendit, pulchroque locat ſuper axe poloni
Climatis; immortale cupit te fulgur Olympi
Ambiat; & Cracia Te nobile ſydus in vrbe,
Ad normam populi faciat clarere togati.

INSCRIPTIO TVMVLI

D. O. M.

Viri ſapientis tumulus, lucis in umbra radius eſt.
Quorum vita ſpeculum, conuerſatio exemplum, Sapientia lux fuerat;
eorum tumulus, publica; mortalium eruditio.
Orientem imperantium adorare, ad fortunam; Occidentem ſapientûm intueri,
ad vitæ profectum ſpectat.
Hæc veræ claritudinis nota,
communem ingredi, non ſentire noctem;
adeò,
Vt ignem ſinu fouere, geſtareq; audeat;
qui Clarorum virorum, totam in vrna lucem concludi putat.
Erumpet illa, tota quantumuis coniuret mortalitas:
immortalitatis quippè portio, naturæ ſuæ obliuiſci nequit.
Mauſolæa, araſque tumulis qui ſuperinducunt, in vmbras abiêre toti.
Miſera lux, quæ ex alieno quæritur;
Confeſſio quippè noctis, lucerna eſt.
Sapientûm gloria, fons natiui luminis.
Clarere illi nunquam deſinunt; qui lucem ſuam ad manum ſemper habent;
in vrna magni, in vmbra clari.
Adhucne dubitas viator, & ſummos digitos mordes?
Subſiſte tantillum, & cogita; ad lapidem veritatis huius
verè Philoſophicum ſtetiſti.

Clariſ-

Clariſſimus olim & Excellentiſſimus vir,
M. MARTINVS RADYMINSKI,
Philoſophiæ Doctor, Collega Maior,
Protonotarius Apoſtolicus,
Animo, profeſſione, calamo, vitâ, obitu,
Verè Sapiens, verè Philoſophus,
Sarcophagum hunc, non tam exuuijs mortalibus, quam luce impleuit.
Si ex eorum cenſu, quos Phæbus amauit, vel minimus es;
cum hoc nomen agnoſcis, noſti quò digitum intendam.
Præcipua illi, à virtute, & eruditione claritas,
Latere neſcia; quantumuis modeſtiſſimo animi ſenſu, ſæpiùs coacta.
Ingenij vim, lucemq; natiuam, lux publica maiorem fecit.
Iagellonicæ Palladis in ſinum delatus, ita eidem ſemper deinceps adhæſit;
ceu non alia matre genitus, eruditionis, non naturæ partus fuiſſet.
Geminas laurus Academicas, ita meruit, vt annulus gemmas;
non tam inſigniri cupiens, quam inſignire paratus.
Ex quo Coronis hiſce vinctus eſt, fontem ſuum coronare nunquam deſijt;
animo, virtute, calamo, eruditione,
Auſtriam, Germaniam, Italiam cum adijſſet,
Fontem ſuum vbique reſpexit.
Darij arcam dixiſſes
in qua non Mæonidis; ſed aureum Academiæ nomen,
quocunque terrarum circumlatum eſt.
Academicam ſtationem præ omnibus eligens,
hoc vnum egiſſe, viſus eſt;
Vt ad Maiorum exempla veniens, eòuſque in eorum obſeruantia proficeret;
donec ipſe in exemplum prodiret.
Nobiliſſimam vtriuſque Collegij ſpartam, vt tantò ſuſtineret validiùs;
ipſe prius in ſolido virtutis & doctrinæ ſtetit.
Nemo ſcrupuloſius horas dimenſus, nemo minus in horas vixit.
ſui & alieni temporis, parciſſimus, vigiliarum, & laboris prodigus,
Officium ipſe ſuum dùm à ſe rigidè exigit, ipſe ſibi
virga cenſoria factus eſt.
Hinc
tanta in roſtris, cathedriſq; viri dignitas,
tantus in ore lepos, tanta in animo vis;
Vt expectationem de ſe cùm nunquam non auxerit, vicerit ſemper.
Profeſſioni ſuæ dùm ad vnguem reſpondet;
non ſcientientiâ tantùm; ſed vitâ quoque Philoſophus eſſe voluit;

C leno-

Ienocinia vitæ, animi affectus, occaſionū naufragia;
ſolitudine circumſcribens, caſtiganſque;
& conſcientiæ vacauit, & ſapientiæ.
Ipſe cum aliorum profectui, & diſciplinæ intenderet;
Magiſterium in ſe ſoli continentiæ, & modeſtiæ permiſit.
in vmbra quoq; erudita cum latere elegiſſet;
à ſola nonniſi veritate in lucem ſæpiùs protractus;
Fauere ipſi, quantumuis malè interdum ab ea habitus, nunquàm deſijt.
Caſu viuere nolens;
ex deſtinatò omnia, conſilijs facta præueniens, direxit;
eo vitæ ordine, quo mori nunquam timeret.
Inuenit eum vltima dies, tàm compoſitum; quàm ſi omnis illi ſuprema fuiſſet.
Nimirum,
Philoſophari à meditatione mortis incipiens;
vitam, & Philoſophiam rectè definiuit, dùm rectè clauſit.
Chriſtianâ Pietate, Fide, Conſtantiâ munitus,
in mortis ictum non incurrit, ſed venit.
In ſumma mortis malacia,
Omnia placidè componens, fauentibus Eteſijs ad æternitatem ſoluit;
naufragio minimè obnoxius;
qui vltimæ voluntatis tabulas, tanto ordine, tantaque pietate compactas;
ſecuræ ad Fortunatas vitæ æternæ Inſulas nauigationi, iam olim parauit;
id vtique facie ad faciem contemplaturus;
quod in ſua Fundatione Theologica, ſub ſpecie, & in ænigmate videri, prædicariq; voluit.
I, nunc!
& Sapientûm gloriam in vrna clarêre nega;
quiſquis in hoc viro, veram vitæ, & mortis claritudinem non agnoſcis.
Abijt ille, quò boni ſuſpirant, vocanturque.
Tu
ſi lucida virtutis veſtigia ſequi,
& metam conſequi vis;
Magno pietatis affectu, ſenſuque,
erudientibus ad Iuſtitiam multos promiſſam,
lucem viro Clariſſimo beatiſſimam
apprecare.
Obijt Anno Salutis 1664. Die 18. Auguſti.
Anno Ætatis ſuæ 54.

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

II